Google

### Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

### Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

### Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

11° = 8463

Digitized by Google

# PARADOXA CIVILIS PHILOSOPHIÆ SPECVLATIONES, QVIBVS THEORICE, AC PRACTICE

aliquas Iuris Communis, & Regni leges nouiſsimè interpretatur: necnon exquiſitiſſima quædam exponit peculiari obſeruatione ex Politicæ arcanis deprompta;

ET

PERIPHRASIM DIFFICILIVM TEXTVVM;

*D. Simon à Villalobos & Calataiu.*

Cum duplici Capitum, Rerumque Indice locupletiſsimo.



CVM PRIVILEGIO.

Matriti, apud Mariam de Quiñones, anno 1653.

Digitized by Google

Digitized by Google

FCC 17.892

# DOM. D. IOANNI A GONGORA, EQVITI MILITARIS ALCANTARÆ

Ordinis, in Supremo Senatu Hiſpaniarum, Magni Regis noſtri, Conſtã-tis Philippi Quarti, Cameræ Aſſeſſori, Simon de Villalobos, & Calataiu.

D. S. Q.

CVM Animaduerterem in hoc Iuſtitiæ Aſylo, in quo fulges Domine Ioannes à Gongora, imò in hoc Iuriſprudentiæ Templo Supremi Caſtellæ Senatus, & Regis noſtri Conſtantis, Magniq; Philippi Quarti Cameræ Patriciatus comitio Proſpectu Prætorij quodam munere, in quo enites, plurimi fieri Romanorũ iuris (qui huius quaſi Amphitheatri domeſtici fuere) vniuerſalem cognitionem, vnde meritò ex veræ Philoſophiæ Scholis, per illud ſcilicet ad Regia Tribunalia, viros legũ ſcientia ornatos, exiſtimaui eam in ſummo pretio habendã, & ſi hoc authoritate veſtra præponderamus, procedere diceram, ex iuſtiſsima ipſius rei

cau-

cauſa: quippè quid ſanctiùs excogitare poſſumus iure ciuili? Et ſi ab Ethnicis prolato, qui rationis ductu, in paucis, aut nullis, à recto deſciuere? Quid maius exiſtimandũ iurè ciuili, à quo aquarum Occeano, tot, tantaque deriuantur? In foro abſque illis primordijs, & elementis vix ad Iuriſprudẽtiæ arcana peruenitur. His perſpectis à prima ætate, non leui animi ſolicitudine, ac labore, Iuris Commununis ſcientiam profeſſus ſum, Donelli Commentarios, necnon reliqua eiuſdem opera præ manus ſempèr habens, Cuiatij, Duareni, & Fabri (& ſi in Praxi aliquem me feciſſe progreſſum fateor) illis Ducibus priùs penè omnium difficilium Textuum obſeruationes Periphraſi vſus expoſui, quas in lucem ederè decreui: ſed ſi priùs elaboratum opus, & maioris voluminis etiam præcedere deberet, obſtitit hoc ipſum, & quaſi tardum legum oppoſitarum agmen, noſter Speculationum liber præcedit: & exquiſitum, pretioſumque; vellem munus properans voluntatis pignus tibi occurrit, offertur, dum maius Antilogiarum volumen typus excudit, & alterum Maioratus elimatum redigitur, nam cui meliùs? Cùm ab ipſis incunabulis non tantùm tibi adquiſita, ſed innata Ciuilis Philoſophia

fue-

Digitized by Google

fuerit? Vix infantiæ annos egreſſum te in Iuriſprudentia Salmantica miratur, fructus, non ſpes præte ferentem: aſcitus es deinde ob ſtudiorum claritudinem in illius ſummi viri, Piæq; Recordationis Hiſpalenſis Archiepiſcopi Collegium: vbi quaſi virum virum probitate, genere, & literis præcellentem legere mos eſt, ſic illo ſelectæ iuuentutis cœtus oculos in omnes Monarchiæ partes intendit, vt probatiſsimos admittens, arte magiſtra, eorum animos, acri cenſura verſans, vrbanitate, politica, omnique eruditione formet: memini nec fama eſt obſcurior annis, eloquentiæ tuæ in orationibus, pondere ſententiarum fluentis, necnon altæ ſcientiæ, mentiſque acumine argumentorũ, ex perſpicacis ingenij viribus prouenientium; legum doctrinam in Cathedra Inſtitutionum, Codicis Voluminis, Digeſti veteris in ipſis earum experimentis notam, & præutile potius mihi commemorare, quam digna laude proſequi opus eſt. Cui ergo melius Politica, & Ciuilia ſcripta dicarem, reliquaq; ſtudia, quam ei, qui ſic illis omnibus præcellit? Cui melius auorum, patriſque mei memoriam recolerem, quam illi, qui nobilitatis origine (quæ nihil aliud eſt, quã

Herorum longa ſeries) nititur? Cuius Progenitores inuicti Regis Ferdinandi, cui Sancti cognomẽ in mirabili Cordubæ expugnatione præſtò fuere, qui tantùm generoſos præcipuæ nobilitatis milites ſecum duxit? Duplici ratione Cordubæ nobilitatem Principibus conſtare, dixerim, quod Epirotarum Rex de Senatu Romano protulit, Prima, quia, cùm ex diſtantibus Orbis partibus, Ducũ, Regumque filij ad ſacrum Hiſpaniæ Bellum aduerſus Mauros proficiſcerentur, totius belli moles, eique incumberet, qui præ ſe ferebant illam claræ ſtirpis commendationẽ, Aſturum, Cantabriæ, Nauarræ, Galliæ, Germaniæ, Succiæ, Gotiæ, totius deniq; Europæ, (liceat mihi nõ ſolũ Hiſtoricè, ſed etiã Poeticè de generoſis militibus loqui) quaſi à Ioue Summo genus ducentes id ſuſcepere, pluſquam hominum illorum egregia facinora hoc ipſum proteſtantur, vnde tot millia Sarracenorum profligata, niſi ſolida, diuinaque virtute? Nam etſi contemptu famæ contemni virtutes certum, gloriæ, atque famæ cupiditati, nihil arduum, nihilque difficilis expugnationis inſuperabile, Secunda, quia, cùm nobilitas ſola ſit, atque vnica virtus, aſsidua præliorum

exer-

exercitatione, hanc magis atque magis aſſequebantur, & ſi eâ ſola in nobilitate euadere notum ſit, qui ſanguine inſignes, factis nobiles apparuere, quales quantique viri exiſtimandi ſunt? Quales quantique tui maiores! A quibus, etſi vinci patientèr feras, illis te adæquare non ideò deſpicies, cum etſi armis illi, tu literis ſuperas, quantumque illi armis, & nobilitate, tantùm animi integritate, ac literis ipſe præfulgeas; cui meliùs quam illi, qui tot ſanguinis, naturæque dotibus tantùm inter alios eminet,

*Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.*

Auus noſter paternus Petrus à Villalobos, ſeditiones, & tumultus Mexicani Regni ſedauit, & per ſpatium quadraginta annorum in Mexico Senator, Vice Regis perſonâ ſupplens, non abſque Prudentis Regis Philippi Secundi ex ſcripto conceſsione, poſteà euectus Præſes de las Charcas, & Guatimalæ munera egregiè, & laudabilitèr exercuit, ſic, vt Præſes Bonæ Recordationis vulgò nuncuparetur. Atauus verò à patre maternus Didacus à Benauides, Noui Mexicani Orbis ſuis ſumptibus, primus militum manus ad expeditionem accingit, iuuit; & ipſe Dux magnam vim

argenti, ex argenti fodinis, quas armis adquiſierat, Regali diplomate ſuas fecerat impendens, armorum pondere, & itineris iactatione ruptis interiùs venis ſanguinē ore reiectans occubuit. Didacus verò pater Villalobius, poſteà quam aliquibus annis, miles Mediterraneis triremibus Hiſpania operam nauauit: in Flandria in nouem fortiſsimarum Ciuitatum expugnationis aſſultibus, capite, ſiniſtro brachio, & pectore aduerſo maioris ſcloperi glandine repetita, perforatis, ſteminata vulneribus militaris virtutis inflicta accepit, & illis cohoneſtatus eſt: fœliciterque muros aſcendens Philippi Secundi glorioſa ſecutus arma, captis vrbibus, ſub Imperatore Comite de Fuentes, victritia ſigna locauit. Tunc peditum Centurio, tunc equitum Ductor, tunc eorum Tribunus, apparuit in Amiens eius opera, de cuius Ciuitatis oppugnatione, fruſtrà armis tentata, ab Henrico Quarto Francorum Rege, etſi permiſsione conceſſa, ipſius Didaci à Villalobos extant Commentarij, quibus pugnis, prælijs, belliſque quatuordecim ducatorum millia irrogans in militum alimenta, & ſubſidia, maternam legitimam exhauſit, denique à Batauis captus, liber-

tatis

tatis cauſa , quatuor millibus aureis ex proprio ſe redemit, quibus erogatis pauper in Hiſpaniam nauigauit, & ex decreto Catholici Regis Philippi Tertij Piæ Recordationis, ſtatū in Cantabria, Fuēterrabiæ, Sancti Sebaſtiani, & Renteriæ recognouit, Arbiter, circa iura, quæ quidam horū populorum in Portu del Paſſaje ſibi prætendebant, vtque ipſius Portus altitudinem, commoditates, clauſtra, muniēdi rationem exponeret, ſingula quæque renūtians, non ſolū calamo, cum militari eloquentia valeret, ſed etiam viua imaginum pictura egregij pictoris, cuius hodie tabulam in ſuis Auguſtiſsimus noſter Rex Philippus huius nominis Quartus habet Sancti Sebaſtiani, Fuentearabiæ, & Portus del Paſſaje, tunc maris, tunc terræ proſpectus indicantem, eius votum, ſuffragijs Conſiliariorum, qui de rebus bellicis curāt, fuit approbatum, atque ipſorum calculis, & cura ab Auſpicatiſsimo, & Conſtanti Magno Philippo decretum, vt in fabrica illius manufacti Portus de Gibraltar, Superintendentiam obtineret, & duobus annis elapſis, Theſera huius ſtipendi retenta, & exactione, quæ illi erat in ſingulos menſes centum ducatorum, Prætor Mala-

cæ præpoſitus, & poſteà triennij deſignatio in aliud triennium prorogata eſt, vbi imminentium bellorum cauſa, quæ ab Anglis cauebantur, propugnacula Malacitanæ Ciuitatis reſtituit, noua erexit, duobus munitis locis in planicie; quæ eſt inter flumen Guadalorce, Vrbiſq; mœnia, illud ſub Diui Andreæ nomine tutelari, alterum propugnaculum ſub Diui Apoſtoli Simonis nomine, & patrocinio, quantum ibi vtilitati publicæ profuerit, patiētiſsimo laboris corpore, exercendoque militari diſciplina Ciues, nec mihi ſilere, nec prorſus proloqui eſt. Tarifam, Ceutam adiuit Regalibus iuſsis obtemperans, illius murorum coronã fulciuit, iſtius luſtrauit ſitum, maris, terræq; opportunitatem prænotãs. Malacæ deniq; ſeptem onerarias naues Batauorũ mercibus onuſtas occupauit, quarum mercium recenſa centum & ſeptuaginta millia ducatorum ſumma reputabatur; & tertia huius æſtimati pretij pars Chirographo Regiæ ſubſcriptionis ei cõpetebat, & ſi hæc ita tamen integra Regio ærario accreuit. Sed vt finem orationi noſtræ imponam, optimumq; ex tuis preconijs, literarum eruditioni præſtanti, generis nobilitate inſigni, magnarum rerum

rum

rum tractatione intento, Ciuilis Philoſophiæ ſpeculationes tibi D. Ioannni à Gongora Dico, Sacroque, & properans ad præ-lum Antilogiarum volumẽ ſpondeo, cum Doctiſsimus erratis excuſationem concedere, nobilis laboribus auxilium largiri, intentus gratum opus illius habere, qui fortunæ incurſionibus non deſtitit pro virili parte Reipublicæ ſe condonare poſſis.

Rexe-

## *Reuerendiſsimi Patris Ioanis Gonçalez de Leõ, Magiſtri in Sancta Theologia ex Beati Dominici Ordine, proprioque ipſius munere Prædicatorum cenſura.*

DE Cõmiſsione D. D. Roderici de Mandia y Parga, Vicarij Matritẽſis, vidi, & attenta cõſideratione perlegi, *Ciuilis Philoſophiæ ſpeculationes, ſeu Paradoxa*, elaborata ab erudito viro D. D. Simone à Villalobos & Calataiu: in quibus Author ingenij ſubtilitatem, lectionis varietatem, vtriuſque Iuris peritiam, & iudicij põdus oſtendit. Quidquid ambiguum atque nodoſum in Paradoxorum cortice apparet ingenioſa enodatione diſſoluit, & diſtincta reſolutione clarificat. Nihil bonis moribus inſonum, omni fidei orthodoxæ conſonum continent; quapropter digna publica luce iudico. Saluo, &c. Matriti, in Collegio S. Thomæ Aquinatis 10. Februarij ann. 1651.

*Fr. Ioannes Gonçalez de Leon, Magiſter.*

D. Pe-

*D. Petri de la Eſcalera & Gueuara, in Regis Conſilijs cauſarum Patroni per hanc Matriti Curiam, qua vix magna noteſcunt, celebrati*

## *Cenſura.*

IMperatum à V. Celſitudine mihi cenſoriæ ſpeculationis officiū, circa *Ciuilis Philoſophiæ ſpeculationes*, Authore D. Simone de Villalobos y Catalaiu I.C. qua potui ſolerti cura, cuncta rimulādo, peregi, è penitioribus abſtruſi Iuris arcanis expenitum, ac elaboratum opus, emunctioriq; ſelecta doctrina variè, necnon (ipſa varietate) venuſtè, compoſitū vbi per amœna vireta, dulcia pomaria, ſaltus inextricabiles, & ſalientes aquas (Illicium oculi, Delicium Ingenij) *Philoſophia noſtra vera*, ſignāter otiatur, vt eleganter, ac ſingulariter ſpeculetur etiā rupes, & alta, nō infœlici, ſed ſecunda ſorte, *præfatis ſpeculationibus* Author petit, ab imoque ſemper ad ſumma tendit. *Audax ingenium ægrè ſiſtitur paruis, ingentia ſæpius ambit fabuloſa tormenta, præcipitariq; mauult, quam ſerpere*, ſed *Nec ſerpit, nec præcipitatur.* Ideò luce publica dignas has eruditas ad ſero ſpeculationes. Ita cenſeo. Salua V. Celſitudinis ſuperiori conlubentia. Madridij poſtridie Kalend. Auguſt. ann. 1651.

*D. Ioſeph. Ant. de Salas in Diſſertat. de duplici viuētiū terra.*

*Lic. D. Petrus de la Eſcalera Gueuara.*

*Licen-*

# *Licencia del Ordinario.*

NOS El Doctor Don Rodrigo de Mandia y Parga, Vicario deſta Villa de Madrid, y ſu Partido, &c. Por la preſente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que ſe pueda imprimir, è imprima, el libro intitulado, *Speculationes Ciuilis Philoſophiæ*, compueſto por D. Simon de Villalobos y Calatayud, atento que por la cenſura deſta otra parte, conſta no auer en èl coſa contra nueſtra ſanta Fè, y buenas coſtumbres. Fecha en Madrid à diez y ſeis dias del mes de Iunio de mil y ſeiſcientos y cincuenta y vn años.

*Don Rodrigo de Mandia y Parga.*

Por ſu mandado.

Manuel Lopez.

Su-

## Suma del Priuilegio.

TIene priuilegio don Simon de Villalobos y Calatayu, por tiempo de diez años, para poder imprimir eſte libro intitulado, *Paradoxa, ſeu Ciuilis Philoſophiæ ſpeculationes*, con prohibicion, que otra ninguna perſona lo pueda imprimir ſin ſu licencia, como conſta del priuilegio deſpachado ante Miguel Fernandez de Noriega, Eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad, ſu fecha en ocho de Setiẽbre de 1651. años.

## Suma de la Taſſa.

EStc libro intitulado, *Paradoxa, ſeu Ciuilis Philoſophiæ ſpeculationes*, eſtà taſſado por los Señores del Conſejo à quatro marauedis cada pliego, el qual tiene ſetenta y ſeis pliegos, que al dicho precio montan trecientos y quatro marauedis, como cõſta de la fee que dello dio Miguel Fernãdez de Noriega, Eſcriuano de ſu Mageſtad, en dos de Abril de 1653. años.

Erra-

Digitized by Google

FOl.13.repreſsio,expreſsio. Fol.17.concutus,conſecutus. Fol.27.Regum,Rex. Fol.31.ordinauit,ornauit. Fol.36.reliquibus, reliquis. Fol. 40. vin, vincere, hoccere,honorem. Fol.58. vacantur, bachantur. Fol. 70. Meſſenium, Menenium. Fol.110.Paradoxa, Paradoxon. Fol.127.aut,haud. Fol.129.epitome,epitomē. Fol.131.Iulianum,Iulium. Fol.132.Marum,Marium. Fol.175.ad,at. Fol.164.Paradoxa,Paradoxō. Fol.174. efficatios,efficatiùs. Fol.147. inueſtigamur,inueſtigamus. Fol.215.quando,quam de. Fol.271.imaginis,imagines. Fol.200.Dæmō,Dæmonem. Fol.215.perteciſſe, perfeciſſe. Fol.219.nationes,orationes. Fol.226.emendationē,emendatione. Fol.302.Paradoxa, Paradoxon. Fol.311. optimus, optimis. Fol.33.enquam,inquam. Fol.339.præſtringar,præſtringā. Fol.369. appel.appellabis. Fol.373.nepti,nepotem. Fol.377.Prætor,præter. Fol.406.Iauolenus,Iulianus. Fol.486. hæredes,hæredibus.

*His correctis hæc Paradoxa Speculationes typis excuſa Authore D. Simon de Villalobos Calatain, necnon eiuſdem Periphraſes ſuo archetypo conſentire ſubſcripſi primo Kalendis Aprilis, anno 1651.*

*Lic. D. Carolus Murcia de la Llana.*

## *PVBLICIS IVRIS PHILOSOphiæ Magiſtris iuuentatem erudientibus, quorum ſcientia totus illuminatur mundus.*

ILLORVM Mihi, diſſertiſsimi Viri, ſummoperè diſplicet opinio, qui egregiũ, atque præclarum Iuriſconſultum nolint de illis literis, quæ ab humanitate, nomen acceperunt, quidquam attingere, ſed earum omninò expertem eſſe debere, qui ſi quem viderint carmina, Latinis verbis condere, aut orationem ſuis, Rethoricæque numeris cõplecti, exclamant: O quantum eſt in rebus inane! Hæc potius obliuioni mandanda, quid dicam, cum eò progrediatur eorum inſania, vt reconditos legum ſenſus excrutari, ſi quis tentet conuitijs onerent, & tantum corticem vérborũ, & illud Vlpiani, quod non intelligunt complecti ſibi videantur, dura lex, durum ius, ſed ita ſcriptum: & nefas exiſtiment aduerſus Bartholum, aut diuerſam à Bartulo, & antiquioribus doctrinam ex vera textuum intelligentia & mente depromere, quaſi maiores ſint iuris interpretes ipſo iure, præferenduſque interpres Papiniano, ſed quis eorum voces, ineptiaſque enumeret, aut picis iſtis ſilentium imponat, cum ego illis ſæpè dixerim partem eſſe moralis Philoſophiæ Iuriſprudentiam Philoſophos legendos, quibus ſaltem nobiliores quæſtiones cognoſcendas, & pertractandas, quibus dubitandi, & dicedendi rationes: cum ego illis ſæpè dixerim, hiſtoriam, atque annales ſcrutandos, ideò, vt vniuſcuiuſque legis impulſiuam, & ſæpè finalẽ cauſam cognoſcamus,

mus, & denique intellectũ ipſius neceſsitatẽ vim, poteſtatẽ,& durationẽ,cum alijs innumerabilibus: Poetas, aut negligendos, qui acumini mentis, cum illis igneus vigor ſit,& cœleſtis origo,aut cœleſtẽ, vt melius dicam, præ cæteris ſpiritum habere videantur, non origine tantùm, vt reliqui homines, ſed quadam cerebri diſpoſitione,atque aptitudine naturæ præcipua, contra ipſi inſurgunt, quis vnquã talia tenet. Qui dulcidine alienam meſſem furandi, in ſuamque traducendi allectus, qui dulcedine hiſtoriæ, & poeſis, aſperitatem,& ſalebroſos Iuriſprudentiæ locos, tramiteſque horreat, ſemelque illecebris,earum captus,non poſsit animum reuocare, eum inducere,laborare, vigilare, legibus interreſſe: adde quod ſat eſt,ab antiquitatis interpretibus recondita hiſtoriæ,atque Philoſophiæ arcana cognoſcere; O verè vecesanimi! qui non ſolum non ſequi, ſed neque cognoſcere verum poteſtis, quomodo id aſſequi poteritis? Quamdiu ignorauitis futurum Iuriſconſultum, haud minus aduerſus delicias, quàm aduerſus laborem, inediam, & fortuita omnia munitum eſſe oportere? Multoque magis animi motus,& propenſiones, quamuis,qui eas vincit monſtra ſe viciſſe putet: nunc ſic delicatum,& in vmbra educatum virum eum iudicatis, quem ad Iuriſprudentiæ ſacra admittendum vocatis? Vt non poſsit ſibi legem imponere, modumque? Eum qui iura condere,& ſuum cuique tribuere eneruatum,& facilem virum exiſtimatis? Hunc vultis,ex interpretum riuis, rerum primordia cognoſcere? Et qui arbiter, vitæ, & necis futurus, de interpretibus doctrinam ſumere? Abſit tantũ dedecus, alienum ſic ſpectauit acerbum, quaſi modium tritici appetens? Hunc corpus ſine pectore

eſſe

Digitized by Google

eſſe inueris? Quin potiùs ipſum eſſe ſummum interpretē opporter, ipſas cauſas,& originem rerum noſcere, fontes exhaurire, hunc humani generis pedagogum conſulant omnes, hunc petant, iuuenes ſeneſque Principes,& Reges, vt imperet armis, ea compeſcat, finem non minus litibus, quam armis imponens. Et tu, qui futurus es Iuriſconſultus, ſic te habeas, vt ſolùm, id, quod honeſtum ſit, bonū iudices, & ab omni animi perturbatione liber ſis: vnde quaſi cohæreat, ex Cicerone: *Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; nec qui inuictū ſe à labore præſtiterit, vinci à voluntate.* At vita breuis, ars longa? Hæc illi, nullum iter longiùs, quam quod deuium, & in præceps ducit, illud, quod certius, & planiùs, dum ſecurum me ducit, ducit incolumen, ducitque citiùs: at quod tempus, quis locus, poſt immenſa Iuriſprudentiæ volumina, relinquitur his floſculis delirandis? His, vt ipſi dicunt puerorum ſomnis, & ſtudijs? Vbi defatigatus à labore animus, remittendus, auocanduſq; à legum iuriſque lectione: alia potiùs oblectamenta quærit, quā ſe ſe, nouis, & maioribus moleſtijs, & laboribus tradere, cupit rudi donari, deſiderat liber aperto cœlo vagare optat, & dicit: lib. 1. de offi.

*Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor,*
*Et iam tempus equo fumantia ſoluere colla.*

O curæ in terris animæ! Iam labores ſunt, quæ ante deliciæ erant? Et dulcedine earum te te inebriari timebas? Nunc autem amaritudine comburi?

*Nunquam hodie effugies: veniam quocumque vocaris.*

Haud vnquam credis corpus varijs ipſius motibus, atque intentionibus requieſcere: ſic membra leuare, per alternas vices, & latus defatigatum ſuppoſito altero latere nunquā auditis? Et ſic ſic animū

diuerſis ſtudijs, alijs cogitationibus liberari, atque re foueri, & acui? Vidit vtilè, dulceque, ſimulque neceſſarium, Quintilianus de eoque ſibi effecturũ

lib. 2. inſtit. orat. c. 20. in fin. promiſsit; ibi. *Facilè perſuadebit ſibi, vt tempora, quæ ſpectaculis, campo, teſſeris, otioſis denique ſermonibus, ne dicam ſomno, & conuiuiorũ mora conterunt, geometriæ potiùs, ac muſicæ impendat, quanto plus delectationis habiturus, quam ex illis, ineruditis voluptatibus! Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus vt honeſta magis iuuarent.* Nec aliter Plinius iunior, ideoq; magnos,

lib. 5. epiſt. 100. ſanctoſque viros, & eius verbis vtar recenſet, qui etiam carmina ſcripſere, eloquentiæque conducere, ſic ille: *Ineſt his quoque eadem, quæ alijs carminibus vtilitas; quod metri neceſsitate deuicti, ſoluta oratione lætemur; & quod faciliùs eſſe comparatio oſtendit, libentiùs*

lib. 9. epiſt. 514. *ſcribimus.* Quare non erectiùs, non altiùs, dixit, ſcribimus? cum hoc decere oratorem aſſerat: *Debet enim orator, erigi, à tolli, interdum etiam efferueſcere, efferri; ac ſæpè accedere ad præceps.* Legat leges, interpretes, iuriſperitus, ſed non ignoret hiſtorias, non abhorreat à poeſi, ſit Philoſophiæ, atque omnis eruditionis particeps: appetat hiſtorias, gaudeat poeſi, tractet Philoſophiam, & omnia iuriſprudentiæ ſeruiant: ſi poteſt in his præcellere, & habeat ſupellectilem magni faciat, ſin minus, optet ipſe, in alijſque laudet, rectè Claudianus, de Mal. Theodoſio in eius Conſulatu, id præconijs extollit.

*Et vitæ pars nulla perit, quodcumque recedit*
*Litibus incumbit, ſtudijs, animuſque vicißim,*
*Aut curam imponit populis, aut otia muſis.*

Longum tempus datum, vita longa, locus, occaſio, non his tantùm, ſed alijs minoribus ſtudijs, nempè grammaticæ, orthographiæ, quibus etiã magni viri vacarunt, vnde rectiſsimè Quintilianus: *An ideò*

*mi-*

Digitized by Google

*minor eſt Marcus Tullius Orator, quod idem artis huius diligentiſsimus fuit, & in filio, vt in epiſtolis apparet, rectè loquēdi aſper quoque exactor? aut vim Caij Cæſaris fregerunt editi de analogia libri? aut ideò minus Meſſalla nitidus, quia quoſdam totos libros non verbis modo ſingulis, ſed etiam literis dedit? non obſtant hæ diciplinæ per illos euntibus, ſed circa illas hærentibus.* lib. 1. inſt. orat. c. 7. Longum tempus datum, ſed nos alijs intenti prætermittimus ſpatia, coram doctiſsimis Viris cōtra nebulones iſtos verba feci, vt veſtra præſentia, & veneratione, magis eos conuincam, quam verbis, cum omnia vos faciatis, quæ ego iſtis ſuadeo & in ſummos Iuriſconſultos euaſeritis. VALETE.



Digitized by Google

*Magiſtri Ferdinandi à Roxas, ad Simonem Villalobium Calataio.*

## EPIGRAMMA.

IN Cathedra quondam ſcriptis, quaà voce dediſti
Leges æternas, hæc typus eſſe facit.
Aſcendis pœna Villalobius ardua cœli,
Teque Scholis refert ingenioſus amor,
Seceſſu meditaris, & inſtruis vrbe labore
Gratum opus Aſtreæ, præmia quanta tibi!
Nam quæ iuſta Pij diſcernit Iudicis vrna,
Vt faciamus idem, nec mereamur idem?

---

*D. Gaſpar de la Plaça Inga, Aduocatus in Regijs Conſilijs, in laudem Authoris cedere ſignificat tantum, talemque Patronum eligere.*

QValia Cecropeis apibus modo dona parantur!
Floribus hiſce, nouos ædificare fauos.
Sicelides Muſæ latitent, & lumina Phebi,
Ecce tuæ ſuperant lumina cuncta faces.
Quis Paradoxa modis hirſuta in cortice ſoluis?
Eloquio vincis, qui Ciceronis opus?
Sis licet ingenio fœlix fœlicior aſtas
Eligis in dominum, qui tua ſcripta tenet.
Cui meliùs Ioannes poſsit nunc edere vota
Ni tibi gentis honos dignior Hiſperiæ?
Sint excuſa licet maiora volumina, maior
Nullius libri nemo patronus erit.
Adde quod eſt doctus, geſtatque inſigne leonum
Iſte, probata ſatis, ſcriptaque tuta manent.

Idem

*Idem quaſi Authoris perſonam agens, ſub ſomni ſpecie, quædã de illius ſtudijs, & Inſulæ Xedler, cuius dominus D. Ioannes à Xedler deſcriptionem exponit.*

## ELEGIA.

GVadianæ fluctu, quæ cingitur Inſula Xedler
   Frondeſcit ripis ſola corona ſuis.
Dulcis Carduelis, dulcis Philomena canentes
   Adſunt, dum leni murmure currit aqua.
In Silua Turtur, qua conſedere Palumbes,
   Piſcis, & Anguileæ, dum genus omne natat.
Gaudet in efoſſis habitare Cuniculus antris,
   Aſparagique parent, tuberaque ima petunt.
Eſt Lepus, eſt Perdix, eſt copia monte ferarum
   Floribus, & radijs, Phebus, & arua micant.
Murorum pinis ingens domus alta ſuperbit,
   E ſpeculis campis agmine cernis equas.
Multum adſtare caput portas exornat aprorum,
   Venatu vigilat prodiga turba canum.
Paſsim armenta boum, intus, ſed regalia luxu
   Hoſpitibus fidis aulica digna patent.
Picturis paries oſtendit clarus auorum
   Effigies cenſet, quas, & amore cliens.
Vt quoque picturam mereatur fama nepotum
   Antonius monſtrat Xedler in aſtra ferens.
Diuitias largus meliùs, qui fundit amicis,
   Tunc pietate manus, tunc ſimul enſe potens.
Fratres, qui ob patriam pugnando vulnera paſsi,
   Franciſcus, Marcus, fulmina Martis erant:
Belgia, quos vidit luſtris ſex arma regentes,
   Hunc legionem, illum, lubrica caſtra gelu.
Sunt meritis, ſunt hic etiam ſua præmia laudis,
   Singula miratur ruſticus illa diu.
Cogitur, è tabula pictos edicere vultus,
   Quos faciunt notos omnibus acta ſua.

Optima, cum fuerint dominis præſtant loſ illis,
Eſt Ioannis virtus, qua ſine cuncta nihil.
Accipit exhauſtum, me caſibus, omnium egenum
In lucem, cum eſſet promere cura librum.
Procubui, ſeramque dedi per membra quietem,
Viſſa ſcholæ ſomnis, ſeria forma loqui.
Aut Veneri caſtæ ſimilis, ſimiliſuè Mineruæ,
Pichardi docti tempore qualis erat.
Viſa eſt Forma grauis Diuæ, nec fallere credam,
Cum magis, atque magis verba relata notem.
Poſquam lecta tibi ter commentaria iuris
Donelli, dixit, cætera quæque ſemel.
Poſquam Cuiatij cognoſcis multa docentis,
Obſeruata nimis, pluraque culta ſatis.
Paulus ad Edictum, quod Papiniana moneret,
Quæſtio, reſponſis Scæuola iuris honos.
Illius tractatus, cui dedit Africa nomen,
Quod mentis fulcro, quod ſapit artis ope.
Quod Duarenus habet, terriſque Aſtrea reliquit,
In cumulum calamus, colligit, atque vehit.
Ex quibus augetur magnum Antilegomena legum,
Progenies horum filius ille tuus.
Ingens forma notat, quorum ſit corpus auorum,
Si tamen ingenio cedere vellet opus.
Legibus authores, qui Regni digna fouerent
Scripta, recenſenti continet vna labor.
Cum tot ab hinc luſtris in magna volumina Codex,
Diſcretus fuerit, quomodo pauca refert?
Talia quærenti nobis data copia fandi,
Sic potui verbis reddere verba datis.
Namque aliena ſuis volui relinquere chartis,
Tradere, ſic noſces, dum noua magna librum.
Parua licet docto ſint noſtræ conſita frugis,
Sunt magna ingenij, viribus illa mei.
Excutior ſomno, in tenueſque euanuit auras
Noctis imago, tamen, quæ mala noſtra leuat.
Forſan, & ipſa memor noſtri, quam reddit imago,
Inuidet haud miſeris, ſed iuuat alta ſophos.

LE.

# LECTORI.

COpia librorum effectum eſt, vt nec peritur æ parcere chartæ conſultum eſſe dicatnus, nec verboſis cōmentarijs egeat Reſpublica: vnde ſcribendi licentiam excuſatam habeo, & parui voluminis editionem, etſi alia elaborati, ad Pandectarum intelligentiam conducibilia, quæ me in lucem edere non feſtinus impulit amor, cum ea recondita per plures annos ſeruauerim nunc typis mandaturus, vt vtilitati publicæ, quo poſsim modo inſeruiam, illa edam Antinomia Iuris Ciuilis inquam, lectis, & relectis, & annotatis omnibus Hugonis Donelli commentarijs, in examenq; deductis, Papiniani quæſtiones, Pauli ad Edictum, Africani tractatus, Sceuolæ Reſponſa, ex Iacobo Cuiatio, necnon ex illius obſeruationibus Franciſci Duareni: ſcriptis Fabri, & Viglij Goueani & aliorum; in his & ſimilibus, etſi nō plus iuſto immeratum, haud minus debito, me intente legiſſe, collegiſſe, & comparaſſe certe ſcio. Nec ideò tempus defuit ad Iuris Canonici Regni leges, & plurimarum materiarum Praxis libros recenſendos, nec leui cura, nec ſemel, deinde, quod nunc extat informe Maioratuum opus expollitum labore prælo commendabo coaceruatum ex Ludouici à Molina, Ioannis del Caſtillo, Iacobi à Mieres lectione, vt conſtet nos vitæ ſpatio curam ſtudijs intendiſſe. Has verò Ciuilis Philoſophiæ Speculationes, ſeu Paradoxa ideò priùs expoſſui, quia nonnullos froſculos ab illis literis, quæ ab humanitate nomē accepere illis inuenies, quas inſtar Exordi operum eſſe ſolent, & ideò quoniam

illa

Digitized by Google

iſta penè tota ex aliis hæc magis ex parte noſtra. Dum noua cenſes edere grata librum, ſin minus tibi voluiſſe optima, quare haud incuſandum ſuſcipies. Plura mihi aduerſa fuere maximè rei familiaris, cum patrimonij vires in annuis reditibus ex priuilegijs conſtarent impeditum, quo me verterem; cum nihil certum in bonis haberem, nam etſi olim Salmanticæ publicè leges exponerem per tres continuos annos, nec id proſequi eadem de cauſa poteram? Arma Inuicti Philippi Quarti ſequerer exemplo Patris Didaci de Villalobos? Qui ætate poſt quadrageſimum annum togę aſſuetum pugnare diſcerem? Tamen, & ſi hæc ita non inlaudabili otio aduerſam toleraui fortunam literarum lucubrationibus incumbens, cum contra otium ſine literis mors ſit, & hominis viui ſepultura dicatur. Te Lectorem eo præcipuè beneuolum cupio, vt ne quid me aliter ſentire credas, contumaciterque defendere his Paradoxis, circa legum, Politicæ, Fideique veritatem, quam doctos pios, Catholicoſque Viros, quorum cenſura, & Orthodoxæ Eccleſiæ iudicio, & voto omnia ſubmitto, quæ ſecus inconſultè dixerim delenda; comburendaque ignibus, ac obliuioni tradi cenſere, imò talem mihi fuiſſe, eſſeque animum, vt Deo Optimo Maximo; & Deiparæ Virgini Mariæ, conceptæ abſque labe peccati originalis, gratum laborem noſtrum efficere cupiam, in quibus certa ſalus, indubitataque præmia piæ cogitationis, parique conatus, quæ verò Reipublicæ, & rerum intelligentiæ congrua ſint, tenuer cognoſcere vellem; operi noſtro detrectare multius ingenij erit, aut magni animi ſignum, iudicijvè ponius, potiùs infirma lenare, & qualia qualia fuerint defendere, cum etiam

erudi-

eruditiſſimos Viros arguere, ſcriptaque eorum fa-cillimi negotij ſit, vt dixit Quintilianus, & ideò meritò puerorum eſſe morem, docet Beatus Hieronymus, ibi: *Puerilis eſt iactantia, quod olim adoleſcentuli facere conſueuerunt, accuſando illuſtres Viros ſuo nomini famam quærere.* Plinius etiam cum inferiora legas, vt noſtra ſortè, tuiſvè æqualia, aut grandiora tuam rem agi aſſerit, ſi ea excuſaueris, laudaueris, aut miratus ſis, ſic ille: *Lauda vel inferiorem, vel ſuperiorem, vel parem, ſuperiorem, quia niſi laudandus ille, non potes ipſe laudari, inferiorem, aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam, quam maximum videri, quem præcedis, vel exæquas.* Primum Paradoxon, ſingularia quædam, quæ ex Quintiliano, & Liuio, nec non Doctorum, & legum doctrinas continet. Secundū plura, quæ lectione Claſicorum Authorum obſeruaui. Tertium nouiſsimam interpretationem, §. fin. inſt. ad legem Aquiliā, quaſi ex peculio noſtræ ſolicitudinis quondam ornatum. Quartum exquiſitiſsima quæque deprompta ex Politicæ arcanis. Quintum priuati, ac publici iuris præcepta, ſententiaſque Iuriſconſultorum animaduerſione dignas. Sextum antiquitatem ſapit, cuius aliqua in tempore conducere poſſent. Septimum, & Decimum theoricè cognitionem illarum legum. Octauum authorum tot opiniones incuſat vtinam, cum effectu ad Praxim eius inſtitutum reducere valeas vtile Reipublicæ futurum. Nonum plura, ſelectaque præcepta ad Plebem continendam in obſequijs occaſione ſumpta, ex interpretatione l. 1. D. de his qui not. inf. & incidenter comœdiæ noſtro tempore inter dictæ, & redditæ. Vndecimū aduerſus corticem verborum, l. aut facta 16. §. fin. D. de pœnis, in verum, & Ciuilis Philoſophiæ ſenſum vindicatā.

Duodecimum vehitur in eorum elatione, qui vetera contemnunt ſcripta, aut illa ſupra modum laudant tempora, quo Rethoricorum more amœnioris loci egreſsione habemus. Tertium decimũ deſidentium interpretum ſententias in Pauli l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. continet. Decimũ quartũ Vlpiani, l. cum eo qui 9. D. de ſeruitut. prǽd. vrbani abſque Cuiatij emendatione ipſius ſolutionem. Decimum quintum Iauoleni, l. adoptio 16. D. de adoptionib. ibique ſcitu digna plura reperies. Decimum ſextum ſubtilem Antonij Fabri ad l. intelligere 2. C. de luit. pignor. intellectum, cum aliquo aditamento. In Vltimam huius libri partem Periphraſim Difficilium Textuum reijcimus: mihi ea vltra commendare, non magis opus eſt, quam aliena, cum hæc tua libentiſsimo animo fecerim. VALE.

IN-

# INDEX CAPITVM Paradox. ſpeculat.

Caput primum. *Propter amicitiam iure diffinitam, poſſe iudicem ab eius amico recuſari. fol.* 1.

Caput 2. *Plebem nec nimis eruditam, nec prorſus agreſtem Reipublicæ habere conuenit. fol.* 20.

Caput 3. *Miſericordiam, vitium appellari à iuriſperitis, & ſimul patet ſublatentis, §. fin. inſt. ad leg. Aquil. mens huc vſque parum comperta. fol.* 37.

Caput 4. *Virtutis, & ſcientiæ pompa, aliquibus nocuit, vnde imperitiæ, & vitiorum ſimulatio nonnunquam prodeſt. fol.* 63.

Caput 5. *Principem ſolum ex æquitate, non tantùm vitam ſeruare (quod potiùs iuſtitiæ eſt) ſed honores aliquãdo reddere decet filijs eorum, qui Maieſtatis crimine damnantur, ceſſante cauſa publica, & Arcadij, & Honorij, l. quiſquis 5. § filij vero eius, D. ad leg. Iuliam Maieſt. breuis expoſitio. fol.* 74.

Caput 6. *An è Republica ſit, viris tantùm literatis, aut militaribus, tantùm artibus inſtructis eius regimen mandare. fol.* 106.

Caput 7. *Nullam differentiam dari ex accidenti in pecuniæ qualitate ſecus alijs rebus ex Papiniani doctrina, vnde nouiſſimus, & verus ſenſus, §. quod ſi frumentum, inſt. de rer. diuiſ. & l. ſi alieni 78. D. de ſolutionib. & liberat. fol.* 143.

Caput 8. *Propriæ mentis rationi parendum legibus informatæ: non probabilis, aut communis ſententiæ authoritati. fol.* 151.

Caput 9. *Comædos, huius æui non fuiſſe in Hiſpania iuris; ſeu facti (vt alij) infamia notatos: ex interpretatione l. 4. tit. 6. par. 7. necnon ex l. 1. §. qui artis ludicræ, D. de his qui notant. infam. & incidenter de Hiſpana comædia, cum ex facti turpitudine perpendatur infamiæ pœna. fol.* 181.

§. 1.

§.1. *Artis ludicræ diffinitio, & damnatio. fol.* 193.
§.2. *Honeſta defenditur Comœdia facti diſtinctione. fol.* 203.
§.3. *Hiſpana Comœdia excuſatur, nonnullis obiectis. fol.* 213.
§.4. *De accidentalibus in Hiſpana Comœdia. fol.* 227.
§.5. *Publicæ ſalutis cauſa plura tolleranda, lætitiam, confidentiam, occupationem, & inſtructionem populi, ad obſequium conducere. fol.* 239.
Caput 10. *Animo, & corpore ſemper amitti poſſeſſionem, & ſi ſibi contrarius videatur, Paulus l. poſſideri* 3. §. *in amittenda, D. de ad quirend. vel amitt. poſſ. idem Paulus l. quemadmodum* 8. *D. eiuſd. tit. fol.* 250.
Caput 11. *Exempli cauſa tantùm, haud exacerbari pœnam, & interpretatio Claudi Saturnini l. aut facta* 16. §. *fin. D de pœnis. fol.* 281.
Caput 12. *Noſtra tempeſtate homines non plus, & ſi melius, quam Romanorum, & Græcorum temporibus ſapere conſtat. fol.* 273.
Caput 13. *Textus Pauli lib.* 9. *quæſtionum, l. ſi pupillus* 21. *D. ad leg. Falcid. difficilior, & diffuſa primæ partis quæſtio varijs interpretum ſententijs hinc, atque hinc agitata denique in vnum collecta nouiſſimè terminatur. fol.* 317.
Caput 14. *Vlpiani l. cum eo, qui* 9. *D. de ſeruit. præd. vrb. & Pauli difficilis textus in l. eos qui* 40. *D. de ſeru. vrban. præd. explicandus ſuſcipitur, & Cuiatij ſolutio retinetur abſque ipſius Cuiatij emendatione. fol.* 345.
Caput 15. *Summam rationem, qua ſingulæ leges iuris cõmunis nituntur, oſtendere capimus, ex Iauolen. l. adoptio* 16. *D. de adoptionib. fol.* 352.
Caput 16. *Subtilis extra Donelli, & Cuiatij emendationem interpretatio ad Vlpiani textum, l. in omnibus* 43. *D. de ſolutionib. & Imperatoris Gordiani l. intelligere* 2. *C. de luit. pignor. quam Antonius Faber lib.* 7. *coniecturar. cap.* 18. *inſinuat, & cum additamento exponitur. fol.* 389.

Dif-

Digitized by Google

# Periphraſis Difficilium Textuum.

Periphr. 1. *Iulianus l. Mineius* 61. *D. de rei vindic. fol.* 406.

Periphr. 2. *Triphoninus l. ſi fundum* 16. *D. de fund. dot. fol.* 413.

Periphr. 3. *Vlpianus l. ſed ſi plures* 10. § *ad ſubſtitutos, D. de vulgar. & pupil. Paulus l. ſed & ſi* 6. *D. de legat.* 3. *fol.* 419.

Periphr. 4. *Modeſtinus l. iam hoc iure* 4. *D. de vulgar. & pupill. Alexander Imperator l. quamuis* 4. *C. de impub. & aliis ſubſtitut. fol.* 424.

Periphr. 5 *Imperat. Dioclet. & Max. l. in teſtamento* 12. *C. de teſtament. milit. fol.* 428.

Periphr. 6. *Marcellus l. Titius* 25. *de teſtam. milit. Vlpianus l. in fraudem* 15. §. *teſtamentum, D. de teſtam. milit. fol.* 431.

Periphr. 7 *Gaius l. neceſſariis* 57. *D. de adquir. vel omitt. hæredit. fol.* 435.

Periphr. 8. *Vlpianus l.* 1. § *ſed & quoties, D. ad Senat. Trebell. Gaius l. ſed & ſi* 10. *D. Iulianus l. ita tamen* 27. §. *à patre hæres, D. ad Senat. Trebel. fol.* 442.

Periphr. 9. *Vlpianus l. liber homo* 13. §. *ſi ſeruus, D. ad leg. Aquil. Paulus l. qui ita inſtitutus* 66. § *ſi damnum, D. ad Senat. Trebell. fol.* 447.

Periphr. 10. *Paulus l. reſpondit* 14. § *hæres rogatus, D. de vſur. & fruct. Vlpianus l. mulier* 22. § *ſi hæres D. Papinianus l. deducta* 58. §. *hæreditatem, D. ad Senat. Trebell. fol.* 451.

Periphr. 11. *Vlpianus l. in fideicommiſſario* 18. *D. ad Senat. Trebell. Paulus l. videamus* 38. §. *ſi actionem, D. de vſur. & fructib. fol.* 457.

Periphr. 12. *Papinianus l. in fidei commiſſi* 3. §. *nonnunquam, D. de vſur. & fructib. idem l. deducta* 58. §. *quod ex hæreditate, D. ad Senat. Trebell. fol.* 460.

Periphr. 13. *Iulianus l. qui fundũ* 87. § *qui filios, D. ad leg. Falc. Vlpian. l. ſi fuerit* 5. § *fin. D. de legat.* 3. *fol.* 466.

*Pe-*

Periphr. 14. *Florentinus l. legatum* 118. *l. haeredi, D. de legat.* 1. *Celſus l.* 1. *D. de regul. Caton. Paulus l. ſi quis Attio.* 7. *D. de vſufruct. accreſ. fol.* 471.

Periphr. 15. *Vlpianus l. ſi poſt diem* 5. §. *ſed ſi ſub conditione, D. quand. dies legat. vel fideicommiſſ. ced. Paulus l. à filio haerede* 25. *D. de legat.* 1. *fol.* 477.

Periphr. 16. *Paulus l. ſed & ſi ſic* 6. §. *vlt. D. de legat.* 3. *Valer. &* Galien. *l. eam quam* 14. *D. de fideicommiſſ. fol.* 482.

Periphr. 17. *Papinianus l. Imperator* 70. §. *ſi centum, D. de legat.* 2. *fol.* 488.

Periphr. 18. *Papinianus l. cum filio familias* 11. *D. de legat.* 1. *fol.* 491.

Periphr. 19. *Modeſtinus l. liber homo* 103. *D. de verbor. oblig. Iulianus l. ab omnibus* 104. §. *etiam rem, D. de legat.* 1. *fol* 497.

Periphr. 20. *Papinianus l. Maeuius* 66. § *fundo legato, D. de legat.* 2. *fol.* 499.

Periphr. 21. *Vlpianus l. ſi creditori* 28. §. *vlt. D. de legat.* 1. *Paulus l.* 1. §. *ſi quis creditor, D. ad leg. Falc. fol.* 503.

Periphr. 22. *Papinianus l. verbis* 5 *D. ad leg. Falcid. Pauli l. debitor* 82. *D. de legat.* 2. *fol.* 508.

Periphr. 23. *Iuſtinianus* §. *ſi quis rem ſuam, inſtitut. de legatis. fol.* 514.

Periphr. 24. *Celſus l.* 1. §. *vlt. D. de regul. Caton. Vlpianus l. caetera* 41. §. *tractari, D. de legat.* 1. *fol.* 516.

Periphr. 25. *Iulianus l. ſi pater familias* 40. *D. de haeredib. inſtituend. Terentius Clemens l. ſi ſeruus* 82. *D. de adquir. vel omitt. hared. fol.* 521.

CA-

Digitized by Google

# CAPVT PRIMVM.

## PROPTER AMICITIAM iure diffinitam poſſe iudicem ab eius amico recuſari.

### SVMMARIVM.

AMicorum differentia. n. 1.
Amici ficti plus nocent, quam inimici. ibidem.
Amici ficti rectè, cum inimici ſint honeſtiore titulo iudices recuſantur. n. 2.
Amicum fictum nullum, ſed inimicum. n. 3.
Amicus verus alter ego. ibidem.
Amici veri Pauli, quædam delineamenta. ibidem.
Amici, & amicitiæ diffinitio. ibidem.
Inhibitionem, & repoſitionem abſtenſionem



Digitized by Google

nem, & abdicationem diſtingui, & facti quid eſſe. ibidem.

Appellatio impunè admittitur à iudice pene ſemper. ibidem.

Notorijs nō eſt opus ordine iudiciario. ibidē

Sententiam iudex mutare non poteſt declarare eandem poteſt. ibidem.

Recuſationem haud ſupplet regulariter iudex. ibidem.

Amici æſtimationē ſuæ anteferendā. n. 4.

Amicus legibus tenetur amici æſtimationi conſulere. ibidem.

Amicum iudicem habere, æquè legum menti repugnat, quàm me in propria cauſa iudicem eſſe. ibidem.

Amicum iudicem habere, aut mea intereſt, & tunc pro me introducta renuntiare poſſum, vel contra me eſt, & tunc renuntiationi eſt locus, & cum ſemper mihi honeſtum idem dicendum. n. 5.

Amicum recuſare iudicem recuſati amici Beneſſicium eſt. ibidem.

Amicos recuſari iudices ab amicis Reipublicæ intereſt. n. 6.

Iudex abſque cauſæ expræſione recuſatur, niſi Supremus Magiſtratus, aut Ciuitas. ibidem.

Iudices omnes recuſari poſſunt præter reges liberasve Reſpublicas. ibidem.

Recuſationis cauſa vnica, ex quo patet me amicum recuſare poſſe. n. 7.

Amicus ſuſpectior inimico recuſandus venit. ibidem.

Ami-

Digitized by Google

*Amicus ex cauſæ grauitate honeſtatis nempè recuſandus venit.* n. 8.
*Amicum recuſare poteſt aduerſarius, ergo multo decentius amicus.* ibidem.
*Amicum recuſare honeſtum vtile ergo.* ibidem.
*Euripidis ſententia reijcitur.* ibidem.
*Communes vtrique parti recuſationis cauſæ.* ibidem.

SIc Iuriſprudentiam ſtrictè quidam accipiunt, vt mercenariam, & ignobilẽ eam iudicent, tantumque cortici verborum parentem: ſed cum nos rationis dictamen potiùs ſequi debere cõtendamus, vt veram iuriſprudentiæ imaginem, ſeu formam complectamur, cum illis ſentientes, qui veram, & non ſimulatam Philoſophiam iuriſprudentiam appellant: aſſerere placet poſſe, & deberi iudicem amicũ ab eius amico in iuditio repelli.

1 *Amicorum differentia.*

In amicis denique habemus, aut eos, qui reuera huius nominis indigni ſunt, illosvè, quorum rara fides commẽdat amicos, quam amicorum differentiam Seneca agnoſcit, & modum eligendi amicum denotat. epiſt. 3. lib. 1. eumque damnat, qui caſu quærit amicum inconſulte probat. ibi: *Errat, & ille, qui amicum in atrio quærit in cõuiuio probat.* De quibus Cicero in ſuo Lelio, nempè de falſis amicis: *Multo melius de quibuſdam inimicos mæreri, quam eos amicos, qui dulces videantur.*

*Amici ficti plus nocent, quã inimici.*

Et infra: *Nullam in amicis peſtem eſſe maiorem, quàm adulationẽ blanditias aſſentationem*, idẽ Cicero: *Nec enim facile agnoſces, quippè qui aduerſando ſæpè aſſentetur, & litigare ſimulans, blandiatur, atque ad ſtremum det munus, vincique ſepatiatur, vt is qui illuſus eſt plus viciſſe videatur*, ij ſunt, qui in aduerſis tergiuerſantur. Ouidij fuit querella lib. 1. de triſtibus eleg. 8.

*Horrea formicæ tendunt ad inania nũquam*
*Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*

Quo Cicero prædicat: *Difficiles, pl-riſque videntur calamitatum ſocietates? Ad quas non eſt inuentus, qui deſcendat.* Vnde fidelium amicorum inopiam, ſeu raritatem, rectiſsimè Sæneca prænotat, ibi: *Agrippam, & Mæcenatem ſolitos illi, vera dicere ſui, ſi vixiſſent inter diſimulantes fuiſſent.* Et ſi hoc de illo, qui ſummam rerum adeptus eſt. Nam in opreſis, ardua fidelis amicitia, ex ore Pompei. Lucanus lib. 8. Pharſaliæ.

*Ardua quippè fides robuſtos exigit annos.*

2 *Amici ficti rectè, cũ inimici ſint honeſtiori recuſantur titulo*

Peſsimum inimicorum genus, omni diſcrimine, quos licere contendo, honeſtiori cauſa nẽpè amicitiæ nomine à iudicio remouere, cum ſimile velamen, haud aſpernati fuerint iuriſperiti, tit. D. de rer. amot. Viglius, §. prim. inſt. de ex hær. lib. num. 4. pag. 129. licet inimicos remouere, multo magis falſos amicos, peius de nobis meritos, cum ex maiori ad minus, commodam rectè illationem du camus, l. in

in ſuis 11. D. de lib. & poſth. l. nec in ea 22. D. ad leg. Iul. de adult. l. non debet. 22. D. de reg. iur. Nouell. de hæred. quæ ab inteſt. def. §. aliud, &c. ibi Doct. quia de illis, quid aliud ſperari poteſt, quam truculentum, & ſæuiſsimum Manilij iudicium? Sed res monet, vt nos ad verũ amicum deueniamus, de quo potius nomen amici accipi debet, cum ritu iuriſperitorum fictum amicum, nullum, inimicumvè probauerimus, conſonant iura: Modeſtinus, l. cum vitioſe 25. D. de pig. & hypot. Vlpianus, l. qui ſatis dare 3. D. de fideiuſ. l. nulla differentia 2. D. de auth. & conſenſ. tut. hic eſt, cui omnia debeas, quæ tibi, Seneca: *Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantum credis, quantum tibi vehementer erras.* Cicero in ſuo Lelio: *Eſt enim amicus quidem, qui eſt tanquam idem.* Paulus, forſam vtrumque genus amicorum complecti videretur, nisi cum effectu pro vt retulimus, verba iuris accipienda fuiſſent, Paulus: *Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos: ſed quibus fuerint iura, cum patre familias, honeſtis familiaritatis, quæſita rationibus*, l. latæ culpæ 223. §. amicos. D. de verb. ſig. ſic nos diffinimus: *Amicus eſt, qui me, meaque diligit honeſte amoris affectu, & conſtantia notus.* Ex amicitiæ lege.

3 *Amicum fictum nullũ, ſed inimicũ.*

*Amicus verus alter ego*

*Amici veri Pauli, quædã delineamenta.*

*Amici, & amicitiæ diffinitio.*

*Nulli inimicus ero, ſed nec vis amicus amico*
*Nam, cuicumque ſemel, ſemper amicus ero.*

Amicitiam Cicero diffiniuit: *Eſt autem ami-*

*amicitia (de qua nos) nihil aliud, niſi omnium humanarum, diuinarumque rerum, cum beneuolentia, & charitate ſumma conſenſio.* Aulus Gellius infimo æri, ſimilem eſſe amicitiam in iuſti comparatione, auro ſimile: æs tamen pluris haberi poſſe ſumma, quam aurum, Noct. Atticar. lib. 1. cap. 3. Seneca reicit illud Cai. Plinij de viris illuſtribus, c. 54. amico non omnia detegenda, ne forſan inimicus factus, hæc eadem nobis obijciat, Seneca epiſt. 3. lib. 1. quos ſic concilia, vt omnia, cùm amico communices: ea verò ſancta ſint, itaque cum aſſummis, tunc Philoſophis, tunc Iuriſconſultis retullerim, vnum, eūdemque animum habituros amicos, & in ſua cauſa nemo bellè debeat iudicem eſſe. l. prima, §. in propria. D. quand. appel. ſit, & intr. quæ temp. l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. æquè nec amicum, in eoque obtinere, huiuſmodi rationis exempla ſummamus à Supremi Conſilij Senatoribus, qui modeſtiæ ſpecimen præfeferunt ab amicorum cauſis, & proprijs ſe abſtinentibus, nemine cogente, eſt inter inhibitionem, repoſitionem, abſtenſionem, appellationem nonnulla differentia, nec nō recuſationem, de qua proprius nos, de inhibitionē. Lācellot. Robert. de attent. 2. part. cap. 20. Marthà in compilati. deciſ. tit. de inhibitionib. tom. 1. Card. Tuſcul. pract. concluſ. tom. 3. lit. I. à concluſione 140. Barboſa declarans nonnullas conclu-

*Inhibitionē, & repoſitionem, & abſtenſionem diſtingui, & facti quid eſſe.*

cluſiones ipſius Cardinal. in remiſsion. ſuper.cap.1. ſeſsione 13. de reformatione. Hoc eſt, vt ſe non eſſe iudicem in ea cauſa, in qua non eſt agnoſcat, ſiue ad ſententiam, ſiue ad executionem, præcedente tamen partis petitione, & alterius citatione, cauſæ cognitione in iudice inhibente, ne aliter nulla ſit, cap. Romana. §. ſi verò. §. ſi autem de appellat. D. Frãciſcus Salgado, 2. part. cap. 10. num. 20. & 21. de Reg. protect. & idem 2. part. cap. 31. n. 5. de ſuppl. ad Sanct. à lit. Apoſt. nec non dic. 2. part. cap. 7. num. 18. de ſupp. & ipſe D. Salgado de triplici modo inhibitionis, dic. part. 2. & dic. cap. 10. à num. 52. vſque ad numerum 59. de Reg. protect. cui remiſsionis effectus, plerumque adhærent, latè Azeuedo l. prim. tit. 16. lib. 8. R. vbi plures remiſsionis limitationes, à num. 7. vſque ad numerum 11. defferre, & reponere acta ſua ſponte, aut compulſus, eſt etiam quid facti, vbi non opus eſt iuriſdictione, hoc eſt ea quæ fecit, extra tramites ſuæ iuriſdictionis, ad priſtinum ſtatum reducere, nulla ipſo iure quaſi infecta reddere, æquè facti eſt abſtenſio, cum iudex non vltra tendit vbi nullam habet iuriſdictionem, in quo tamen ſummariam cognitionem ad effectum excludendi calumnioſam oppoſitionem partis aduerſæ aſſumit iudex, vt legitimè ſuper ſedere poſsit, proprioque iudici cauſam remittere, D. Salgado 2. part. c. 34. n. 91.

de ſuppl. ad Sanct. alit. Apoſt. l. 35. 36. tit. 5. lib. 2. R. l. 4. tit. 10. par. 7. idem plures, & plura adducit, par. 1. c. 4. à n. 11. & ſeqq. de Reg. protect. Appellationemvè admittere, quæ defenſio naturalis, & ſi eius forma iuris poſsitiui, l. 1. D. de appel. c. ſugeſtũ de appellationib. Couarr. in pract. c. 23. n. 6. Marta de iuriſdict. 1. par. c. 43. à num. 1. quibus non eſt iudex in propria, cauſa, ſed tantùm ſe continet, intra præſcriptos ſuę poteſtatis, & iuriſdictionis limites, cum appellationis conceſsio, non minus facti ſit, abſque iuriſdictionis adminiculo. Philippus Franc. in c. cõſtitutus 45. ſub n. 9. Sigiſmundus Scacia tractatu de appellat. quæſt. 11. art. 1. nu. 4. verſ. infero ex hac ſecunda, quam concedere impune penè in omnibus licere, D. Salgado 1. part. c. 2. n. 31. de Reg. protect. limitat, par. 3. c. 14. at muneri proprio renũtiare nequit, cauſam vè abdicare, in qua iudex legitimus reperitur, l. ſextum decimum 2. §. numerus, D. de vacat. & excuſat. muner. l. cui muneris 12. D. de muner. & honorib. l. pupillus 239. §. munus, D. de verb. ſig. c. quoniam contra dę probat. ibi Doctores, Burſatus conſilio 199. Abbas Panormita. in c. ex litteris de officio delegat. D. Salgad. tract. de ſuppl. ad Sanct. à lit. Apoſt. part. 2, cap. 5. §. 4. num. 14. nam ea, quæ ſunt ipſius iuriſdictionis, muneriſquè publici, quod ſubſtinet, ab ſe repellere nequit, ex quibus

*Appellatio impune à iudice penè ſẽper admittitur.*

aliàs

alijs Romanorum diſertiſsimus Aulus Gellius reprehenditur, cum dixit poſſe iudicem cauſam abdicare, ſibique non liquere aſſerere, lib. 14. cap. 2. Noct. Attic. nec in illis quædam iterum reſumere. Ideò ſemel officio functus in ſententia eam emendare mutarevè nequit, & ſi hanc declarare, & explicare, executionique tradere, rectiſsimè poterit iudex, illiuſque ſucceſſor, D. Franciſcus Salgadus par. 1. cap. 3. num. 63. de Reg. protect. circa declarationem plures quoque adducens, D. Salgado de ſuppl. ad Sanct. à lit. Apoſt. 2. part. cap. 30. §. 5. num. 19. & ſeqq. in recuſatione vero, an poſſit iudex, & ſi pars non obijciat legitimam recuſationis cauſam agnoſcere, dubitari poteſt, quippè in iudicis recuſatione arbitri cognoſcunt de recuſationis cauſis, reliquivè iudices, cap. ſi contra in fine de officio, & poteſt. iudic. delegat. in 6. cap. paſtoralis de reſcrip. Abbas in cap. ſuſpitionis de off. delegat. Maranta de ord. iud. 4. part. 6. diſt. num. 12. in fine, folio 142. in paruis, Baldus in conſilio 90. & conſilio 470. 1. vol. & in l. apertiſsimi, column. fin. verſ. quarto quæro, & in l. fin. nota 7. C. de iudicijs, tamen cum ſe iudex pro recuſato habet, iugi partium ſilentio, & ſi minus legitima recuſationis cau-

*Sẽtentia iudex mutare nõpoteſt declarare eandem poteſt.*

cauſa ſe inhibere poterit, D. Salgado de ſuppl. ac Sanct. 2. part. cap. 5. §. 4. num. 12. cum ab hac interlocutoria appellare liceat præcipuè negatiua, cap. iudex de offic. de legat. in 6. cap. quòd ſuſpecti 3. quæſt. 5. & in notorijs, etiam aduerſario non conſentiente ex vulgaribus iuribus, quo caſu, nec probationi, nec appellationi locus, cap. ad noſtram: ſecundo de iureiurando, c. 2. de purgat. canon. Stephanus Gratianus diſcept. forenſ. cap. 823. num. 32. & ſeqq. tom. 5. Gomezius tomo 3. cap. prim. de delictis. num. 48. l. prim. §. prim. D. de iure deliber. l. Prætor. §. turbam, D. de vi bonor. rapt. cap. 2. manifeſto 2. quæſt. 1. l. ea quidem 7. C. de accuſat. Proſp. Farinatius, quæſt. 17. num. 45. & quæſt. 21. num. 129. publicè expedit lites abſque vlla ſuſpitione procedere, vnde iudici licebit partes tantùm de notoria cauſá monere, & ſi nemo litigantium eam opponat, cum in alijs, quę ſummam præſeferunt æquitatem [c], partium deſideria iudici ſupplere permittatur Hieronymus Zeuallos, quæſt. 461. tom. 2. cū tamen, ei notum, vt iudici ſit, cap. vlt. in primò 15. quæſt. 5. ſiuè iure. Nouell. 82. in princ. ſiuè facto, l. vltim. C. vt quæ de ſunt aduocatis c. vltim. §. ſed mirandum, cap. vnus ex vobis 2. quæſt. 1. Iulius Clarus, §. fin. quæſt. 8. verſ. vltim. & q. 66. verſ. Scias 2. Nicolaus Vigelius ſuis inſtitutionib. lib. 2. cap. 1. ſed notorium iudi-

*Notorijs non eſt opus ordine iudiciario.*

dici, vt iudici notũ eſſe dicã, tamen in acta notoriũ redigere conſultius erit, Gomezius tom. 3. cap. 1. à num. 41. vſque ad numerum 48. var. reſolut. & ſi regulariter, recuſationis cauſa eſſet ab aduerſario proponenda, verámque haberi tantùm à iudice debeat, nã iudici reſpondere conceditur, quando pars ipſa recuſans petit, ex Gloſſa fin. c. nouit, de appellat. in quibus omnis coluſionis nota fugienda, Iacobus Menochius de præſumpt. 26. præcipuè n. 4, ſed ad priora reddeo, quæſtionique inſiſtens, ſaltem ſuadere velim partis amici, nempè aduerſus iudicem amicum recuſationis cauſam ipſam amicitiam admittendam, & ſi ſuſpitio ſit, quæ aduerſario immineat, ſaltim ob iudicis amici æſtimationem propriæ anteponendam. 4 ibi: *Nam ſuæ quidem quiſque rei moderator, atque arbiter non omnia negotia, ſed pleraque ex proprio animo facit, aliena verò negotia exacto negotio geruntur.* Mandata ſunt omnia verò amico. Vnde legibus teneri dixeris, dict. l. in re mandata 21. l. procuratorem 11. l. cõmodati 12. C. mand. vel cõtra. Inde famoſum iudicium, & infamiæ irrogatio ex ſententiis, l. prim. §. qui pro ſocio, D. de his qui not. inf. Menochius conſilio 683. n. 23. lib. 7. Vſualdus in notat. ad Donell. lib. 18. cap. 12. lit. K. & D. at cum turpe habeatur, non ſolùm nefas ſuadere, ſed de eo interpellare amicum, aut illum de illo non mone-

*Recuſation & regulariter iudex haud ſupplet.*

*Amici æſtimationẽ ſibi e anteponẽda.*

*Amicum iudicem habereq; què legamenti repugnat, quã nè in propria cauſa iudicẽ eſſe.*

nere; in cauſa mea eum iudicem permittere, & non diſuadere, & petere, turpe eadem ratione eſt, pro vt fuiſſet, ſi ego in mea cauſa fuiſſem. Cicer. lib. 1. de officijs, *Prima lex in amicitia eſt, ne rogemus res turpes, aut faciamus rogati, cum & quę nefas ſit, tale aliquid, & facere rogatum, & rogare.* Et ſi aduerſarius permittat, ſemper haud rei familiari, aut famæ imminet periculum rei familiari, ſi aduerſus me ſententiam ferat, famæ ſi pro me ſententiam proferret: & ſi mea velis intereſſe amicum iudicem habere fortiori argumento tecum agam, cum manifeſti iuris ſit ea, quæ pro me ſunt, me renunciare poſſe, l. 1. D. de pactis, l. pactum 46. D. eiuſd. ne contra me ſit fauor pro me introductus, leg. nulla 24. D. de legib. l. quod fauore, C. de leg. cap. quod ob gratiam, de reg. iuris. Thomas de Thomaſius in florib. leg. regul. 143. & ſic, vt miſerabilis perſona poteſt declinare proprium iudicem è conuerſo poterit, & Principis iudicium. Matthæus de Afflictis conſt. Regn. Rubric. 37. ſtatuimus num. 14. verſ. 1. lib. 1. Marcheſan. tract. de commiſsionib. auocat. cauſar. cap. 4. §. 2. num. 16. fol. 475. Sigiſmundus Scacia de appel. quæſt. 2. num. 121. ex rationis identitate. Didacus à Couarrubias pract. c. 6. num. 3. l. vnic. C. quand. imp. inter pupill. & vid. & ſi, vt fatendum eſt mihi prodeſſe, aduerſario haud nocere,

5 *Amicum iudicē habere, aut mea intereſt, & tunc pro me introducta renuntiare poſſum, vel cōtra me, & tunc renuntiationi locus, & cum ſemper honeſtum idem dicendum.*

pate-

patet mihi ſimile auxilium auferri iniquum futurum eſſe. Paulus l. in ſumma, 2. §. apud Labeoné, D. de aqua, & aquæ plub. arcend. l. reſcripta 7. C. de precib. imper. oferend. adhuc forſan dicetur, amicum nolle à iudicio in cauſa mea remoueri. Vndè cum Seneca reſpondeam. *Cum hoc inſtar Beneſſicij ſit non ſpectandũ, andoleat aliquis beneficio accepto, ſed an gaudere debeat.* Et infra. *Nihil refert, an bonam rem malo animo quis accipiat*, lib. 5. de Beneffic. cap. 20. circa recuſationis formam, & an hęc quæ aſſerimus publicè expediant videndum, poteſt ante litis conteſtationem à properantibus ad ſententiam litigantibus iudex recuſari, hocque iuris communis ſuffragio, l. apertiſsimi 16. C. de iudicijs, l. nemo 4. D. de iuriſd. & etiam iure Canonico præcedere debet ordinarij recuſationé, ne in prima inſtantia iudicet ordinarius, ex Tridétini Decreto 20. c. ſecũdo requiris 41. de appell. ſic vt in ipſis à vocatorijs aſſertum ſit præcediſſe; itaque conſtitiſſe ſummo præſuli, ne ex ſimplici partis narratione credatur, tuncque cauſam committi viciniori, Stephan. Gratian. in decept. tomo 5. cap. 837. ad finem, quod ſi præcedat, ordinarium nulliter procedere, D. Salgado de ſuppl. ad Sanct. part. 2. cap. 5. §. prim. num. 8. iure autem regio ſufficit ante ſententiæ prolationem, l. prim. l. 4. cum ſeqq. tit. 10. lib. 2. rex præſio verò

*Amicum recuſare iudicem beneſſicium recuſati amici eſt.*

6 *Amicos recuſari iudices ab amicis Reipublicæ intereſt.*

*Iudex ſine cauſæ expreſſione recuſatur, niſi Supremus Magiſtratus, aut Ciuitas.*

cau-

cauſæ de iure communi, & regio non requiritur, & tantùm iuramentum præſtatur, de bonæ fidei ſcientia, niſi in Supræmorum Magiſtratuum, totiusvè ciuitatis recuſatione: vbi expræſſio cauſæ de iure regio venit in ſcriptis proponenda, & ſecum iudex aſſumit eum, qui vna litem dirimat. iuſta Auth. ſi verò, C. de iudicijs, Gregor. Lupus l. 22. tit. 4. part. 3. in pragmat. Matrit. 10. Octobr. anno 1574. l. 7. tit. 10. lib. 2. R. cauſas verò recuſationis plures Doctores enumerant, Vſualdus in not. ad Donellum lib. 17. cap. 25. lit. A. tamen vnicam eſſe fatendum eſt, ſuſpitionis nempè, quam Iuſtinianus probat, ibi: *Quia ſine ſuſpitione omnes lites procedere nobis cordi eſt*, l. apertiſsimi 16. C. de iudicijs. Vnde publice, & priuatim expedit ne ego iudicem amicū habeam, qui affectione ſuſpectus, quid durius, aut remiſſius profiteatur, Marcianus l. perſpiciendum 11. D. de pœnis hominum intereſt iudicem omni affectione liberum habere, Quintilianus lib. 4. de inſt. ora. *Accidit autē interim hoc quoque, vt aut nobis inimicus, aut aduerſario ſit amicus, qui iudicat: quæ res vtrique parti tractanda eſt, ac neſcio an ei magis inquam videtur propenſior, eſt enim, non numquam prauis bis ambitus, aduerſus amicos, aut pro bis, quibus cum ſimultates gerant pronunciandi, faciendique iniuſtè, ne feciſſe videantur.* Priuatim publice quoque dixeris

*Iudex recuſatus aſſumit ſecū ſocium.*

7 *Recuſationis cauſa vnica ex quo patet me amicum recuſare poſſe.*

*Amicus ſuſpectior inimico recuſādus venit.*

ris

ris intereſſe, quia ex ſingulorum vtilitate in publicum emanat vtilitas, ibi: *Tum quia publicus rerum ſtatus, ex priuato ſæpius turbatur; priuataque iniuſtitia, ſaltim cauſatiue pulicā producit perniciem.* Marius à Giurba conſil. 1. n. 5. ad finem, publica pax ex priuata pendet, l. 16. tit. 4. part. 3. expræſsius, l. ſi quis ingenuam 21. §. in ciuilibus, D. de capti. & poſt. reuer. Romæ Reges eiecti ſunt, ob Lucretiæ violatæ flagitium, lib. 1. Decad. 1. Liuius primæ ſeceſsioni cauſam dedit legis iniquitas in æris alieni grauatis, lib. 2. Decad. 1. Secundæ Appij Claudij liuido, qua decem virorum poteſtas deturbatur, lib. 3. Decad. 1. Tertiæ negari plebi cum patribus conubia, lib. 4. eiuſdem Decadis primæ, & ſanctiſsimis conſtitutionibus Rempublicam adminiſtrari etiam publice intereſſe immediatè, quis negare poteſt? Petrus Gregorius lib. 10. de Republica, c. 5. late, & proprius, n. 18. ſunt ſanè noſtro ſeculo, & omnibus fuere, vt Quintilianus commendat, qui aduerſus amicos famam ſeueritatis, & integritatis, ita quærunt, vt inſontes damnent amicos. Vnde non malè, idipſum timuiſſe Maſaniſſam in diſceptatione, cum Carthaginenſibus, dum iudices haberet amiciſsimos ſibi Romanos, prænotat. Titus Liuius lib. 10. Decad. 4. *Nihil aliud, ſe in ea diſceptatione metuere, quam ne pudor Romanorum, dum verecantur, ne quid ſocio atque*

que

8 *que amico Regi, aduerſus communes, atque illius hoſtes indulſiſſe videantur damnoſit.* In affectione cauſæ grauitas eius, inueſtiganda, ad id, vt poſsim iudicem ob amicitiam recuſare, Zabarell. in Clement. 1. de hæreticis, qua interueniẽte omnes recuſari poſſunt, præter ſummum Principem, Senatum, Optimates, Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, Couarruuias pract. quæſt. 14. cap. 26. in minoribus magiſtratibus, non tanta requiritur, gloſſa in verbo ſocij ad medium, in c. cum R. Canonicus de offic. & poteſt. iud. delegat. Iaſon dict. l. apertiſsimi 16. nu. 7. etſi ſemper minor, quam in teſtibus ſufficit, Petrus Gregorius lib. 47. Syntag. c. 3. nu. 4. Mainardus lib. 1. deciſ. 88. nu. 3. ita, vt olim abſque vlla cauſa, hac formula reijceretur iudex. *Etero iniquus eſt.* Cicero lib. 2. de orator. & Philippica 12. Cuiatius lib. 9. obſeruat. 23. tamẽn in notorijs recuſationem non admitti, Gomezius tomo 3. variar. c. 1. nu. 47. & l. ea quidem 7. C. de accuſat. iure ciuili agi non aliter, Baldus Auth. qui ſemel, C. quomod. & quand. iudex 3. col. nu. 13. idem Gomezius dict. loco n. 41. & alijs omiſsis magna ineſt, cum mihi, & amico turpe ſit, eum iudicem pati, cuius honeſtatis cauſam merito, ethnici pecuniarijs ante poſuere, l. in ſeruorum 10. D. de pactis, cum eam, & vitæ anteferendam doceãt, l. ſi quid 7. l. cum ex pluribus 97. D. de ſo

*Amicus ex cauſæ grauitate honeſtatis nẽpe recuſandus venit.*

ſo

ſolutionib. l. ſi in duabus 104. D. de Reg. iur. nec non & ſancti viri, Diuus Auguſtinus eam commendat, de bonis viduitatis, ca. 22. *Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra*, c. non ſunt audiendi 12. quæſt. 3. adde pro vt ait Cicero: *Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris.* Subit vtilitatis, ſubit honeſtatis cauſa, in amico recuſando, in inimico vtilitatis, tantum ergo maior in amico cauſa, liceat ergo ob meam, & amici æſtimationem reo, quod actori permittitur: & ſi ille rei amicum recuſare poteſt, ante capta ocaſione decemius, à me cauſa præoccuperur, Vlpianus l. non debet 41. D. de reg. iur. conſonat edictum, l. 1. D. quod quiſque iuris in alter. ſtatuer. vt ipſe eodem iure vtatur, & cum publicè expediat iudicem vacuum affectibus eſſe æque publica ſit mens non dicerni honeſtatem ab vtili quippè, vt ait Cicero:

*Amicum meum recuſare poteſt aduerſarius ergo multo magis ego.*

*Qui in talibus rebus, aliud vtile interdum, aliud honeſtum videri ſolet falſo: nam eiuſdem vtilitatis, quæ honeſtatis eſt regula; qui hoc non prouiderit, ab eo nulla fraus aberit, nullum facinus.* Sic in lib. 3. de officijs, & quæ ſubnectit, & reijcit Euripidis.

*Amicũ recuſare boneſtum vtile ergo.*

*Euripidis ſentẽtia reijcitur.*

*Nam ſi violandum eſt iux regnandi gratia*
*Violandum eſt: in alijs pietatem colas.*

*Quæ maior vtilitas ſubnectit, quam regnandi eſſe poſſit, nihil contra inutilius ei, qui iniuſtè concutus ſit.* Honeſtum

ſit ſane amicum nolle iudicem habere, vtileque nobis, & Reipublicæ tamen huc vſque inuſitatum, haud rectè vltimum adieceris, cum antiquiſsima quæque nouiſsima fuerint, & cauſæ recuſationis ab illa tãtum ſuſpitionis, Doctorum authoritate procedant, quæ ſi nobis deſit autoritas, videndum an pro nobis iuris illatio, & rationis ſtet, cum verba legum abſolutè, & generaliter accipienda ſint non ſecundum, quid Barboſa axiomat. 222. n. 29. l. hoc legatum in fin. D. de legat. 3. l. 1. §. ſi quis ſimplici, D. de verbor. oblig. D. Salgado de ſuppl. ad Sanct. 1. par. c. 14. n. 54. & cum Iuſtiniani mens fuerit abſque vlla ſuſpitione lites dirimere idque ob publicã vtilitatem; nota illa verba: *Sine ſuſpitione omnes lites procedere nobis cordi eſt.* dict. l. apertiſsimi 16. C. euenit, vt ad id vt mẽs legis conſeruetur etiam verba impropianda ſint, l. non eſt dubium 5. C. de legib. Celſus, l. ſcire leges 17. D. de legib. idem Barboſa dicto axiomate 222. n. 1. & 9. quanto magis eã propriam amplecti legis interpretationem, quæ ſub eius ſententia patet. *Non poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut SenatusConſultis comprehendi, ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.* Ex Iuliani l. non poſſunt 12. D. de legib. aliud ſimile eſt, quod in eo

de

de quo quæritur conuenit non in omnibus, Seneca lib. 8. epiſt. 66. ſic diſerebam; nam vltra id quod aliquando vtilitatem ſemper honeſtatem præfefert hæc recuſationis cauſa, approbaturque ſub genere ab illis, quos Marius à Giurba retulit deciſ. 99. & ſi aliter ille ſentiat, & ſunt Scipionis à Rouito verba, ex Baldi doctrina conſilio 19. n. 13. *Quòd poteſt petere aduerſarius ſubrogari alium iudicem loco eius, qui poteſt per aduerſarium recuſari, Et n. 4. Imò ille conſenſus in iudice inimico eſt vehemens præſumptio tacitæ reconciliationis cum iudice, & confirmat ſuſpitionis cauſam in aduerſario*, æquè communes appellationes eſſe. docet D. Franciſcus Salgado part. 3. c. 16. de Reg. protect. nu. 65. qui plures adducit Auctores, nec admiſſa citatione, appellationi renuntiare poſſumus in præiudicium partis appellatæ renitentis, idem D. Salgado tractat. de ſupplic. ad Sanct. à lit. Apoſt. part. 1. c. 13. num. 74. recuſationi.

*Communes vtrique parti recuſationis cauſæ, et ſi a parte aduerſarij oriatur ſuſpitio.*

# CAPVT SECVNDVM

## PLEBEM, NEC NImis eruditam, nec prorſus agreſtem Reipublicæ habere conuenit.

### SVMMARIVM.

VIrtus omnibus patet, & ſi litterarum expertes, cum ſint homines, eam facilime adipiſci poſſunt. n. 1.

Artes populi feritatem mitigant. ibidem.

Scientia plebis nimia damnoſa Reipublicæ. ibidem.

Obſequium Regum plebi commendatur. n. 2.

Principi ſordidas, & humiles, & minimas res, non conuenire, nec ab eo tractandas eſſe. ibidem.

Lit-

*Litterarum in temperantia in plebe cultur.* ibidem.
*Plebem, quadam ignorare, imò aliter accipere oportet.* n.3.
*Xantippus qualis Dux.* ibidem.
*Quintus Statorius qualis Dux.* n.4.
*Inculta plebs facilimè ſubiugatur, & ſiſe rox.* ibidem.
*Barbaros à Græcis appellari omnes gentes, & poſtea à Romanis.* n.5.
*Agreſtis plebs ſuperſtitioni, & hæreſi expoſita.* n.6.
*Dæmoniaca arte vſos Hæreſiarcas.* ibidē.
*Plebs, quibus erudienda, & noſtri Regis equitandi peritia.* n.7.
*Plebs erudita ſubtilitatibus, pernitioſa.* n.8.
*Simplicitas commendatur in doctrina veritate.* ibidem.
*Oratio indicat mores hominum.* n.9.
*Plebem prorſus incultam damnoſam, & inutilem.* ibidem.
*Scytharum virtus.* n.10.
*Reipublicæ corpus vniforme eſſe debet, ſecundum hominum numerum, & facultates togæ, & armis, nobilitati, & plebi, & reliquis muneribus diſtributum, & compactum.* ibidem.

VIrtutem diſcere ſubditos Reipublicæ magnopere vtile, vnde hos bonis artibus inſtructos, ſibi paret, cum non ſolum familiæ, ſed bono publico parentes filios educare debeant, Vlpian. ibi: *Partus iſte alendus, qui & non tantum pa-*

*renti, cuius eſſe dicitur, verum etiam Reipublicæ naſcitur*, l. 1. §. & generaliter, D. de vent. in poſſei. mitt. & curat. l. 1. D. de iur. dot. & potius quod ad ius publicũ pertinet, non ſequitur ius poteſtatis, l. nam quod 14. D. de iuſt. & iur. l. 1. D. ad leg. Iul. Maieſt. ſed cùm certum ſit, hanc ipſam virtutem, nos aſſequi poſſe, non tantum ſcientiarum ſtudio, & officioſa præceptorum, & doctrinę ſupellectili, verũ etiã ſimplici recti, & honeſti cura: quod Marius plebi, cum verba facit, commendat, & extollit, præſeferens hoc ipſum: *Neque literas Græcas didici parum placebat, eas diſcere: quippè, quæ ad virtutẽ Doctoribus, nihil profuerunt; at illa multo optima Reipublicæ, doctus ſum, hoſtem ferire.* Saluſtius de Bello Iugurtino, quam nec leges aſpernãtur ſimplicitatem, l. ita vulneratus 51. §. quædam, D. mand. vel cõtr. l. ſicut 8. §. nõ videtur, D. quib. mod. pignus, vel hypot. l. ſi Imperialis 12. §. 1. C. de legib. l. cum antiquitas 13. C. de vſufruct. §. ſed quia ſtipulationes, inſt. de fideicom. hæred, & contra fuerint, qui agreſtis populi naturam damnaret: quare Sertorius Oſcæ in Luſitania publica ſtudia eſſe voluit, ad mitigandos feroces popularium animos, Rodericus eſt Author lib. 7. hiſt. Mariana lib. 1. cap. 13. de reb. Hiſpaniæ, & ſi contendat Betica, aliamque Oſcæ fuiſſe ergo, & ſi non in om-

1 *Virtus omnibus patet, etſi literarũ expertes, cũ ſint homines eã facillimè adipiſci poſſunt.*

*Artes feritatem populi mitigant.*

omnibus mediam viam, eligere tutum ſit, & ſi cerebrinam eo iuriſprudentiam damnet Antonius Faber. in ſua Papinianea, §. ſi ſeruum, inſt. de vulg. ſubſt. non interdicit in aliquibus eam, qua Iulianus vſus eſt, l. pater familias 40. D. de hæred. inſt. ideo placet. Plebem nec nimis eruditam, nec prorſus agreſtem Reipublicæ conuenire, nam ex arguta Philoſophiæ norma, ſuperbiam contrahi, minuſque imperio parentem fore, dixerim, at imperitia rerum, nec aptam bello, aut paci futuram, & dolis capi, ac illis expoſitam facile mutari, euertique: ſic rationem habendam, quædam plebem tractare, quædam populum, alia tantum Patritios, pleraque Magiſtratus, nō nulla Principem, Reipublicæ cōducere, & ſi militibus dictum ciuibus dici poteſt: *Vnum Imperatorem in exercitu prouidere, & conſulere, quid agendum ſit debere, nunc per ſe, nunc cum iis, quos aduocauerit in conſilium, qui non ſunt aduocati, eos nec palàm, nec ſecreto iactare conſilia ſua, militem hæc tria curare debere: corpus, vt quam validiſsimum, & perniciſsimum habeat, arma apta, cibum paratum ad ſubita imperia.* Liuius Decad. 5. lib. 4. & illud Taciti Othonis oratione lib. 1. hiſt. ca. 21. *Tam neſcire, quædam milites, quam ſcire oportet.* Non incongrue illud Virgilij plebi canitur. Eglo. 6. *Scientia plebis damnoſa Reipublicæ.* 2 *Obſequiū Regū plebi cōmendatur.*

*Cū canerē Reges, & prælia Cynthius aurem.*

 *Vel.*

*Vellit, & admonuit: paſtorē Titire pingues*
*Paſcere oportet oues, deductum ducere carmen.*

Vnde diſertè Marcus Terētius Seiani amicitiā palā profeſſus ad Tiberiū. *Tibi ſummum rei iudicium Dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt.* Tacitus lib. 6. ann. cap. 2. & Tiberius de ſe retulit, cum nollet de luxu, & populi liuidine curam ſuſcipere, ne turpe ſi non coerceri poſſent, ne indecorum ſi tractaret, Principi fuiſſet. *Mihi autem, neque honeſtum ſilere, neque pro loqui expeditum, quia non AEdilis, Pretoris, aut Conſulis partes ſubſtineo maius aliquid, & excelſius à Principe poſtulatur.* Non omnes ad omnia, vel vt Virgilius Egloga 8.

*Principi ſordidas, & humiles res nō conuenire.*

*Non omnia poſſumus omnes.*

Et plebis hominum numerus obſequio deditæ amplior eſſe debet, agriculturæ, fabrilibus miniſterijs, & nauigationis acommodatæ, nam ſi omnes ſacris, & togæ velis, aut vtilitati Reipublicæ Conſules, & cum Iuuenali exclamare licebit, Satira 3.

*Literarū intemperantia in plebe culpatur.*

*Non poſſum ferre Quirites*
*Græcam vrbem.*

Romanæ Reipublicæ de hoc vitio arguit Horatius lib. 2. epiſt. 1.

*Romæ dulce diu fuit, & ſolemne recluſa*
*Mane domo vigilare: clienti promere iura*
*Cautos nominibus certis exponere nummos,*

*Maiores audire: minori dicere, per quæ*
*Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido:*
*Mutauit mẽtẽ populus leuis, & calet vno*
*Scribendi ſtudio pueri, patreſque ſeueri.*
*Frõde comas vincti cænant, & carmina di-*
*ctant.*
Et infra
*Græcia capta, ferum victorẽ cepit: & artes,*
*Intulit agreſti Latio.*

Quod fœminis ideo probro datum. Iuuenalis Satira 6.

*Nã quid rãcidius, quã quod ſe nõ putat vlla*
*Formoſam, niſi quæ de Tuſca Græcula facta eſt.*

Multo minus arcana publica, potius ea, & ſimilia ignorare. Marcus Varro in fragmentis incerti libri, ibi: *Multa eſſe vera, quæ non modo vulgo ſcire non ſit vtile, ſed etiam, tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populum expediat.* Nec diuerſa Petrus Gregorius lib. 12. de Repub. in fin. c. 8. & c. 9. n. 1. 2. & ſeqq. cõtra inutilem plebem facit liberaliũ artium ignorantia, ſic Mythylenſes interdixiſſe quibuſdam populis literas ſupplitij cauſa AElianus eſt Author. lib. 7. de var. hiſt. Petrus Gregorius, & alia adducit exempla, lib. 17. de Repub. c. 12. n. 5. & Xantippus commendandus venit à Cartaginenſibus, qui armorum peritia conductus, cum Lacedemonius eſſet Romanorũ victor, & ſummi Ducis Reguli ſtitit Florus lib. 2. cap. 2. ibi: *Nam conuerſis ad externa auxilia hoſtibus, cum Xantippum illis Ducem La-*

*Plebẽ quædam ignorare immo aliter accipere oportet.*

*Xantippus qualis Dux.*

*Lacedemon miſſet, à viro militiæ peritiſſimo vincimur.* Et Quintus Statorius Syphaſci experenti Numidia retentus, & quaſi dono datus ad id, vt rudem plebem inſtrueret præcipuè militaribus artibus, quibus tunc Romani pollebant, Liuius lib. 4. Decad. 3. fuere Orbis Imperia penes illos, qui non prorſus agreſte ingenium habuere, Seneca lib. 2. de Ira, ca. 15. & 16. ibi: *Deinde omnes iſtæ feritate liberæ gentes, Leonum, luporumque ritu, vt ſeruire non poſſunt, ita nec imperare, non enim humani vim ingenij, ſed feri, & intratabilis habent. Nemo autem regere poteſt, niſi qui & Regi. fere, itaque imperia penes eos fuere populos, qui mitiori cælo vtuntur.* Ad quid pertinet illud Cyri Perſis ſilbam cædere iuuentis, aut quid exprimit? Niſi priùs docendum populum, paulò poſt Imperaturum, Iuſtinus lib. 1. hiſtor. Aſsyrij, adhuc ad reſiſtendum rudes populos ſubiugarunt, vt Iuſtini verbis vtar deinde, alij, atque alij, vt ſapientiæ aliquibus præceptis imbuti etiam bello claruere: Græci denique, donec luxui, ac piruatis commodis dediti, vſque ad tempora, quibus inteſtinis diſcordijs debellati ſunt à Paulo ventum eſt, quibus contemptui fuere Romani, quia Barbaros illos habuere, donec eorum induſtria comperta, ſibi maximè timere cæperunt. Liuius Decad. 4. lib. 1. reliquas nationes, ſi eas cum Ro-

4 *Quintus Statorius qualis dux.*

5 *Barbaros à Græcis omnes appellari, & poſtea à Romanis.*

Digitized by Google

Romanis conferas, rectè barbaras nuncupabis. Sic reliquos mortales præter Græcos illi appellare ſunt ſoliti, colligiturque ex Liuio, Tacito, Suetonio, Floro, Saluſtio, Iuſtino, & alijs, & æquè armis ſuperauere, quos, & ſcientia præcellebant, quid aliud nocuit, collatis ſignis, Hiſpanis, Gallis, Germanis, Anglisque quoties pugnauere, toties victis, cum viris equis, & animi, & corporis vi pollerent, niſi ruda hominum ingenia? Vnde Lunæ, Soliſvè defectio, non rarò illis metum incuſsit, in prodigia vertentibus; quæ naturali ratione proueniunt, quod otio, & pace nonnullorum mentes conturbabit; Seneca de Archelao Rege barbaro, verba facit: *Vſque eius ignarum, vt quo die Solis defectio fuit, Regiam clauderet, & filium (quod in luctu à rebus aduerſis moris fuit) tonderet*, lib. 5. de Beneficijs, cap. 6. ipſos Reges ad libitum habere, illiſque mor[illegible] indicere, Sacerdotibus in Meroe, in AEtiopia mos, donec Ergamenem Re[illegible] Græcis litteris eruditus, conſuetudinem, & ſuperſtitionem, è medio tullit, Diodorus Sicul. lib. 4. Biblioth. cap. 1. quid à rudibus hominibus impoſtores, & Pſeudoprophetæ non aſſequuntur? Quoties terra Africa turbas mouent? Plebem concitant? Feraci ſerpentum, Magorum, & huiuſmodi monſtruoſæ hominum naturæ, quare de Mahomete, &

*Plebs Agreſtis ſuperſtitioni expoſita.*

& ſimilibus, Ouidij cantilena dici poteſt:
*Fiſtula dulce canit, volucrē dū decipit anceps*
Vide excerpta ex Busbequij epiſtolis Repub. Turcica, cap. 9. fol. mihi 207: & non male noſtris temporibus, de Auſtriacijs, eiuſque ductore Achaz Vuillingero, quibus perſuaſſum habuit, nihil in eos beneſficio duratos, ænea tormenta profectura, eluſis globis, Euerardus Vueſſembergius de Secundo Bello Auſtriaco, multa Petrus Gregorius lib. 13. de repub. c. 11. per totum, & c. 8. omneſque Hæreſiarcas Dæmoniaca fuiſſe arte infectos, idem lib. 13. cap. 27. n. 6. in errorem labitur nimis agreſtis populus non alia de cauſa à ſuis naturalibus Principibus Bohemia, & Auſtria, vnaque à Romana Eccleſia, cum alijs agreſtibus gentibus combulſæ in Anglia, alijſque Orbis partibus ſunt, qui labantur in hæreſim ingenij, morumque tarditate, ſunt, & qui ſubtilitate, & prauitate, quæ minime credunt tutentur, retulit mihi rei maximè accommodatum exemplum, vir probitate, & ſanctitate morum colendus patria Hibernius, quod ſic ſe habet, hoſpes acceſsit Monachus, militis perſonam mentitus hæretico, in Britania; & dum ille Chriſtianus, Catholico hoſpiti quæſiturus obſonium proficiſcitur officioſa eius vxor hoſpitem interrogat poſt obitum, an ne Puritanis, & Caluiniſtis condignum, ex Chriſti

*Dæmoniaca arte vſos Hæreſiarcas.*

pro-

promiſſo cœleſte Regnum obuenturum ſit? An inferni pœnas ſubitiuri fuerint? Et cum ille vir Ortodoxus prædiceret in barartum deſcenſuros, qui Caluini, & Puritanorum doma profitentur, fœmina lachrymas cohibere nequit, reddit coniux cauſam interrogat: Monachus tremit, vxor detegit, ſubridet hæreticus; & hoſpiti, & mulieri talia verba profert; nec tu timeas, nec tu plores, de re ſatis nota verum hoſpes aſſeuerat, & ſi aliud vxor ſimplicitate ducta credebas, & ego ſubtili ratione ductus diuerſum profiteor, dum vita ſuperſt, Eccleſiæ diuitijs fruamur, cuius nonullas poſsideo, vbere ſolo, & perampla domo, hoſpes ſuum munus adimpleat, & nos lætitiæ eius celebremus aduentum. Ecce vxor in hæreſim labitur ingenij ſimplicitate, coniux verſutia, deuia doctrina ex hoc conijcies, quæ difficilius ſe ingerit ex cultis Religione, & habentibus ex ſapientia modum, non plus alijs ſcientibus, ſed melius, & contra facilius rerum ignaros fallit: *Quippè nihil, tam facile; quàm vilem plebeculam, & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid, non intelligit plus miratur.* Diuus Hieronymus epiſt. ad Nepotianum, nec abſarde Liuius Decad, 3. lib. 8. ex Africani Scipionis oratione: *Sed multitudo omnis, ſicut natura maris, per ſe immobilis eſt; vt ventis &c.*

*& auræ cient: ita aut trãquillum, aut procellæ in vobis ſunt: & cauſa, & origo omnis furoris penes authores eſt, vos contagione inſaniſtis.* Idque maximè in ruda atque agreſti plebe, rectè ideò ab optimis Principibus publica gymnaſia vbi iuuentus erudiatur excogitata, præcipuè melioribus inſtitutis, & Religionis præceptis, Petrus Gregorius lib. 13. de Repub. c. 1. 34. 35. & lib. 18. c. 5. illiſque artibus, quæ Reipublicæ cõueniunt Geometria, Ariſmetica, & nauegandi, & equitandi peritia, de quo Octauium admonuiſſe Mæcenatem diſertum à primis virum, docet Dio Caſius lib. 52. de hiſt. Rom. Tacitus quoque, quibus Germaniæ inſtituitur iuuentus, non nulla obſeruatu digna peculiari libello de morib. Germanor. & Plutarchus in Licurgi vita Ariſtotel. politicor. lib. 8. c. 3. quare lectio in lib. 2. Regum, c. 1. placet: *Dauid præcepit, vt docerēt filios Iuda arcum in Philiſthijm.* Nec ſilentio prætermittenda noſtri Regis Philippi Quarti cura, qui ſe profeſſorem harum artium oſtendit, palàm Regiæ ædis penetralia exhibens Magiſtro, è Societatis Ieſu, qui muniendi, expugnandi ciuitatum propugnacula, necnon exercituum ordines à longo ſingula repetita principio docebat, nec non Oliuarenſis, qui etiam in quadrageſima (ob commemorationem Paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti) ſanctis, inquam diebus;

7 *Plebs quib⁹ erudiēda, et noſtri Regis Philippi Quarti equitandi peritia.*

bus, feriatis tamen, armiluſtrium, & dominicis, vt ſtatueret Rex, non deſtitit in viridarijs ſeceſſus nomine, quæ ſumptuoſis ædificijs ordinauit, quo, & ipſe ſe Rex exercuit equitandi peritia, qua facile omnes præcellit, aut palmam reportans, aut meritus, & ſi cum reliquis terrarum Principibus conferatur, imò, & ſi cum omnibus illis, quibus ea ſola eſt virtus, his artibus inſignis, aut primus armorum dexteritate, in Hæreticos, Inturcas Imperduelliones; quin ni etiam ſacris diebus arma quateret? Nam vt ait Claudianus, Regis ad exemplum totus componitur orbis, & ſi tantum, ne corporis iacturam patiamur licet? l. vt vim 3. D. de iuſt. & iur. l. ſed & ſi quemcumque 5. D. ad leg. Aquil. l. Graecus 4. C. ad leg. Iul. de adult. id ipſum præcepit Dauid poſtquam cœciderat Saul, ne prorſus reliqui ex domini populo debellarentur, hæc liberalia ſtudia Reipublicæ conducibilia, non vero diſputare, longèque à vero arguto ſilogiſmate præcurrere: quod publicè plebi interdictum, & reliquis limitatum circa Theſes Fidei, C. de Summ. Trinit, & Fid. Cathol. l. nemo, C. de Epiſcop. & Cler. id etiam circa ſuas publicas ſuperſtitiones Ethnico Ptolomæo placuiſſe, docet Petrus Gregor. ex Ioſepho lib. 13. cap. 6. de antiquitatibus Iuda., Iuſtinianus de vera Religione Nouell. 103. cap. 2. & Nouell. 17. cap. 11. Grego-

*Plebs erudita ſubtilitatibus pernitioſa.*

rius

rios lib. 2. de repub. c. 4. nu. 6. & non longè à noſtra ſententia eſt exemplis, atque rationibus, denique ea Philoſophiæ pars, quæ plerumque turbidos, & ſibi placentes homines facit, cautè plebi permittenda, Aulus Gell. lib. 17. cap. 19. & lib. 15. cap. 12. quo profert Senatus Conſulti verba, de Philoſophis, & Rethoribus eijciendis vrbe Roma; & in huius capitis calce, Gelli ſunt verba: *Neque illis ſolum temporibus nimis rudibus, nec dum Græca doctrina expolitis, Philoſophi ex vrbe Roma pulſi ſunt, verum etiam Domitiano Imperante.* Si hoc ideò, quia nimij, multique aut bilingues ſubtilitatis cauſa meritò: ne plebem turbidam, & ſeditioſam facerent, forſitam ideò diſplicuit Catoni Cenſori Carneades Philoſophus de iuſtitia, in vtramque partem diſſerens, Quintilianus lib. 12. cap. 1. de inſt. orat. hanc argutiæ normam inculpat, Seneca lib. 19. epiſt. 1. ibi: *Itaque Philoſophia fuit, facta Philologia eſt.* Idem lib. 18. epiſt. 107. *Sed nos vt cætera in ſupervacuum difundimus, ita Philoſophiam ipſam, quemadmodum omnium rerũ, ſic litterarum quoque intemperantia laboramus, non vitæ, ſed ſcholæ diſcimus.* Quòd multò magis plebi interdicendum, aut cum modo permittendum, vt potius multitudo vitæ, quam ſcholæ diſcat, & ſi etiam in litterarum profeſſoribus nimia ſubtilitas

infructuoſa ab eodẽ, Seneca lib. 11. epiſt. fin. *Acuta ſunt iſta, quæ dicis, nihil eſt acutius ariſta, quædam inutilia, & inefficatia ipſa ſubtilitas reddit.* officit veritati, officit, & legibus, l. ſi fideiuſor. 29. §. quædã, D. mand. ſic non minus rei accomodatum, illud glorioſi Pauli: *Prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtentatione ſpiritus, & veritatis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in veritate Dei.* Epiſt. 2. ad Corinthios, lib. 1. nam aliter fit, vt Seneca profert, *ſic effectum eſt, vt diligentius ſciant loqui, quam viuere*, lib. 13. epiſt. 89. Vnde ab eodem Seneca deducas: *Talis hominibus fuit oratio, qualis vita*, lib. 20. epiſt. 115. nec aliter Epigramma.

*Simplicitas commẽdatur in doctrina veritate.*

9 *Oratio indicat mores hominum.*

*Naturæ linguam corrupta ſcientia neſcit,*
*Naturæ voces loxica nulla notat.*
*Senſa figurato promit ſermone colonus,*
*Geſtit, & vrbano ruſticus ore loqui:*
*Vita quoq; ornatur, varijs, vt lingua figuris*
*Tota figurata eſt, viuimus, vt loquimur.*

Fortes haud illecebris conquinatus ſermo decet, aut redundans, aut ſubtilis, idem Seneca, lib. 11. epiſt. 83. *At ille Leonidas, quam fortiter illos allocutus eſt? Sic inquit commilitones prandite tanquam apud inferos cænaturi. Et infra,* ex Duce Romano, *ire commilitones illò neceſſe eſt, vnde redire nõ eſt neceſſe.* Nec ideo improbandam eſſe dixerim viris Eccle-

ſiaſticis concionatoribus copioſè dicendi artem, fucumque Rethoricorum, & ſi nolit Petrus Gregorius lib. 17. de Repub. c. 2. n. 11. 14. ſed ne in perniciem ſtatus publici hanc vertant, dum de Magiſtratibus apud plebem, de proprijs eorum laudibus apud Magiſtratus loquantur, plebem concitãdo, Regibus blandiendo, quod ſatis expreſit dũ aliud agit Pyndarus Cordubenſis, non minus genere inſignis, quam carminibus nobilis.

*Que de paſsion ciego*
*La ſuya reza, y calla la diuina.*

Aptè tamen ſumma prudentia eloquentiæ vim iungendo, eos orare decet, nam ſi ſancti Patres elegantiam non adeo ſectati ſunt, virtutis opinione, & veritate animarum ſalutem aſſequebantur. Ne plebis ſapientiæ arcana fierent Moſchis haud permitti ſcientiarum ſtudium à Principe, ſunt, qui tradant, & ſoli Regi, & Proceribus conceſſum ex voluntatis ipſius indulgentia, Moſchouiæ deſcript. c. 10. ratio, ibi: *Ne àliquis plus ipſo, aut quantum ipſe ſapiat.* Ex ipſius Monarchia, quod non magis placet, quam illud Turcicũ, de religione armis diſerendum, non rationibus certandum, Paulus Iouius lib. 14. hiſt. ſui temp. quippè dum vitia fugiunt ſtulti in contraria tendunt, nam re vera plebis homines, quædam à primis ſcire debent, Deum, & maiores venerari, fidem colere, parcè viuere, ſuis

con-

contentos eſſe, Petrus Gregorius lib. 15. de Repub. rectè in hunc ſenſum, c. 1. nu. 11. quibus virtutis ſeminibus magna bella Scythæ confecere pugnis, prælíſque victores euaſere. Iuſtinus ſcitè lib. 2. hiſt. Trogi Pompei epitome, verba notaui: *Prorſus vt admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa ſapientium doctrina, præceptiſque Philoſophorum conſequi nequeunt: cultoſque mores incultæ barbariæ collatione ſuperari, tanto plus in illis profuit vitiorum ignoratio, quàm in his cognitio virtutis.* Quos mores ſeruare hodiè videntur ex Michaelis Lituani fragmentis, Tartari, quos Schytas eſſe dixeris, c. 2. ibi: *Adeò vt in ſolitudinibus illis iter facere, quam infrequentiſsimis regionibus, & vrbibus verſari, plerumque ſit tutius.* Et ſi quis magis ſcirè, & audere velis, ſit ſcientia plebis ex illis artibus, quæ magnopere armis in bello, & agrorum culturæ, humanæque vitæ, in pace Reipublicæ proſſunt. Non abſque delectu, & diſcrimine, ſed Reipublicæ Moderatori perpendendum, quotta populi pars Religionis ſacris adſcripta eſſe debet miniſterijs, quotta legum, & forenſium tractationi, & militaribus artibus inſtructa, cum numero pondere, & menſura virorum, diuitiarum ex reditibus, commoditatum, nauium, & Regnorum deſidentium longinquitate, ſic vt compacta ſint, omnia diſtribuenti ſecundum Monar-

*Plebem prorſus incultam dãnoſam, & inutilem.*

10

*Scytharum virtus.*

chiæ ditionem, vires, opes maris, terræque opportunitates, ne informe quid efficiamus, dum ſupra modum Religionis Miniſtris indulgemus, legum profeſſoribus, nobilitati, aut militi, aut plebi, nec eam nimis erudiendo, nec prorſus agreſtem, & incultam fieri negligentia efficiendo, hæc quaſi libro rationum Regi conſtare debent, & ſi exemplo ad id ſuadendum opus eſt, Octaui Auguſti habetur. Tacitus lib. 1. ann. c. 4. ibi: *Cùm proferri libellum, recitarique iuſsit, opes publicæ continebantur, quantum ciuium, ſociorumque in armis: quot claſſes, Regna, Prouintiæ, tributa, aut vectigalia, & neceſsitates, ac largitiones.*

*Reipublicæ corpus vniforme eſſe debet ſecundum hominũ numerũ, & facultates togæ, & armis nobilitati, & plebi, & reliquibus muneribus diſtributam, & cõpactũ.*

(§?§)

# CAPVT TERTIVM.

## MISERICORDIAM vitium appellari à Iuriſperitis, & ſimul patet ſublatentis, §. fin. inſtituta de lege Aquill. mẽs huc vſque parum comperta.

### SVMMARIVM.

TRIPLICITER Actionem diuidi ex Aquilia indirectam vtilem, in factum. n. 1.

Tria fuiſſe capita legis Aquiliæ. ibidem.

Plebiſcitum fuit Aquilia vnde nominis origo. ibidem.

Capitu primùm legis Aquiliæ. ibidem.

Caput tertium Aquiliæ. ibidem.

Nota dignum ex Franciſco Balduino. num. 2.

Pœna deformitatis nulla ex Aquilia in homine libero. ibidem.

Pœna quinquaginta ſolidorum homine libero occiſo. ibidem.

Pœna nulla abſque culpa lege Aquilia. ibidem.

Culparum diuiſio ſecundùm antiquos interpretes. ibidem.

Culparum diuiſio ex recentioribus interpretibus, & præcipuè ex Donello. ibidem.

Actio in toto iuris ciuilis corpore non datur aduerſus virtutis factum. num. 3.

Virtus ea eſt apud iuriſperitos de qua probationibus conſtat. ibidem.

Vitium habetur apud Iuriſconſultos, quod videtur. ibidem.

Actiones variæ ex delictorum diuerſitate. num. 4.

Delicta plura concurrentia nullius impunitatem merentur. ibidem.

Pœna nulla nec actio in iure abſque culpa. ibidem.

Bruta vitijs, & culpa carent, virtute, merito. ibidem.

Expoſitio l. prim. §. cum arietes, D. Si quad. paup. feciſſe dicat. ibidem.

Fru-

Bruta affectibus humanis carent. ibidem.
Interpretes non rectè, §. fin. instituta de lege Aquilia accepere, & expoſuere. num. 5.
Actio in factum vnde. ibidem.
Actio præſcriptis verbis, quo differt ab actione in factum. ibidem.
Caſu aut iure qui nocet nõ tenetur Aquilia. ibidem.
Silaniani interdicti ſeueritas. ibidem.
Silanianum interdictum ob publicam vtilitatem introductum. ibidem.
Hominis dignitas. num. 6.
Auxilium qui negat cum poſsit dare puniendus. ibidem.
Mos quiritandi. ibidem.
Puniendum, qui opem non fert periclitanti, & ſi Iulius Clarus, & Gomezius aliud voluerint. ibidem.
Miſericordiam vitium haberi à Seneca, ibidem.
Miſericordiæ diffinitio ſecundũ Stoicos. ibidem.
Miſericordiam Chriſtiani aliter accipiunt, quam Ethnici nempè proprietate. ibidem.
Vitia virtutibus alia oppoſita, alia & ſi oppoſita ſint, ſimilia. num. 8.
Virtutes non reperiuntur contrariæ. ibidem.
Generoſus, & parcus minus inter ſe diſtant, quam liberalis, & prodigus. ibidem.

*Vitia à quibuſdam pro virtutibus complectuntur.* *ibidem.*

*Vitia fallunt ſpecie virtutis.* *ibidem.*

*Virtutes detractores appellant vitia, & contra.* *ibidem.*

*Miſericordiæ nomine pietatis ſpeciem Catholici appellant.* *ibidem.*

*Stoicorum ſectam coluiſſe Vlpianum, n. 9.*

*Differentia inter Theologos, & Iuriſperitos circa vitiorum, & virtutum cognitionem.* *ibidem.*

*NOn ſum animi dubius verbis ea vincere magnum.*
*Quam ſit anguſtis hunc addere rebus honorem.*

LEue ſane opus ordior in explanatione, §. fin. inſt. de leg. Aquil. aut potius in vltimis ipſius Paragraphi verbis enodandis, ſed dum à nemine pręuiſa explicem, plurimum nouitatis adducens nō nihil me feciſſe contendam, ſic ego alijs tamen de tota re iudicium erit, verba ea ſunt: *Veluti ſiquis miſericordia ductus alienum ſeruum compeditum ſoluerit, & fugerit.* Conſonant. l. 8. tit. 15. part. 7. deducta ex Vlpiano l. ſi hominem 7. D. de poſit. vel contra, in eum dicitur dari actionem in factum, qui compeditum ſeruum ſoluerit, cuius fuga dominus afficitur damno: ideò in factum, quoniam, neque corpore, neque corpori, damnum

2 *Tripliciter diuidi actionē ex Aquilia in directā vtilem in factum.*

Digitized by Google

num quis dediſſe videtur, nam ſi corpore corpori directam ex legis Aquiliæ plebiſcito dominus actionem haberet, l. qua actione 7. l. item ſi obſtetrix 9. l. luſus 10. l. aut lex 21. D. ad leg. Aquil. at ſi corpori non vero corpore tunc vtilis erit actio, l. ſed & ſi quemcumque 5. §. proponitur, D. ad leg. Aquil. l. fin. D. de his qui effund. vel deiecerint, exempla actionis in factum, cum nec corpori, nec corpore damnum occurrit, l. bobes 53. l. qua actione 7. §. ſed ſi quis, D. ad leg. Aquil. & noſtro §. fin. inſt. de leg. Aquil.

Extant duo capita, primum videlicet, & tertium: nam ſecundum, quo de alijs vtilitatibus interceptis prouiſum fuit, in deſuetudinem abijt, & denique prætermiſſum à Pādictarum compoſitoribus non reperitur, prænotat Iacobus Cuiatius, in quo Interprete, nihil venit deſiderandum, ſiue eruditionem, ſiue doctrinam, ſiue ingenij ſolertiam, & vires requiras, Iacobus Cuiatius in l. ſi ſeruus 27. D. ad leg. Aquil. capita Plebiſciti ſunt à Gallo Aquilio Tribuno propoſiti, collega in Prætura forſitā, Ciceronis ex lib. 3. de officijs, ibi: *Aquilius collega, & familiaris meus non dum protullerat de dolo malo formulas.* Sed hæc de quibus agimus Tribunus de illis in l. lege Aquilia 2. l. ſi ſeruus

*Tria fuiſſe capita legis Aquiliæ.*

*Plebiſcitum fuit Aquilia vnde nominis origo.*

uus, 27. §. huius legis. D. ad leg. Aquil. *Plebiſcitum eſt, quod plebs plebeio Magiſtratu interrogante* (veluti Tribuno) *conſtituebat*, §. plebiſcitum inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Populi ſumma poteſtas exactis Regibus Publij Valerij Poplicolæ Conſulis, ex lege lata Valeria, & etiã ficta, vſque ad Iulij Cæſaris tempora patet ex Liuio, Dionyſio Halicar. & Plutarcho. Vnde Lucanus lib. 1. Pharſaliæ, ibi.

*Etiamnunc ficta perit.*

32 *Caput Aquiliæ primum.* Capitum Aquiliæ ſumma hæc eſt, quòd ſi quadrupidẽ (quæ gregatim habetur,) vel hominem ſeruum, quis occidat, quãtum plurimi anno præterito, à die vulneris enumerato valuerit, tanti æſtimatione damnatus cõdemnatione præſtet: nam, & ſi vulnerauit hominem tantùmmodo, vel pecudem quãlibet, vel aliàm rem noſtram, feram natura rumpat, calicem frangat, eo caſu neceſſe eſt, eandem, fieri condemnationem, ſed triginta tantùm pretij æſtimationiſque cauſa, diebus retrouerſus enumeratis: addamus cogendum ſoluere alterius rei depreciatæ iacturam, & quòd inconfitentem ea ſit in ſimplum actio, in negãtem in duplum, l. inde Neratius 23. §. hæc actio cum ſeqq. D. ad leg. Aquil. & nota dignum, quòd id quod noſtra interfuerat, ne reſperiret, ideò ne cæteræ res depreciarentur, non ea duplari inficiatione, ſed tantùm ve-

*Caput Tertium Aquiliæ.*

rùm

rùm dati damni pretium, ſic animaduertit Franciſcus Balduinus in §. præterea inſt. de leg. Aquil. num. 19. cùm reliquis de hoc mirum ſilentium, idque ea ratione niti, quia non ex capitibus Aquiliæ deſcendit, vt æſtimatio rei depreciatæ reſarciretur, provt deſcendit æſtimatio rei peremptæ, ſeu deterioratæ, ſed potiùs ex voto, & calculo Iuriſconſultorum, ad damus quoque curationis impenſas, quæ etiam in homine libero, vna cum operis, quibus caruit, cariturusvè erit æſtimantur, non vulneris deformitas, cuius nulla æſtimatio, pœnamque quinquaginta ſolidorum ſi pererit, pro quibus, vulneris cauſa agenti vtilem Aquiliæ actionem dabimus, l. liber homo 13. dict. l. ſed etſi quæcumque 5. §. proponitur, D. de leg. Aquil. l. fin. D. de his, & l. 1. D. de his qui effud. vel deiecer.

2 *Nota dignè ex Franciſco Balduino.*

*Pœna deformitatis nulla, ex Aquilia in homine libero.*

*Pœna quinquaginta ſolidorum ex Aquilia homine libero acciſo.*

His prælibatis, aſſerendum eſt, nullam actionem à lege Aquilia demanare, niſi aduerſus eum, qui culpa damnum dediſſe videatur, dict. §. fin. inſtit. de leg. Aquil. §. ex maleficijs inſtit. de actionib. quia niſi quis iniuriam facit, haud tenetur, non qui iure, vel caſu committit, quippè tunc nulla feriendus actione venit, l. ſi putator 31. & l. item ſi 9. §. vlt. cum ſeqq. D. ad leg. Aquil. ſic notandum, & tenendum nullam delicti actionem dari, neque delictum eſſe, abſque culparum labe, Paulus l. qui occidet 30. §. in hac quoque, D. ad leg.

*Pœna nulla abſque culpa Aquilia.*

leg. Aquil. ſi quis die pacato, ſuam ſtipulam combuſit, & longius ignis euagauit, nulla tenetur actione, ſecus vero ſi die ventoſo incenderetur, idem Paulus eandem firmam ſententiã, dum ait, ſi quis laqueos ponat, tendatque vbi non more, non iure liceret, & obes alienæ in eos inciderent, ob eius culpam teneri indicat Paulus mutatis verbis, l. quemadmodum 29. D. ad leg. Aquil.

*Culparum diuiſio ſecundũ antiquos Interpretes.*

Quapropter curam iuris Interpretes adhibuere in doli diuiſione, culparumque ſpeciebus, aſſerentes, dolum eſſe malitiam in alterius damnum prorrumpentem, latam culpam duplicem, aliam verſutiæ, cum quis ſuis rebus diligens, alienarum curam negligit; alteram inertiæ, cum quis adeo ſupinus eſt, vt quæ omnes ſciunt ignorat: minorem culpam dupliciter quoque diuiſere, hanc eſſe dicentes leuem nempè cum quis diligẽs ſterit, ſed alij diligentiores habentur; aliam leuiſſimam, cum quis non ex diligentiſsimis patribus familias eſt, & ſi alias diligens. De dolo conſule, l. 1. D. de dolo de lata culpa, l. Nerua 32. D. depoſit. & in reliquis, l. in re mandata 21. C. l. mandat. 2. D. mandat. l. merces 25. §. qui colũnam, D. locat, & conduct. §. ſuſpectus, inſtit. de ſuſpect. tutor. & in §. 1. inſtit. quib. mod. contrah. obligat. non ignoro aliter culpam partiri, ſi veram Pandectarum doctrinam ſequimur, vt rectè inſinuat

Ia-

Digitized by Google

Iacobus Rebardus in l. contractus 23. D. de reg. iur. Hugus Donellus prædictam diuiſionem reprehendit, vnaque antiquos iuris Interpretes, ideo, quia alijs terminis ænigmata iuris explicant, quam illis, quibus ipſimet conditores vterentur, de culparum ſpeciebus eum diſſerentem vide, lib. 16. comment. iuriſciuilis cap. 7. at contra iuris ciuilis Interpretes concitatum, lib. 6. cap. 23. num. 40. & ſeqq. quem laudo, & ſequor, tamen haud difficile erit, illum, & antiquiores in cõcordiam redigere, nam ſi rem ipſam perpendamus, haud magno interuallo diſtant, cum tantum quæſtio nominis ſit, leuem in omittendo Donellus, & nouiores appellauere, quam Bartolus, & antiqui leuiſsimam nuncupauerunt: in faciẽdo leuem Donellus, quam leuem Bartholus: latam in omittendo Donellus, quam Bartholus inertiæ nominauerit culpam, latam in faciendo Donellus, quã Bartholus verſutiæ, doloque proximã.

*Culparum diuiſio ex recẽtioribus interpretibus, & præcipuè ex Donello.*

3 *Actio in toto Iuriſciuilis corpore nõ datur aduerſus virtutis factum.*

Habemus in toto iuris corpore virtutem ex actibus, ſeu factis potiſsimum iudicari, & nunquam aduerſus præuiſam virtutẽ vllã actionẽ dari, adeò ex cõſtãti iuſtitia deſcendunt omnes, §. 1. inſt. de iuſt. & iur. l. 1. D. de iuſt. & iur. hac de cauſa culparum ſpecies diligẽtiſsimè deuiſæ, ſanctiſsimeque obſeruatæ ſunt, vt innocẽtia coleretur: in culpã vehitur actio, & nuſquã culpã virtus comitabitur, ex hoc fõte

duo

duo axiomata proponenda. Primum de occultis minimè iuriſprudētiam iudicare, Donelli ſunt verba lib. 15. c. 24. n. 40. *Si quid peccatur aduerſus Deum; ſeu aduerſus eam partem legis, quæ cultum, & amorem erga Deum exigit: ſi quid in nobis ipſis imprudenter, ſi quid per ignauiam, aut intemperantiam admittimus, hæc aut non coercentur legibus, aut non ita, vt cuiquam nos priuato obligueut.* Quæ ſi vt decet, de animi conſcientia ſubaudiuntur, in re nō dubia pro me verba facit, huc reſpicit magis, non ex præſumptione iudicandū, ſed ſaltem duobus teſtibus credendum eſſe, l. ſi chirographum 24. l. vbi numerus 12. l. quæſitum 13. D. de teſtibus, l. illicitas 6. §. veritas, D. de offi. Præſidis, l. duo ſunt Titii. 3. D. de teſt. tut.

*Virtus ea eſt apud Iuriſcōſultos, de qua conſtat probationibus.*

Secundum verò erit axioma, è conuerſo quamuis virtutis gratia, quid fiat, dum de facto aliter conſtat, dum vitium apparet, vitium haberi, & aduerſus id, actionem dari; nunquam tamen, vt diximus, aduerſus virtutem, de qua rerum monumentis conſtaret, vel integra teſtium fide, vbi culpa non præſumitur actio non datur, quamuis aliena depereant bona: vndè infantes, & doli cæteri incapaces, damno dato, non tenentur, l. ſed & ſi quēcumque 5. §. quod ſi impubes, D. ad leg. Aquil. nec furto, l. impuberem 23. D. de Furtis, neque Cornelia, l. infans 12. D. ad leg. Cornel. neque contumeliæ cauſa iniu-

iuriarũ actione, l. pupillum 110. D. de reg. iur. inde Canes, Sues, Vrſos, AEdiles pro hibent, quo inter ſiu haberi, & ſi aduerſus ea factum ſit, condemnatio fit in culpa conuictos, l. & generaliter 41. l. qua vulgo 42. D. de ædilit. edict. vnde in his, quæ animalia faciunt, ſecundum naturam, dominus haud tenetur, non ita ſi calce percutiat equus, bos manſuefactus cornu petat, nam hoc quod cæteri ignorare ſolent, dominus animaduertere cogitur, qua ratione ducti, culpam iuriſperiti plectunt, vel quadrupedis noxæ traditione, vel damni æſtimatione, dominum mulctantes, §. 1. inſt. ſi quadr. paup. feciſſe dicatur, & D. eiuſd. tit. quam ſubtilem rationẽ oculati Iuriſconſulti, exponunt, expreſam d. l. 22. tit. 15. par. 7. quos ex delictis titulos, & ſi in vſu non eſſe conſtat, Alphonſus Azeuedo l. 1. tit. 1. lib. 8. R. n. 34. arbitrariæque ſint pœnæ, & pecuniariæ ex culpa leui, æquè ex arbitrio iudicis in lata culpa, ſic, vt tantùm ex dolo criminaliter agatur, Iulius Clarus lib. 5. recept. §. homicidium, n. 3. tamen ad hoc ipſum prodeſt eorum cognitio.

*Priuatorum delicta coercentes titulos non eſſe in vſu arbitrioque iudicis relinqui pœnam.*

4 *Actiones variæ ex varijs delictis.*

Ex varijs denique cauſarum figuris, euentibuſque variæ accomodantur actiones, ob damnum iniuria datum Aquilia: ob contumeliam illatam iniuriarum: obſeruorum factum, qualitas noxalis, cuilibet actioni hæret: ob dolum homine occiſo Corneliæ locus eſt: ſi fera ædilitia

noxalis: ſi quadrupes ciuilis eiuſdẽ qualitatis: hoc eſt damnum ſine culpa facientis, non tamen ſine culpa cuſtodientis: ob rapinam: ob furtũ, quibus comitatus eſt dolus, extant actiones, integris titulis, ad legẽ Aquil. de in iniurijs de furtis ad leg. Cornel. de ſi carijs de AEdilitio edicto de AEdilitijs actionib. Si quadrup. paupe. feciſſe dicat. de Vi Bonor. rapt. & alijs cõpluribus delicta coercentibus, ſic vt quod vna actione deeſt alia poniatur. Vlpianus: *Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur*, l. nunquam 2. D. de priuat. delict. quem tamen textum accipit Iulius Clarus, de pluribus delictis diuerſi generis ex interuallo commiſsis, ego & ſi non ex interuallo, qui occidit, & rem furatur, ſimulque quid in contumeliam occiſi facit, dicerem non minus, furti actionibus, quam alijs teneri, in delictis tendentibus ad eũdem finem maius reliqua abſoruere, idẽ Iulius Clarus §. fin. pract. crim. n. 4. quæſt. 84. ſi vnum delictũ pluribus legibus vindicatur, comulatiueque diuerſæ imponantur pœnæ, omnibus eſſe locum, Gomezius tit. 3. c. 1. ex l. qui ſepulchra 4 C. de ſepul. violat. & Donellus quod amplius eſt in vna lege quam in altera, iudicis arbitrio relinqui, ex l. qui ſeruum 34. §. fin. de obligat. & act. lib. 21. commẽt. c. 3. Vſualdus qui plures refert, ibidẽ lit. T. & lit. V. ſed nullus titulus, neque actio,

*Delicta concurrẽtia nullius impunitatem merẽtur.*

*Pœna nulla, nec actio delicti, abſque culpa.*

extare videtur, aduerſum culpa carentem, qua caret, qui factum virtutis exerget, nam vt dixi, virtutem eam appellant Iuriſconſulti, quam acta probant, & ita hoc obſeruatur, qua propter, cum in brutis nullum ſit ius, propter quandam iuris imaginem, §. ius naturale, inſt. de iur. nat. & ciuil. l. 1. §. iusnaturale, D. de iuſt. & iur. ſi cornu Bos Bobem agrediatur, & ipſe pereat, nihil alteriūs Bobis dominus præſtare debet, non ideo quia Bos culpam haberet, ſed quia maiorem curam illius dominus adhibere debeat, maiori feritate imminente.

Hæc eſt iuſtitia ſuis partibus conſtans, nihil inocenti, nihil puero, nihil iuſto errore lapſo irrogans, nihil aduerſus virtutem moliens, l. 1. §. cum arietes, D. ſi quadr. pauper. feciſſe dicatur, ibi: *Cum arietes, vel bobes commiſiſſent, & alter alterum occidit. Quintus Mutius dixerit, vt ſi quidem is periſſet, qui agreſſus erat, ceſſaret actio.* Ex culpa immanis arietis? Nequaquam, potius ex domini culpa, hæc iura procedunt: quippè in brutis, neque virtus, neque vitium, Seneca lib. 22. epiſt. 125. *Nulli vitium eſt, niſi cui virtus poteſt eſſe.* Idem lib. 1. de ira, ca. 4. *Muta animalia humanis affectibus carent: habent autem ſimiles illis, quoſdam impulſus, alioqui, ſi amor in illis eſſet, & odium eſſet: ſi amicitia, & ſimultas: ſi diſenſio, & concordia: quorum*

*Bruta vitijs, & culpa carent virtute, & merito.*

*Expoſitio. l. 1. §. cū arietes, D. ſi quad. paup. feciſſe dicat.*

*Bruta humanis affectibus carent.*

*rum aliqua in illis quoque extant veſtigia, cæterum humanorum pectorum propria bona, malaque ſunt, nulli niſi homini conceſſa prudentia eſt, prouidentia, diligentia, cogitatio. Nec tantum virtutibus humanis animalia, ſed etiam vitijs prohibita ſunt, tota illorum, vt extra, ita intra forma humanæ diſſimilis eſt.*

5 *Interpretes non rectè, §. fin. inſtit. de leg. Aquil. accepere.*

Vndè à ſufficienti partium enumeratione deducitur, malè ab Interpretibus inſtitutionum aſſeri, aduerſus miſericordem virtutis participem dari actionem in factum, quaſi aliqua reperiatur actio, niſi aduerſus vitio operantem: ita, vt neque in hominis actum indifferentem, ſed quomodo malè? non conſtat ex Iuſtiniani verbis? Potius conſentanea ipſius verbis, illorum interpretatio videtur, ibi: *In factum actione teneri, veluti ſi quis miſericordia ductus.* Verùm enim verò ſi congrua videtur interpretatio à toto cœlo aberrat. Ex peruerſa huius vocis *miſericordiæ* acceptione: ſed antequam ad eius ſignificationem perueniamus videndum an

*Actio in factum vndè.*

hæc actio in factum, diuerſam ſectam ſequatur, darique aduerſus virtutem, aut virtute præditum, in ipſo facto de quo iudicatur, & eam ex ſui natura ex maleficijs, aliquando ex contractibus, demanare cognoſcimus, cum non

ex-

Digitized by Google

extat actio ciuilis, quæ delicto poſsit accomodari, aut quæ non conuentioni adaptari valeat, quo caſu hanc Prætor ſubminiſtrat actionem: Sicut illam in contractibus tantum eadem nempè ratione, illam dico, quæ præſcriptis verbis nuncupatur, verum eſt ſaltem actionem in factum contra iuſtè operantem dari? minimè potius, ſi reperiretur caſus, quo quis pietate ductus (de qua legitimè conſtaret, in dubiumque vocari non poſſet) compeditum ſeruum ſoluiſſet, nulla prorſus teneretur actione, nam ſi euidens eſſet morti proximo periclitanti ſeruo ſubueniſſe immani domino obſtitiſſe (quod concurrere oportebat, vt de virtute conſtaret) nam virtus eſt ipſa modus, iuſtovè errore, quo quiſque prudentiſsimus deciperetur, egregium facinus patraſſet, nullo iuris vinculo obligaretur inuitus, hoc eſt nulla coerceri deberet actione, vtrique caſui proxima accomodauimus iura, l. ſi dominus 2. D. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. §. dominorum inſt. eiuſd. tit. l. vnic. C. quand. liceat, vnicuiq. ſe vind. vel pub. l. vt vim, atque 3. D. de iuſt. l. ſed & ſi quemcumque 5. D. ad leg. Aquil. l. Gracus 4. D. ad leg. Iulian. de adult. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter, D. ad leg. Aquil. non ignoro à prima, & media

*Actio præſcriptis verbis quod fferat ab actione in factum.*

*Caſu aut iure, qui nocet non tenetur Aquilia.*

Iuriſprudentia, quantum dominis in ſeruis licuerit, l. in ſuis 11. D. de liber. & poſt. §. in poteſtate, inſt. de his qui ſui, vel alien. iur. ſunt, l. quod attinet, D. de reg. iur. Seneca lib. 3. de ira, cap. 40. ibi: *Fregerat vnus ex his cryſtallinum rapi eum imperat, & non vulgari morte periturum obijci eum Muranis iubebat, quas ingens piſcina continebat.* Horatius Sat. 3. lib. 1.

ibi: *Si quis eum ſeruum,*

Infra: *in Cruce ſuffigat.*

Secus vero ex vltima Iuſtiniani, & Cæſarum conſtitutionibus textus, qui ex mente ad hoc maxime facit, quo plectitur fructuarius, qui inferri patitur fundo, id, quo aquæductus corrumpatur, l. ſi cuius rei 13. §. de præteritis, D. de vſufruct. ſat eſt me ſciente, quid iniquum fieri, ſat eſt me præſente, quid ſummæ iniquitatis patrari: quod niſi prohibeam, me crimine aliget, quare multo magis nefas periclitanti homini hominem non ſubuenire, quo rationis ductu illud Florentius protulit: *Cùm inter nos cognationem, quandam natura conſtituit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe*, l. vt vim atque 3. D. de iuſt. & iur. idque negligere longè pœna dignius, quam fundi damna negligere, quod monet, dict. leg. ſi cuius rei 13. §. de præteritis, D. de vſufruct. Sillaniano inter-

tordicto ancilla, cui mortis certiſsimum exitium minabatur, ſi voce clamitans dominæ percuſorem manifeſtaret, quia ita cogente metu, vt iuſſa fecit, mortis pœna punitur, quia debebat dominæ vitã propriæ ſaluti anteferre, l. 1. §. iuxta hoc D. de Senat. Sillania. vide Tacitum, lib. 14. cap. 6. annal. quod ob publicam vtilitatem introductum, cum nulla domus aliter tuta eſſe poſſet, quæ militat etiam in hominum Societate, humanitateque, addè quod ipſa ratio, ipſiuſque hominis, dignitas in quocumque homine, id auxilium patrocinium, aſylumque poſtulat, nam quod attinet ad ius naturale omnes homines, æquales ſunt, l. quod attinet 33. D. de reg. iur. de hominis dignitate, Ouidius lib. 1. Metamorphoſ.

*Sillaniani interdicti ſeueritas.*

*Sillanianum interdictum ob publicam vtilitatẽ introductum.*

6 *Hominis dignitas.*

*Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ.*
*Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.*
*Natus homo eſt:*
Et infra.
*Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram.*
*Os homini ſublimè dedit, cælumque videre,*
*Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*

*Cogitauit enim nos ante natura, quam fecit, nec tam leue opus ſumus, vt illi potuerimus excidere, vide quantum nobis permiſerit, quam non intra homines humani*

*Imperij conditio ſit*, lib. 6. epiſt. 22. Seneca, certius, & melius Diuus Hieronymus epiſt. ad Heliodorum: *Quid agis frater in ſeculo, qui maior es mundo*. Semper liber, ſemper terrarum dominus, Seneca lib. 3. de Benef. c. 20. *Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcendere*. Simile quid ſapiunt Vlpiani verba cum de ipſius ſerui iniuria, quæ iure ciuili nulla tractaret: *Habebit igitur Prætor rationem tam iniuriæ ſerui*, l. item apud Labeonem 15. §. itaque Prætor, D. de iniurijs, facit, l. vn. C. de emmendat. ſeruor. l. dominorũ, D. de his qui ſunt ſui vel al. iur. §. fin. inſt. eiuſd. tit. denique vt aſſerit Seneca Tragicus in Troade Tragedia.

*Auxilium qui negat cũ poſsit dare puniendus.*

*Qui non vetat peccare cum poſsit iubet.*

Vndè Apuleius ſignificat puniri ſolere, qui ſalutare auxilium periculo proximis haud præſtat ſic ille, lib. 6. ſuis Metamorphoſijs: *An ignoras eos etiam, qui morituris auxilium ſalutare denegant, quod contra bonos mores id ipſum fecerint ſolere puniri?* Vndè mos implorandi Quiritum opem, fauoremque conſuetudine introductus, Seneca lib. 2. epiſt. *Nemo ſtatim Quiritum fidem implorat*. Titus Liuius Decad. 1. lib. 3. *Pauida puella ſtupente ad clamorem nutricis fidem Quiritum implorantis fit concuſus*. Et alijs per quam plurimis locis ipſius operis, idem mos in Luſitania implorandi ſummam poteſtatem Regis, & in Caſtella identidem iuſtitiæ

*Mos quiritandi.*

no-

nomē inclamādo, ex quo illud legibus ſtabilitum clamandi fure reperto, l. itaque 4. D. ad leg. Aquil. ibi: *Id ipſum cum clamore teſtificetur.* Vlpianus hoc reſpicit, l. Prætor 4. §. ſi quis aduentu, D. de vi bonor. rapt. vndè officio remoueri debet Alguacellus qui expectat rixātes, nec ſe initio rixæ opponit, Baldus l. 1. §. qui es, D. de off. præf. vrb. & l. nullus 2. C. de Summa Trinit. & Fid. Cath. & clamanti aqui del Rey, ſubeniendum ſub pœna, l. 8. tit. 23. lib. 4. R. & ſi Iulius Clarus, §. fin. pract. crim. quęſt. 87. n. 3. communē eſſe opinionem doceat, vt non puniantur, qui non prohibent, idque ex gloſſa in l. culpa caret 50. D. de reg. iur. ſaltem iure ciuili, ego dixerim iure etiam ciuili, cum quis prohibere, poteſt teneri, ex ſupradictis iuris æquitate, quam etiam ius amplectitur Canonicum, vt ibidem fatetur Iulius Clarus hoc caſu, & in Gallia teneri, ſic, vt ſi in conſpectu plurium, qui rixantes prohibere potuerunt homicidium committatur, in culpa eſſe præſumantur, niſi à Principe obtineant literas, quas innocentiæ vocant, quibus congruit Vbeſembechi dogma, quem citat Vſualdus lib. 17. c. 2. lit. E. in fine eſſeque alios Authores idem teſtantes, ibi: *Vndè ſunt quicuiuſvis etiā extranei defenſionem à vi iniuſta non permiſſam tantum, ſed & neceſſariam ſtatuant modo commodè poſsit.* Nec obſtat l. culpa 50. D. de reg. iur. ex prędictis, quā adu-

*Puniēdum, qui opē non fert periclitanti, & ſi Iulius Clarus, aliud ſenſerit, nec non Gomezius,*

aducit Gomezius, & alia iura, tomo 3. var. c. 3. n. 4. quippe lex ita: *Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.* Ergo ſi poteſt, ex hac Pauli lege non caret culpa, ex cõtraria ratione, l. qui accuſare, D. de accuſa. l. fin. D. de edendo. quarè ergo parcimus ei, qui cum poſſet periclitanti ſubuenire noluit? Aut quarè puniendus eſt, qui clementiæ virtute feſtinauit, ad eum ſubeniendum? Licuit, iure fecit, quod legitimè factum eſt, nullam pœnam meretur, dict. l. Gracus 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. ſed & ſi quemcumque 5. D. ad leg. Aquil. neque ſi iuſto errore, de quo conſtaret ductus genuina pietate eo caſu, quo prudentiſsimus quiſque deciperetur, ſeruum libero, quem periturum credere debebam, de damno, ſi quod facto meo dominus accipit, teneor, idque ob culpæ immunitatem, l. regula 9. §. ſed iuris, D. de iur. & fact. ignor. vbi, qui non potuit peritorum habere conſilium, cum ſua prudentia haud magis inſtructus fuerit, errans in iure excuſatur, quoniam carens culpa à iure defenditur præcipuè in rerum ſuarum amiſsione non punitur, potius ei ſubeniẽdum eſt, l. Proculus 26. D. de damno infect. & deniquè vbique, dum culpa carere conſtet. Hoc obſeruare tenentur iuris Interpretes rationem legum animam eſſe, quod plurimum confert ad earum intelligentiam, nec non ad iudicandum, quarè moleſtè ſe ferre, Ca-

li-

ligula dicebat, Iuriſconſultos nihil poſſe dicere præter æquum. Suetonius in eius vita. Tamen in noſtro, §. fin. inſt. de leg. Aquil. in factum eſt actio contra eum, qui miſericordia ductus alienum ſeruum ſoluit? Ergo aduerſus factum virtutis? Dic potius vitij factum, & facinus, quoniam ſub hoc miſericordiæ nomine vitium ſignificabatur, tam ab Ethnicis Philoſophis, quam à Iuriſconſultis. Seneca lib. 2. c. 5. de clementia: *Ergo quemadmodum religio deos colit, ſuperſtitio violat: ita clementiam, manſuetudinemque omnes boni præſtabunt, miſericordiam autem vitabunt: eſt enim vitium puſilli animi ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis, itaque peſsimo cuique familiariſsima eſt.* Et poſteà: *Miſericordia eſt ægritudo animi ob alienarum miſeriarum ſpeciem.* Idem lib. 2. de ira, ca. 17. *Nec latronem oportet eſſe, nec miſericordem.* Haud aliud reſpicit Virgilius Georg. lib. 2. ad finem, ibi.

*Miſericordiæ nomine ex primi vitium.*

*Miſericordiæ diffinitio ſecundũ Stoicos.*

*Neque ille*
*Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.*

De hac tamen veræ pietatis, nominiſque Chriſtiani cultores, aliter ſentimus, nam ob animi cruciatus, ac mærorem, merita apud Deum, iuſta ſi ex cauſa demanarũt, certiſsima credimus, & cognoſcimus, verũ tamẽ nõ eſt cõtrariũ noſtræ Euãgelicæ doctrinæ, nõ metu, nõ affectibus, vbi liberamẽte opus eſt, nõ in peius eã cõcu-

*Miſericordiã Chriſtiani aliter accipiunt.*



Digitized by Google

tere miſericordiæ voculam aliter accipimus, tamẽ Philoſophorũ ſententiam ſub alijs nominibus non aſpernamur, c. ſæpè 41. diſt. c. ipſa pietas, §. moleſtus eſt medicus, c. nimium, c. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. Alphonſus ab Azeuedo probare conatur eſſe pietatem bonam, & malam, & concupiſcientiam, & ſuperbiam. Sed impropriè, ſeu abuſiuè locutos eſſe, quos adducit Authores dicito, l. 1. tit. 1. lib. 8. R. nu. 4. 5. & ſeqq. nos de ſermonis agimus proprietate.

8 *Virtutibus vitia alia oppoſita alia, & ſi oppoſita ſimilia.*

Pro cõperto habemus virtutibus eſſe vitia alia oppoſita, alia, quæ parũ ab ipſis declinare videntur, ſit exemplum liberalitatis virtus, cui eſt oppoſitum auaritiæ vitium, ſui veroſimile prodigalitatis vitium: ſunt etiam virtutes, quæ ad inuicem contrariæ indicantur, cum tamen non ſint, quippè omnes cognatione quadam, & ipſarum temperamento iunguntur, ſic plus diſtat à magnanimitate, ille qui nihil penſi habet, quam à liberalitatis virtute, parcus animus, quia intra virtutis limites, qui ſe tenet, non longè à reliquis, quas (non exercet) virtutibus eſſe videtur, & contra, qui extra eos tramites vacantur, pro virtutibus, quarum etiam nomina amiſſere, iam hæc, iam illa complectuntur vitia, Horatius Sat. 3.

*Virtutes non reperiuntur oppoſitæ.*

*Generoſus, & parcus minus inter ſe diſtãt, quã liberalis, & prodigus.*

*Si quis nunc quærat, quo res hæc pertinet illuc,*
*Dum vitant ſtulti vitia in contraria currũt*

Quip-

Quippè vt ait Iuuenalis Sat.4.

*Fallit ſæpè vitiũ ſpecie virtutis, & vmbra.*

Idem teſtatur Liuius ex ore Martij Minutij Rufi Magiſtri Equitũ, in Quintum Fabium Maximum, lib. 2. Decad. 3. *Pro cunctatore ſegnem, pro cauto timidum, affingens, vicina virtutibus vitia, compellabat.* Itaque ex Alberto Magno, virò mirando, potius quam in omnibus ſequendo, qui ſanguine teſtatam ſanctitatem ſuã relinquit; proœmio moral. in principio: *Sæpiſsimè contingit vitia virtutum nomine ſæpè donari.* Saluſtius in Catonis oratione, lib. de coniurat. Catilinæ, ibi: *Quia bona aliena largiri liberalitas: malarum artium audacia fortitudo vocatur.* Sacer. Canon: dict. c. ſæpè 6. diſt. 41. *Sæpè ſe vitia eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacitas parſimonia, effuſio largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ; remiſsio pietas velit videri.* At Philoſophi virtutem pietatis in duorum vitiorum confine repoſitam venerantur, & ſic vitia nuncupata ſunt, pietati oppoſitũ crudelitas, ipſius ſimile miſericordia, nã miſericordiæ nomine, illud vitium indicabant, dolo proximũ, quo, quis nocentiſſimos adiuuat, haud facti ſui ignarus, aut alijs prauis cupiditatibus ductus, hodiè vero hoc miſericordiæ nomine, illã nuncupamus pietatis virtutem, quæ ſiue facti errore, ſiue animi mærore, optimo tamen fine ad alterius opem dirigitur, aut alterius iuſtæ tutelæ conſulit; quam virtu-

*Virtutes infamari vitiorum nominibus.*

*Miſericordiæ nomine pietatis ſpeciem Catholici appellant.*

tutem, nec Ethnici ignorauere, ſed aliter eam, & præcipuè Stoici ſignant, diuerſo nomine, indè pia vox Neronis celebrata à Caio Suetonio in ipſius vita, c. 10. *Quã vellem neſcire literas.* Id cum admoneretur, vt ſubſcriberet ſupplitium, cuiuſdam capite damnati, de qua non ſecus Seneca, lib. 2. de clementia: *O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanũ Imperium incolunt, quæque iuxta iacẽt dubiæ libertatis! O vocem in concionem omniũ mortalium mittendam, in cuius verba Principes, Regeſque iuramentum faciant.*

9 *Stoicorũ ſectam an coluiſſet Vlpianus.*

Stoicorum ſectam coluiſſe Domitium Vlpianum, cum plurimus virtuti honos ſuis temporibus fuerit, ſub Alexandro Principe optimo, Præfecti Prætoris Magiſtratum gerẽtem, cuius Imperatoris ea fuit mẽs, vt Chriſtianã Religionem amplecti conatus ſit, quis dubitat, aut ſaltem eorum doctrinam hac parte probaſſe? Et Senecam, Zenonem, Criſipum, & alios Stoicæ ſcholæ aſſertores legiſſe? Vndè Vlpiani verba idem docent conſona prædictis AEnei Senecæ, ſic de miſericordia ſentit Vlpianus, l. ſi hominem 7. D. de poſiti: *Si hominem apud ſe depoſitũ, vel ad malam manſionem extenſum, ſequeſter ſoluerit, miſericordia ductus, dolo proximum eſſe quod factum eſt arbitror.* Nec me mouet quod ſequeſter intempeſtiuè miſericordiam exercuiſſet: quo tantum ſignificat, quod ſi tempeſtiuè, hoc eſt nõ

in

Digitized by Google

in alterius damnum, eam exerceret, non competeret actio, aduerſus eum quamuis ſit vitium: quippè iure ciuili, actiones vt diximus, ſolum in ea animaduertunt vitia, quæ alijs exemplo, vel facto nocēt, idem Vlpianus eodem ſenſu miſericordiæ vocem accipit, l. Prætor, §. ſi quis aduentu, D. de vi bonor. raptor. l. & elegāter 7. §. idem Labeo, D. de dolo malo, Herennius, l. non eſt facilè 14. §. qui ſi negligentia, D. de cuſt. exhib. reor. & ſic accipio, §. fin. inſt. de leg. Aquil. cui cōſonat, l. 8. tit. 15. par. 7. & ex prædictis iuribus patet, Iuſtinianum, cum ab ipſis ſumeret Paragraphi verba eadem ſignificatione, non diuerſa miſericordiæ vocem vſurpaſſe, qua vſi Iuriſconſulti fuere, de dolo proximo facto, non vero de alicuius virtutis ſpecimine: nam ſi de virtute conſtaret, non miſericordiam hanc ipſam appellaret, ſed potius pietatem, clementiamvè à dolo, culpaque diſtantem, nec dolo proximam, nec pœnæ, ita vt actionē aduerſus virtutis ſacra ſummoperè negaret, nam vt ait Cicero lib. 3. de officijs: *Aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias, leges quatenus manu tenere res poſſunt: Philoſophi quatenus ratione, & intelligentia.* Nam cum de animo haud leges iudicent immediatè, apud illos ea eſt virtus, quæ virtus videtur, eamque nos teneamus legum interpretationem, quæ vitio caret ſuadente, l. in ambigua 24. D.

de

*Differẽtiam Theologorũ, & Iuriſperitorum circa virtutũ, & vitiorum cognitionem.*

de leg. & non ſequamur in hac parte Interpretes, qui laude dignum iudicant illum, qui ſeruo cõpedes ſoluit, vt fugiat, tamen eum puniendum eſſe cenſent, magis Theologorum ritu, & ſcientia animum ſcrutantes, quam perfacta delictũ Iuriſconſultorum Philoſophia, in hoc diuerſa ab illis dum probationis ductu procedit: magiſque vt boni viri, & ſi doctiſsimi, quam vt egregij Interpretes miſericordiæ nomen accipientes: ſic facti ſpeciem iudicemus de compedito tantùm, non de obſtricto, mortique proximo, cui ſucurrere virtus.

(?)

C Ae

# CAPVT QVARTVM.

## VIRTVTIS, ET SCIENtiæ pompa aliquibus nocuit, undè imperitiæ, & vitiorum ſimulatio nonnunquam prodeſt.

### SVMMARIVM.

Fictæ virtutes quibuſdã profuere, & Numæ Pompilij exẽplum, & Sertorÿ, & Scipionis Africani. n. 1.

Vitiorũ ſimulatio, quibuſdàm vtilis, n. 2.

Elegãtia morũ plebẽ alienare ſolet. ibidẽ.

Scientiæ profeſſores ab agreſtibus alterius, ſeu aduerſæ factionis homines indicantur. ibidem.

Virtus popularis, quæ ſit. ibidem.

Exemplum Phrabatis Partorum Regis

*gis illuſtræ Politicis viris.* *numer. 3.*

*Authoritatem, & ſi minuat Regum familiaris ſermo aliquãdo ipſis cõducit. ibidẽ.*

*Populus non intempeſtiuè, & ſubito, & ſi in melius auocandus à conſuetudine, quæ diu valuit.* *n. 4.*

*Simulare affectus prodeſt, & ſi non hos admitere oportet.* *ibidem.*

*Scientiæ pompa diſplicet incultis, & in curioſis.* *ibidem.*

*Verba, & modus ruſticus ruſticis placẽt, & exemplum Menenij Agrippæ in plebis prima ſeceſsione.* *n. 5.*

*Probitas vitæ præ ſe ferre non ſat eſt, ad plebis animos conciliandos, niſi verſatile ingenium ſit, vbi a recto deſciuere popularium animi.* *n. 6.*

*Dolus, & ſimulatio, cum diſtinctione commendantur: diſimulatio regentibus vtilis.* *ibidem.*

*Ficta quibuſdam virtutes profuere, & Numæ Pompilij exemplũ Sertorij, & Scipionis Africani.*

ET ſi certiſsimum ſit, authoritati regentis, non ſolum veras, ſed etiã fictas virtutes prodeſſe; non ſolum ſcientiæ ſplendorem, ſed etiam huius ſcientiæ ſimulationem, pro vt exemplis omnibus ſeculis patet: vndè Numæ Pompilij AEgeriæ congreſſus, Titus Liuius lib. 1. Decad. 1. ibi: *Simulat ſibi cũ Dea AEgeria congreſſus nocturnos eſſe: eius ſe monitu, quæ acceptiſsima Dijs eſſent, ſacra inſtituere,* &c. Sertorijque fictio. *Ad has artes accedebat Religionis ſimulatio, qua vna re vulgi animi maximè capiuntur, cerua candida Dia-*

*Dianæ dono vti iactabat ad aurem adhibita, vndè aſſueta erat cibum capere; quoties, aut literæ eſſent allatæ, aut de rebus magnis in Senatu conſultabatur, quaſi nutu numinis arcanos euentus, & Conſilij ſummam inſuſurraret*, &c. Mariana, & ſi non ex antiquioribus in re nota ſufficiens, lib. 3. de reb. Hiſp. cap. 13. quod eos magnoperè commendauerit populo, Publijque Scipionis perſonam ad ſummos honores, & gloriam prouexerit, Liuius Decad. 3. lib. 6. *Fuit enim Scipio, non veris tantum virtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab iuuenta in oſtentationem earum compoſitus: pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas viſa ſpecies, aut vel, vt diuinitus mente monita agens: ſiue, & ipſe capti quadam ſuperſtitione animi: ſiue, vt imperia, conſiliaque, vel vt forte oraculi Miſſa, ſine cunctatione aſſequeretur. Ad hæc iam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem ſumpſit, nullo die prius vllam publicam, priuatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingreſſuſque ædem conſideret: & plerumque tempus in ſecreto ibi tereret. Hic mos, qui per omnem vitam ſeruabatur, ſeu conſulto, ſeu temere vulgatæ opinioni fidem apud quoſdam fecit ſtirpis diuinæ virum eſſe, retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, & venitate, & fabulæ parem: anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius per ſæpè viſam prodigij eius ſpeciem,*

 *ciem,*

Digitized by Google

*ciem, interuentuque hominum eu tam repente: atque ex oculis elapſam, his miraculis nunquam ab ipſo eluſa fides eſt: quin potius aucta arte quadam, nec abnuēdi tale quicquam, nec palam affirmandi, multa alia eiuſdem generis, alia vera, alia aſsimulata, admirationis humanæ in eo iuuene excelſerant modum: quibus freta tunc ciuitas ætati haud quaquam maturæ tantam molem rerum, tantumque Imperium permiſsit.*

2

*Vitiorum ſimulatio quibuſdam vtilis.*

Tamen adeo ſunt varia hominum ingenia, & mores diuerſi, caſuumque viciſitudines diſtinctæ, vt aliquando multitudinis Rectoribus conducat ab hac via deflecti, & prorſus contrariam tentare: quippè euenire ſolet, vt plerumque virtutis, & ſcientiæ decus, comptique mores, ciuileque ingenium nobis exitio ſint, animoſque agreſtis populi incondita-tæve plebis alienēt, & neceſſe habeatur ad id conſequendum, quod arcanò petitur diuerſa præ ſe ferre, non quia vitia ſequamur, ſed ideò tantum, ne palam vitiorum exprobatores conſpici velimus, non quia ſimilia vitia complecti placet, ſed ne diuerſam deniq; vitę normā ſectari iudicemur, ægriſque oculis intuētibus, quaſi alterius factionis homines pompa ſcientiæ, & virtutis inuiſos, obnoxioſque faciat, quapropter Tacito placuit eſſe in nobis, quod hanc imminentem calamitatem auertere poſsit,

*Elegantia morum plebem alienare ſolet.*

*Scientiæ profeſſores ab agreſtibus alteriùs, ſeu aduerſæ factionis homines indicantur.*

lib.

lib. 4. ann. ibi: *Anſit aliquid in noſtris conſilijs, liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium pergere iter ambitione, ac periculis vacuum.* Quibus conſequimur dum nos idem velle ſimulamus, vt id quod maximè cupimus fiat. Hæc eſt, quædam popularis virtus ſumę prudentiæ comes, quam imperitiæ, ſeu ruſticitatis, & vitiorum ſimulationem appello, quam, & ſi raro aliquibus conducibilē fuiſſe probare contendo, ſimulque pernitioſum ſcientiam, & virtutem non ſuo tempore iactare, prædixit Ouidius lib. 1. de remed. amor.

*Virtus popularis.*

*Quin etiam accendas vitia, irriteſque vetando.*

*Temporibus, ſi non agrediare ſuis.*

Quo caſu fatendum eſt, aliquam labem intemperantiæ, cum eas quidem intempeſtiuè exercuerint contrahere, & eſt ſatis illuſtre poſteris exemplum, cum Vononem filium Phrahatis Parthorum Regis, Arſacidarum origine, peterēt eorum legati à Tiberio, quondam obſidem Auguſto datum, & tunc ipſis conceſſum, eiuſque virtutes comitatem, & ſcientiam deſpicerent Barbari, Tacitus lib. 2. ann. c. 1. ibi: *Accendebat dedignantes, & ipſe diuerſus à malorum inſtitutis deinde Græci Comites.* Et infra: *Sed prompti aditus, obuia comitas, ignotæ Parthis virtutes.* Et non minorem meretur commendationem Neruæ, aliorumque Imperatorum

*Exemplum Phrahatis Partorū Regis politicū inſigne.*

 rum

rum caſus, qui ob ſeueritatis infelicē exitum, id ipſum teſtatūr relinquere, & Ioānes Caſtellæ Rex eo nomine Primus, nōne ita ſe geſſit in Luſitania vbi Reges familiariter cum ſuis aloqui receptū? Vnde contra inuiſus illis diſplicuit ob morum auſteritatem, quamuis alias ſumma prędpuitate præditus, ideo ne aſpernati ſunt illum Luſitani? Et ſi inſitam his animi elationem ſemper noſtris emulam arbitrarer præcipuam cauſam tamen non ideò minus arte tractandam, aliciendamque. Mariana lib. 18. c. 7. de rebus Hiſpan. cum de hoc ipſo diſſereret: *Sed ſermo breuis, quo hominum voluntates maximè conciliantur, eoque facultatem facillimam homini voluit eſſe natura, itaque ſimul in Luſitaniam appalit, quorundam ſtudia reſtinxit, aliorum animos auertit, gentis natura comis, & priorum Regum familiaritate aſſueta.* Hoc ita, & ſi aliæ virtutes illi fuere, & hoc haud vitijs annumerandum.

*Authoritatem, & ſi minuat Regum familiaris ſermo aliquando illis conducit.*

4 Cautiùs, & meliùs Tiberius, qui pedetentim populum a luxu, & licentia reuocare conabatur, Tacitus lib. 1. cap. 10. Annal. *Alia Tiberio morum via; ſed populum per tot annos molliter habitum, non dum audebat ad duriora vertere.* Seneca notat, quod haud inſtituto alienum, Philoſophiæ nomen odio populum proſequi, lib. 1. epiſt. 5. *Satis ipſum nomen Philoſophiæ, etiam ſi modeſtè tractetur inuidioſum eſt, quid ſi nos hominum con-*

*Populus non intempeſtiuè, & ſubito & ſi in melius auocandus à cōſuetudine quæ diu valuit.*

*ſuet*

*ſuetudini cæperimus excerpere?* Nec iratis, nec fortuna ſua inflatis, nec contumacibus ſatius eſſe occurrere, & frangere, aut pertinaciter ſe opponere, ſed tempus dare, & competenti arte tractare, idem Seneca lib. 3. cap. 36. de ira: *Nolunt diſcere, qui nunquam dedicerunt: illum liberius admonuiſti, quam debebas: itaque non emendaſti, ſed offendiſti de cætero vide, non tantum an verum ſit quod dicis, ſed an illi, cui dicitur veri patiens ſit.* Vitia commitari videatur, aliquando iuuare, idem eodem lib. cap. 29. *Simulabit iram, vt tanquam adiutor, & doloris comes, plus authoritatis in conſilijs habeat.* Nam pro vt dixi, & nunc ex ore, Taciti lib. 11. ann. cap. 11. *Si aliter fiat, plerumque innocentes recenti inuidiæ impares.* Simulque addam reliquis populi affectibus, quid mirum ſi non obſeruantibus tempus, locum, & multitudinis ſtatum, & mores, accuratæ orationis vis, & ſcientia nonnumquam fuit pernicioſa, quod Muſonio contigit viro probo, paciſque ſtudioſo inter Vitellium, & Veſpaſianum, Tacitus lib. 3. hiſt. cap. 16. *Miſcuerat ſe legatis Muſonius Rufus equeſtris ordinis, ſtudium Philoſophiæ, & placita Stoicorum æmulatus, cæpabatque per mixtus manipulis, bona pacis, ac belli diſcrimina diſſerens armatos monere. Id plerisque ludibrio, pluribus tædio, nec*

*Simulatio affectus prodeſt, & ſi hos admittere nō oportet.*

*Sciētiæ pōpa diſplicet incultis, & incurioſis.*



Digitized by Google

*deerant, qui propellerent, proculcarentque, ni admonitu modeſtiſsimi, cuiuſque, & alijs minitantibus, omiſiſſet intempeſtiuam ſapientiam.* Quanto melius in ſeceſsione plebis prima Meſſenium Agrippam ſimplici verborũ ſtylo, & ſi audiẽtibus accõmodato plebem ſenatui amicã facit, neque ſeceſſum exprobans, nec diuerſam imperitis orationem habens: *Is intromiſſus in caſtra priſco illo dicendi, & horrido modo nihil aliud, quam hoc narraſſe fertur tempore, quo in homine non, vt nunc omnia in vnum cõſentiebant: ſed ſingulis membris ſui cuique conſilium, ſuus ſermo fuerat: indignatus reliquas partes ſua cura ſuo labore, ac miniſterio ventri omnia quæri, ventrẽ in medio quietum nihil aliud, quam datis voluptatibus frui: conſpiraſſe indè, ne manus ad os cibum ferret: nec os acciperet datum: nec dentes conficerent: hac ira dum vẽtrem fame domare vellẽt, ipſa vna membra, totumque corpus ad extremam tabem veniſſe, inde apparuiſſe ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali, quam alere eum reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemuſque diuiſum pariter inuenas maturum confecto cibo ſanguinem comparando hinc, quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis, in patres flexiſſe mẽtes hominum.* Liuius Decad. 1. lib. 2. diſplicet ſanè agreſtibus ingenijs, quidquid eorum diſimile putant, quapropter, & ſi Publio Scipioni (de quo

*Verba, & modus ruſticus, ruſticis placent, & exeplũ Meſſenij Agrippæ in plebis prima ſeceſſione.*

*Popularem lætitiam plebis commitari eius conciliat animos.*

quo initio ſermo ) obiectum fuerit ſe immiſcere populari lætitiæ, munditiem, ac laciuienté comitatem, Liuius Decad. 3. lib. 9. ibi : *Cùm palio, crepidiſque in ambulare in gymnaſio libellis etiam, paleſtræque operam dare.* Et ſi res haud ſeria videtur, tamen exiſtimo hoc perpenſo iudicio feciſſe, vt ſic militibus, & plebi iuxta charus eſſet, quemadmodum ( vt retuli ) quibuſdam fictis virtutibus Romæ vſus eſt, ita in Sicilia fictis tantùmmodo vitijs, ita fas ſit dicere, illis Senatum ſibi conciliãs, his multitudinis voluptati conſulens. Vndè ſæpè popularem Conſulem quibuſdam negotijs, reliquis ſeuerioribus Magiſtratibus antepoſuere Romani. Liuius lib. 3. Decad. 1. *Regimen totius magiſtratus penes Appium erat fauore plebis, adeòque nauum ſibi ingenium induerat, vt Plebicola repentè, omniſque auræ popularis captator euaderet, pro truci, ſeuoque inſectatore plebis.* Et ſi ex Patritijs talis Iulius Cæſar in Conſolatu optimatum factioni oppoſitus, vndè facetè, cum haud collega impartiretur munera ſubſcripſere non nulli teſtamentis : *Iulio, & Cæſare Conſule, bis eundem proponentes, nomine, atque cognomine.* Suetonius in eius vita, c. 20. hoc itaque Principes obſeruent temporibus, & rebus accomodatos viros eligentes, vbi ſeditio imminet non acres, abſque ſeueritate ingenij compoſitos, non qui tãtum ſeueritatis ſpecimen dederint, ſed qui

6 *Probitatem vitæ præſeferre nõ ſat eſt ad plebis animos conciliãdos, niſi verſatile ingenium ſit.*

iuſtitiæ, ac moderationis experimentis ſpectatæ inter bonos prudentiæ quoniã: *Nec eſt quiſquam, cui tam valde innocentia ſua placeat, vt non ſtare inconſpectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat.* Seneca lib. 1. de clementia, c. 20.

Hoc etiam ſibi conducere exiſtiment probitate perſpicui viri, quippè non ſolũ integritate, & ſcientia, vique eloquentiæ pollere ſat eſt: ſed verſatile ingenium habere, ſuiſque tẽporibus, & rerum opportunitati conſentaneum, quod in Seneca magni facit, Tacitus lib. 13. ann. c. 1. *Fuit illi ingenium amænum, & temporis illius auribus accomodatum.* Ex quibus colligo virtutis, & ſcientiæ pompam aliquibus nocuiſſe, imperitiæ, & vitiorum ſimulationem nonnumquam prodeſſe, non vt virtutis, & ſcientiæ proditores ſimus, ſed transfugæ Exploratores, quod etiam legibus cautum reperio, & non ſine laude, ſub qua diſtintione intelligendus venit, Vlpiani textus, l. ſi quis tutor. 15. D. de tutelis, verbo *Transfugerit*, nec dolum, nec ſimulationem abſque diſtintione commendo, diſimulationem perſuadeo, quam in virtutibus regentis annumerari licet, Tacitus lib. 4. ann. cap. 11. *Nullam æquè Tiberius, vt rebatur ex virtutibus ſuis, quam diſimulationem diligebat.* Simulationem, & ſi raro, vt ex prædictis apparet, dolumque in hoſtes, & cum Virgilio ſentire lib. 2. AEneid.

*Dolus & ſimulatio cum diſtintione commẽdatur diſſimulatio regentibus vtilis.*

Mu-

*Mutemus clipeos, danaūque inſignia nobis*
*Aptemus, dolus an virtus, quis in hoſte re-*
*quirat?*

Adderem in ſeditioſos, popularemque tumultum, nam ſi eo nomine vti libet Dolū bonum etiam inter ciues exerceri placet, ex quo fonte plura deduci compertum eſt mihi, tamen in ſubiecta materia his contentus ero;

(§?§)



Digitized by Google

# CAPVT QVINTVM.

***PRINCIPEM SOLVM** ex æquitate, non tantùm vitā ſeruare, ſed bona, & honores aliquando reddere decet eorum filijs, qui Maieſtatis crimine damnantur, ceſſante cauſa publica, & Arcadi, & Honorij, l. quiſquis 5. §. filij vero eius, C. ad leg. Iuliam Maieſt. breuis expoſitio.*

## SVMMARIVM.

*Publica ex cauſa pœna, & remuneratio perſonā transgreditur.* n. 1.

*Expoſitio, §. filij vero eius, ex l. quiſquis 5. C.* ibidem.

*Nobiles cur ornat Reſpublica.* ibidem.

*Filius tenetur capitis pœna ſi in crimine læſæ Maieſtatis patrem non accuſat.* ibidē.

*Infames facti an ſint filij eius, qui cri-*

men læſæ Maieſtatis commiſsit. ibidem.

Habitationes Rei committentis crimen læſæ Maieſtatis ſolo adæquendæ. ibidem.

Miles abuſiuè dicitur nobilis. ibidem.

Indigni fiſco, incapacis, legitimis datur hæreditas. ibidem.

Filiorum duplex cauſa in crimine læſæ Maieſtatis. ibidem.

Crimen læſæ Maieſtatis, quo temperamento Regni leges puniunt. n. 2.

Leges ad terrendos homines à criminibus plura dixere. n. 3.

Arbitrariam eſſe pœnam in poſſeſsione vi occupata, & ſi aliud inducitur, ex l. ſi quis in tantam, C. unde vi, & l. 1. tit. 13. lib. 14. R. ibidem.

Præſidis Martiani verbum in l. 1. §. fin. D. de legibus intelligi, ex Seneca lib. 1. de ira, c. 5. ibidem.

Deus Optimus Maximus ideo ne puniat temporali pœna inſontes, quia poteſt hoc reparare. n. 4.

An iure Eccleſiaſtico læſæ Maieſtatis Diuinæ crimine ante nati puniantur filij. ibidem.

Princeps humanus, & ſi iuſta publica cauſa ſubeat haud morti poteſt, quem damnare inſontẽ, quia hoc reſarcire nequit. n. 5.

Clauſula Maioratus, quomodo fiſcum excludit. ibidem.

Inſontibus filijs bona adimi poſſe, quia illis reddi poſſunt crimine læſæ Maieſtatis. ibidem.

Cle-

Clementia iuſtitiæ ſimilis. ibidem.

Stateram iuſtitiæ in manibus iudicis. ibidem.

Iudex animi militaris eſſe debet. ibidem.

Gomezi optima ſentẽtia aduerſus Rei filios in crimine læſæ Maieſtatis. ibidem.

Exempla lænitatis Auguſti, & Claudij in reos crimine læſæ Maieſtatis. ibidem.

Naſci, & generari ab improbis fortuitum. ibidem.

Merita totius familiæ in læſæ Maieſtatis pœna imponenda, an perpendenda. ibidẽ.

Maieſtatis crimine nullam eſſe debere meritorum familiæ rationem. ibidem.

Iudicibus immodicè ſæuientibus fræna imponenda, ex l. ſi quis 2. C. de cuſt. reor. ibidem.

Gratiam remiſsionis totam Principis eſſe voluit lex 16.

Filiorũ remiſsione in crimine læſæ Maieſtatis, vires merita exemplum æſtimandum. ibidem.

Verba §. filij vero, C.

Filij vero eius, quibus vitam imperatoria ſpecialiter lenitate cõcedimus (paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur) à materna, vel auita omnium etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſsione habeãtur alieni teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuo egẽtes, & pauperes infamia eos paterna ſemper

*per comitatur, ad nullos prorſus honores ad nulla ſacramenta perueniant: ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit, & mors ſolatium, & vita ſuplicium.*

Pœna, & Remuneratio publica ex cauſa vltra perſonam extenditur, vt noſtro textu patet, & Vlpiani, l. is qui 11. D. ad leg. Iul. Maieſt. l. Manicheos 4. §. Sed nec filios, C. de hæret. & Manichæ, cap. qui iam frequenter, §. ſi verò, vt lite non cōteſtat. ibi Gloſſa, c. 2. de conſtitutionib. iure regio, l. 6. tit. 27. part. 2. l. 3. tit. 9. lib. 4. ord. l. fin. tit. 30. p. 7. Remuneratio, l. Senator. 11. F. mulieres 13. C. de dignitatib. l. fœminæ 8. D. de Senatorib. l. qui ad tempus 2. §. in filijs, l. ſpurij 6. §. pater, D. de decurionib. Marcianus l. veteranis 3. D. de veteranis, ratio Senecæ placet lib. 4. de Beneficijs, cap. 30. ibi: *Quomodo illi idem egerunt, vt non in vnam ætatem prodeſſent: ita & nos non vna ætate gratiſumus.* In legis verbis notanda veniunt, *Vitam imperatoria ſpetiali lenitate concedimus.* Terrendi cauſa à tali crimine, nam timoris cauſa nulla capitis pœna, in timēdos culpæ expertes, ſecundum illud, lib. 4. Regum, c. 14. quodque ſecutus Amaſias Rex Hieruſalē, ibi: *Cumque obtinuiſſet Regnum percuſit ſeruos ſuos, qui interfecerant Regem patrem ſuum: filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit dominus dicens, non morientur*

*1 Publica ex cauſa pœna, & remuneratio perſonā trāſgreditur.*

*Expoſitio l. quiſquis, C.*

*Nobiles quare ornat Reſpublica.*

*tur patres pro filijs, neque filij pro patribus.* At ſi ſciuiſſet filius, & Regi non renũciaſſet, vt quilibet extraneus teneretur pœna capitis, de extraneo, Gomezius ex Bartulo l. vtrũ, D. ad Leg. Põp. de Parricid. tom. 3. var. c. 3. n. 4. Sed idẽ in filio cũ omnia priuata ceſſent iura, cũ publica vertitur ſalus, l. poſt liminium 19. §. filius, D. de capt. & poſt Reuer. l. minime 35. D. de Relig. & ſumpt. filiũ patrem accuſantem depingit, Tacitus lib. 4. ann. ca. 5. dixit, Cicero lib. 3. de officijs, ibi: *Quid ſi Tyranidẽ ocupare, ſi patriam prodere conauitur pater ſi lebit ne filius? Immo verò obſecrabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiat accuſabit minabitur, & iam ad extremum, ſi ad pernitiem patriæ reſpectabit patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris,* nec aliter Marcellus dict. l. minimè 35. D. de relig. & ſump. fun. ibi: *Quẽ ſi filius patrẽ, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere etiam premio ad ficiendum omnes conſtituerunt.* Textus: *Extraneorum nihil capiant.* Paſſiua teſtamenti factione priuantur, non Actiua, quia teſtari non prohibentur, argumẽto l. mutus 43. §. cum quæritur, D. de procuratoribus: *Infamia eos paterna ſemper comittetur.* Non tamen infames facti habentur, cum verba legis, interpretationi locum dederint, l. placuit 8. C. de iudicijs, Donellus lib. 1. cõment. cap. 13. nam paternam non eorum infamiam Imperatores dixerunt, & benignius leges in-

*Filius tenetur pœna capitis ſi in crimine Læſæ Maieſtatis patrem non accuſat.*

*Infames facti non ſunt filij illius, qui crimẽ læſæ Maieſtatis committit.*

interpretādæ, l. benignius 18. D. de legib. vltra id, quia nec, l. 1. D. de his qui notant infam. comprehenduntur, nec lege alia, ſic Celſo dictante, l. in ambigua 19. D. de legib. eo ſenſu verba legum accipienda ſunt, quo maximè vicio carent, tamen fiunt rei habitationes deſertæ, ca. Felicis de pœnis, Gomezius tit. 3. ca. 2. n. 10. qui colateralibus, & deſcendentibus, & extraneis ſuccedere vult læſæ Maieſtatis diuinæ rei filium, ſecus humanæ per nu. 13. his filijs hæreditates relictas ſucceſſoribus aplicari aſſerit, quippè non ſunt indigni, ſed incapaces, l. aufertur, D. de iur. fiſci, nu. 14. infameſque eſſe tales filios, plerique dixere inter quos, & Gomezius dict. c. 2. tomo 3. var. nu. 13. & intra quinquenium ab rei principalis morte queri de illo poſſe, l. ſi quis 2. C. de apoſtatis, tomo 3. c. 1. n. 81. var. reſol. *Ad nulla ſacramenta peruenian*t. Militaria nempè, cū fuerit militia, quaſi Dignitas, ad quam nō admittebantur, niſi qui patrimonium iuſtum, & honorem præ ſe ferebāt, iuſtum militum, patrimonium, Aulus Gellius lib. 16. Noct. Atth. c. 10. de honore, & militum Sacramento egregie, Viglius in rubri. de milit. teſt. inſt. verbo *Volonas*, vbi notat ſic appellatos, qui in publica neceſsitate abſque tanta iuris ſcrupuloſitate in numeros redigebantur, Gothophredus in l. 1. D. de veteranis, & l. honeſtæ 2. D. eiuſd. tit. lit. G. & noſtris tempo-

*Habitationes rei cum mittētis crimen læſæ Maieſtatis ſolo adequandæ.*

*Indigni fiſco: incapacis ligitimis hæreditas datur.*



Digitized by Google

poribus nobiles eſſe milites dixit Abbas & Doctores in ca. libentius de ſeruis non ordinandis, Bartolus in l. 2. §. filijs, D. de decurionib. Guido Papæ deciſ. 288. Alphonſus Azeuedo, qui hos, & plures cógerit, l. 9. tit. 11. lib. 2. R. n. 175. tamé militem nobilem eſſe, dignitatem vè militię munus lato modo dicendum, non vero propriè, vt de maioratus poſſeſſore dixit, Ludouicus à Molina lib. 1. de primog. cap. 13. n. 4. nam certi modi proditi ſunt, quibus dignitas, & nobilitas conſtituitur, Doctores l. 1. D. ad leg. Iul. de ambitu, latè Azeuedo tomo 3. lib. 6. l. 9. tit. 1. lib. 6. R. nu. 1. vſque ad nu. 182. in qua filiorum pœna duplex cauſa ſubit, Moralis nempè vtilitatis publicæ in exemplo, & Phiſicæ naturalis Philoſophiæ, ex illo Ariſtotelis lib. 1. c. 4. politic. quod refert, & de hac re exactè, Petrus Gregorius lib. 4. c. 2. nu. 2. & 8 de Republ. Ioannes Sauaro comment. ad Sidoné Apollinarem lib. 1. epiſt. 6. nempè: *Similes ſibi quemque generare.* Cui aſſertioni facit, Prouerbior. cap. 18. *Gloria filiorum parentes eorum.* Specula in præmio ver. *Cæterum*, Thomas Gramat. deciſ. 18. nu. 1. Simancas de inſt. Cathol. tit. 50. n. 10. cum ſeqq. l. quod ſi nolit. 31. §. ſi mancipia, ff. de ædilit. ædict. Matięço in Dialog. relat. 3. par. c. 5. forſitan vtrâque rationem, Moralem, & Naturalem reſpexere Imperatores Moralé eo, quia non ſolum naſcituros, ſed etiam

*Miles abuſiuè dicitur nobilis.*

*Filiorũ cauſa duplex in pœna criminis læſæ Maieſtatis.*

na-

Digitized by Google

natos comprehendere lex videatur, tunc quia ipſius legis rigor, primis ipſius indicatur verbis, ex l. regula 9. D. de iur. & fact. ignorant, ibi: *Nam initium conſtitutionis generale eſt.* Quód prænotat Ludouicus à Molina lib. 3. cap. 6. num. 6. de Primogenijs, vbi plures congerit, tunc, quia ſic eam communitèr acceptam vidimus, quippè vbi nec lex diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. non diſtinguimus 32. D. de recept. arb. l. 1. §. generaliter, D. de leg. præſt. l. de precio. D de public. in rem act. Doctiſsimus Præſes Didacus à Couarr. ſic eam accipit, lib. 2. c. 8. var. Reſolut. necnõ Ioãnes Gutierrius, lib. 2. Pract. quæſt. 66. Gregorius Lopez dict. l. 6. tit. 11. part. 6. Ludouic. à Molin. lib. 2. de Hiſp. Primog. cap. 12. n. 56. qui plures referunt, & legis contextus hoc docet, nam cum vltimo ſuplicio affici debeat, qui læſæ Maieſtatis crimen perpetrauit, magis de iam natis legem cogitaſſe dicẽdum, quã de naſcituris, & cum ad deterrẽdos homines à tanto facinore, non ſolùm ad puniendos huius legis mens reſpiciat, magis in natis, quã in futuris filijs terreãtur parẽtes. Phiſicam naturalem, eo quia participes paterni criminis in ipſo patris ſanguine notant illos filios Imperatores, qui ſi nondum infecto ſanguine, ante patratum delictum concepti ſunt, eos tamẽ non prorſus à crimine alienos iudicant, non minus vera, quam ſubtili ratione

ducti. Nam ſi naturali credimus Philoſophiæ, partiales ſunt cauſæ, ab initio in ipſo genitore, quæ propenſum hunc efficere parentem ad ſimile crimen perpetrandum (& ſi Rex omnium ſit liberum arbitrium) nam ab ipſa ipſius genitura, & corporis ortu propenſiones ad crimē cōmittendū delinquēti patri inductæ fuere, aſtrorum aſpectibus, nutricis, & educationis cōſortio, quæ in teneris adhuc firmius infliguntur; hæ fuere in propenſo patre ad flagitium, & conſequenter in ſanguine generationis filiorum, necnon etiam in educatione filiorum eius, & pro creatione, dixi genituræ fuiſſe partiales cauſas, quippè nec abſolutè illis credendum docemur, l. 1. tit. 13. part. 7. nam & ſi cogitationis pœnam nemo patitur, l. cogitationis 18. D. de pœnis. tamen in eos pœna vehitur, qui ſimpliciter Aſtrologiæ fidem habent, l. 5. tit. 1. lib. 8. R. ibi Azeuedo num. 9. & ſeqq. ſic Oroſcopus, ſeu Genitura, aut Radix, quæ nihil aliud, quàm prima naſcentis Cœli diſpoſitio inclinat, ſed non cogit; inclinat tamen, vehementius, quàm reliquæ annorum Reuolutiones in genitore: ductuque rationis naturalis æquè abſque diſtinctione, nati ante crimen, & poſt damnantur. Ouidius Metamorphoſis lib. 12.

*Quid ſanguine cretus,*
*Siſiphio, furtis, & fraude ſimilimus illi.*

Ita reliqui quoties de aliquo, qui ſimili pro-

probo laborabat loquuntur Authores, & quantùm ad exemplum publicum in natis & nacituris vna eademque ratio, vna eademque diſpoſitio, l. milites 13. D. de re milit. Leges vero Regiæ magis vmbram, quandam Phyſicæ, & naturalis rationis, quam rei eſſentiam ſecutæ ſunt, ſic vt tãtùm naſcituros filios genitos poſt crimẽ perpetratum pœna comprehendi velint, non abſque aliquo benignitatis temperamento, eo nempè, vt ad pauciores pœna legum perveniat, nam longo interuallo opus eſt, ad id vt poſt patratum delictum (& ſi aliquando aliter eueniat) reus filios ſuſcipiat, cùm protinus plerumque vltimo afficiantur ſuplicio, qui talia committunt. Sic ante natos eximit lex, & ad naſcituros poſt crimen perpetratum redigitur, & in pauciores animaduertit, dict. l. 6. tit. 26. part. 2. cuius verba: *E a los que metieron en la pena fue, porque los fizieron deſpues que eſtauan emponçoñados.* Ex quibus interpretatur l. vnica, tit. 31. part. 7. & l. 3. tit. 9. lib. 4. ord. Sic ex communi Doctorum voto accepta, an iure Regio, communi ve publicæ vtilitati magis conſultum ſit in medium relinquam, quippè vt ait Virgilius.

2. *Crimen læſæ Maieſtatis quo temperamento Regni leges puniũt*

*Non noſtrùm inter vos tantas componere lites.*

Nam vbi expreſſa lex id ſoli Principi licet l. 1. D. de leg. l. 1. D. de cõſt. Princip. l. proſpexit 12. D. qui & quib. l. 1. C. de leg. vbi

Antonius Faber in ſua iuris Papinianæ Scientia lib. 1. tit. 1. princip. 2. illat. 2. Donellus lib. 1. Comment. c. 13. ſed vtroq; iure Regio, ac Cõmuni illud dubium ſubit, quòd cùm priuatis delictis, nec iure diuino, aut humano liceat quem abſque culpa puniri, Archad. & Honor. l. ſancimus 22. D. de pœnis, l. qui ad tempus 2. §. in filijs, D. de Decurionib. l. abſentẽ 5. D. de pœnis, l. Lege Duodecim Tabullarum 14. C. de legit. hæred. c. iam itaque, c. 1. & 2. quæſt. 4. Ezechiel cap. 18. nec publicis debeat pati filium innocentem parentũ crimen, cum magis iniquitas eluceſcat in pœna illa publici delicti, quæ magis præ oculis hominum eſt, etſi obijci ex publica vtilitatè ſatis reſponſum eſſe infra perpendendum: nonnulla in præſens vrgere videntur, vnde circa filios inſontes cogor has leges mitiùs interpretari, & primo dict. l. quis quis 5. C. ad leg. Iul. Maieſt. ſunt qui duritiem accuſent illis notatis verbis: *Paterno enim debebant perire ſupplitio.* Quam ſic tollendam exiſtimo, nẽpè, vt inſinuaui aſſerens eſſe meram com-

3 *Leges ad terrendos homines à criminibus pleraque dixere.*

minationẽ, qua in hac legis parte vtuntur Imperatores, quoniã ſæpè leges, pleraq; ad terrendos tantùm homines à crimine proferunt, Vlpianus l. 1. §. cuius merito, D. de iuſt. & iure, ibi: *Bonos non ſolũ metu pœnarũ, verũ etiã premiorũ, quoq; exortatione efficere cupiẽtes*: nec Talionis pœna Duodecim tabullarũ lege aliter auditur,

apud

apud Aulum Gelliū lib. 20. c. 1. Noct. Atticar. nã vbi leges exceſſere ciuilis Philoſophiæ normã, aut alijs temperãtur iuris Principis, aut Principem conſulimus, aut per non vſum abrogantur, aut populi cõſenſus illis derogat. d. l. placuit 8. C. de iudicijs, & l. 1. C. de legib. nec ſibi nõ liquere dicere fas, vt voluit Aulus Gellius lib. 14. cap. 2. Noct. Atticar. ſed tẽperamento Didaci à Couarruuias vti, & ſi ibi agit, cũ ex propria ſcientia aliud, quam quod probatur iudici cõpertum eſt, lib. 1. c. 1. var. reſolut. populi conſenſus iniquæ legi derogare ſolet. l. de quibus 32. D. de legib. Principis tamen tacita tolerantia, ſic circa poſſeſsionẽ vi ocupatam arbitrariam eſſe pœnã ex forenſi conſuetudine, vult Ioannes Gutierrius lib. 1. quæſt. 77. n. 4. in l. ſi quis in tantam 7. C. vnde vi, & Regia, l. 1. tit. 13. lib. 14. R. allegans, c. erit autẽ, verſ. In his 4. diſt. æque correctam docet, l. 8. tit. 20. lib. 8. R. l. 5. tit. 2. lib. 5. R. qua littera Q. fronte Bigami imponebatur, quæſt. 6. lib. 2. nec aliter accipio, l. 5. tit. 12. lib. 5. R. vbi creditori tradendum debitorem, vt ei ſeruiat dicitur, quam nec eo rigore obſeruari videam, & ſi Antonius Gomezius aſſerat obſeruari, & vxori potiori creditoribus cõcedẽdum, ſi velit ex l. aſsiduis 12. C. qui potior. in pignor. habeant, l. nam, & maritus 9. D. de cõdictione indeb. Gomezius tomo 2. cap. 11. de qualitatib.

*Arbitrariã eſſe pœnã in poſſeſsione vi ocupata, & ſi aliud inducitur ex l. ſi quis intãtã 7. C. vnde vi l. 1. tit. 13. lib. 14. R.*

contract. num. 53. D. Franciſcus Salgad. part. 2. cap. 4. num. 208. de reg. protect. Modeſtinus, l. legis virtus 7. D. de legib. l. perſpitiendum 11. D. de pœnis id expreſſit Martianus, ibi: *In grauioribus pœnis ſeueritatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Idem Martianus, l. prima, §. fin. D. de legib. vbi legem appellat ex Philoſopho Chryſippo: *Præſidem, & bonis, & malis Principem.* Præſidem appellat Martianus legẽ, & qualem eſſe debeat Præſidẽ exponit, Seneca lib. 1. de ira cap. 5. *Ita legum Præſidem, ciuitatiſque Rectorem decet quandiu poſſit verbis, & his molibus ingenia curare, vt facienda ſuadeat, cupiditatemque honeſti, & æqui conciliet animis, faciatque vitiorum odium, precium virtutis: tranſeat deinde ad triſtiorem orationem, quæ moneat adhuc, & exprouet: nouiſsimè ad pœnas, & has adhuc leiues, & reuocauiles decurrat.* Ad legum pœnas præcipuè noſtro caſu in filijs in ſontibus non ſolùm, quæ moneant de vita, ſed reuocabiles, arbitrio Principis ſolo pendentes eſſe debent, in bonis ademptis, & honoribus, idque ex illis, quæ obijciam, non ſolũ hac lege, ſed in omnibus patet, quia, quod nec ratione defendi poteſt, nec authoritate poteſt, §. ſed neque ex multitudine, &c. ibi: *Propter honorem ſplendidiſsimi Papiniani non ſtatim reſpuere*, D. de concept. digeſt. obijcitur Deum Optimum Maximum, vſ-

*Præſidis verbum Martiani, l. prima, §. fin. D. de legibus, intelligi ex Seneca, lib. de ira c. 5.*

4 *Deus Optimus Maximus ideo ne puniat temporali pœna inſõtes, quia poteſt hoc reparare?*

Vſque ad tertiam generationem punire? Guido Papæ quæſt. 338. Exodo cap. 20. Demoſthenes in oratione aduerſus Ariſtocratē, Budeus in l. aut facta 16. §. euentus, D. de pœnis, Geneſi cap. 9. quem imitandum? Quantum tamē imbecillitas noſtra patitur, ſeu poſsibilitas, nam ſi Deus parentum crimina in poſteros punit exēpli publici cauſa (ſic nos allucinamur) vitamque illis adimit, æternitate ſua credendum eſt, eos ſecundum vniuſcuiuſque merita propria iudicare, & reſarcire humana cum poſsit damna, nec abhorrēt ab hoc ſenſu Textus verba. Exodi, ibi: *Ego ſum Dominus tuus fortis Zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiā, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Omne de temporali pœna, & verbo vtuntur Interpretes, *viſitans iniquitatem patrum.* Quaſi noua cauſæ cognitione, ( & ſi Deus aut illa indiget) vltra, quod ſi omni effectu audienda verba, vt docemur Geneſi: *Noe ait maledictus puer Chanaā, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis,* & lib. Regum cap. 2. in fine: *Aſcēdit inde Eliſeus in Bethel, cumque aſcēderet per viā pueri parui egreſsi ſunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes: Aſcēde calue, aſcēde calue, qui cum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſsique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros,* de temporali tamen pœna, vt prædicimus, & pueri ipſi

Bethel doli capaces eſſe potuere, proprius & expreſius lib. 4. Regum c. 22. *Magna ira domini ſuccenſa eſt contra nos: quia non audierunt patres noſtri verba libri huius, &c.* Et ſi iuſtus Ioſias pœnitentiam ſibi, & populo indixiſſe conſtat, lumine rationis Horatius Epad. 7.

*Acerba fata Ramnos agunt,*
*Scelusque fraternæ necis,*
*Vt immiſcentis fluxit in terram Rhemi,*
*Sacer nepotibus cruor.*

Cùm aliud ſit Regnum Deo Optimo Maximo, illo hæc reſarcire poteſt, de quo Ioannes capit. 8. *Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo,* & cap. 14. eiuſdem Euangelij: *In domo Patris mei mãſiones multæ ſunt.* Vndè hæc terrena bona contemnenda, quoties Dei æternitate comparantur: *Quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundum ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat.* Euangelio ſecundùm Lucam cap. 9. & idem docemur in Lazaro cap. 16. eiuſdem Lucæ, nec id penitus ignorauere ipſi Ethnici, Seneca de mundi gubernatióne, ibi: *Paternum Deus habet aduerſus bonos viros animum,* libro vnico de Diuina Prouidentia cap. 11. & cap. 16. *Intus omne poſuit bonum.* Forſitan ductum ex Salomonis Prouerbijs cap. 3. *Ne deficias, cum ab eo corriperis, quem enim diligit Dominus*

nus

*nus corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.* & cap. 3. Sapientiæ, & ſi magis de iuſtis, quam de inſontibus expræſſius: *Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes eorum immortalitate plena eſt, in paucis vexati, in multis benè diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe.* Quarè nec credendum ipſum iuſtiſsimum Deum æterna quemquam ferire pœna ob alterius delictum, ratio quia nihil aliud miſeris mortalibus reſtat, præter animam vbi Diuina miſericordia exerceatur, & illud reſarciat innocentis damnum, Diuus Auguſtinus quæſt. 8. & epiſt. 75. ad Auxilium Epiſcopum, capit. non imputantur, ibi Gloſſa, & in ſumma 1. quæſt. 4. vndècumque, Cardin. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 108. artic. 4. & 1. 2. quæſt. 87. art. vltimo, multo minus Eccleſiaſtici Principes ſpirituali pœna. Secundò obijcies crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ temporali pœna poſſe innocentes puniri filios ob parentum crimen, & beneficijs obtentis priuari natos ante crimen, & poſt, ſic quibuſdam videtur, ex cap. filij de Hæreticis in 6. cap. ſtatutum in 2. inter quos Alphonſus Azeuedo in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recop. num. 219. & ſi interim, quod non damnatur Hæreticus facere fructus ſuos, bonorum ſuorũ defendit num. 180. quod in filijs magis procedere debet, illiſque alimen-

*An iure Eccleſiaſtico crimine Læſæ Maieſtatis Diuinæ ante nati puniãtur filij.*

mēta decernere, num. 219. alij hoc fœdere diſtinctionis componunt, vt excipiantur ante crimen nati, quatenus ad bona, & infamiæ pœnam, qua etiam feriuntur, vt Septimancas cap. 29. num. 6. Concilij Toletani, quod nec probat Doctiſsimus Præſes Couarruuias lib. 2. cap. 8. variar. reſol. à Principe verò ſeculari, nec temporali morte, quem inſontem plecti poteſt eadem ratione, & ſi vtilitas publica id ſuadeat, c. apud Teſalonicam 11. quæſt. 3. Diuus Auguſtinus lib. 5. de ciuitat. Dei: tamen, ſi Reſpublica peritura ſit, niſi, & ipſe pereat, qui innocens eſt, non ſolùm meretur, cum ſe pro Republica morti tradit, ſed tenetur, ſic docet Soto lib. 5. de iuſt. quæſt. 1. art. 7. vndè duorum Deciorum laudanda virtus, ſi pro vera id Religione paſsi eſſent, non vana ſuperſtitione, ſe deuouerent, Liuius Decad. 1. lib. 10. vndè publica interueniente cauſa non inficiantur, bona, & honores innocentibus filijs à ſeculari, & Eccleſiaſtico Principe adimi poſſe ob parentum ſcelus. Secundùm legem noſtram, ibi: *Sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna ſemper committetur ad nullos prorſus honores ad nulla Sacramenta perueniant.* Hæreditatum omnium incapaces, Gomezius tomo 3. var. cap. 2. num. 13. vndè ſequentibus ſucceſſoribus defferendæ, Ludouicus à Molina lib. primo de primogenijs cap. 9. num. 27. iure tamen digeſtorum

5 *Princeps ſecularis, & ſi iuſta publica cauſa ſubeat, haud morti poteſt quẽ dãnare inſontẽ, quia hoc reſarcire nequit.*

rum

rum dimidium bonorum patris in conſiſcatione ex gratia Principis relinquebatur, l. prima, & l. fin. C. de bonis damnat. legitimam integram relinqui filijs ex bonis patris vult. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. pract. crim. quæſt. 78. num. 26. verũ enim verò, & ſi regulariter, hodie bona damnatorum non confiſcantur, ex Auth. bona damnatorum, C. de bonorum proſcriptione. In Læſæ Maieſtatis crimine, perpetrato delicto dominium, & adminiſtrationem bonorum amittit reus, & filij eius legitimi, naturales, & nepotes, ſed non vltra, ex l. quiſquis 5. §. filijs, C. ad leg. Iul. Maieſt. & licet in alijs criminibus ſolùs puniatur effectus, hoc etiam affectus, & defuncti memoria damnatur, vt demonſtrat. l. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt. Iulius Clarus lib. 5. recep. ſent. §. Læſæ Maieſtatis num. 9. 10. & ſeqq. & ſi maioratus conſtat præcedente Regia facultate, qua fiſco adijcienda dicuntur bona ex crimine Læſæ Maieſtatis, bona confiſcantur, Ludouicus à Molina lib. 4. cap. 11. num. 63. de primog. ſecus, ſi Regni lege cõſtat, vbi ex clauſula etiam poſſunt excipi maioratus commoditates, ſic, vt non confiſcentur, ſed ſtatim in ſucceſſorem transeant, eodem lib. 4. cap. 11. num. 16. & 26. ideo tamen æquè dicendum, ex ſuprà dictis opes, & honores adimi non vitam inſõtibus filijs, ſibi Principes permitere, (& ſi aliæ cauſæ reddi poſſunt) quoniam bona,

*Clauſula maioratus quomodo Fiſcum excludat Læſæ Maieſtatis crimine.*

*Inſontibus filijs bona adimi poſſe, quia reddi poſſunt crimine Læſæ Maieſtatis.*

na, & honores, omnia denique quæ innocentibus adimunt, ex æquitate poſſunt reſarcire, & hoc aliquando decere Principem defendimus, nam ſi ex clementia Diuina credimus, qui ob aliena delicta vita priuantur innocentes, paterno Dei fauore æternitate ſua reparari, & foueri, expedit nobis in hoc quoque Deum ſequi ducem, quatenus imbecillitas noſtra patitur, id ipſum imitantes, Seneca lib. 10. epiſt. 76. *in homine optimum quid eſt? Ratio: hac antecedit animalia Deos ſequitur.* Cõnectitur his parcere innocentibus, quod nec aſpernatur iuſtitia, quoniam; *Clementia hoc primùm præſtat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuiſſe pronũtiet*, cap. 7. Seneca de clementia; & Iuſtitia id præſtat, quod vult Clementia, vndè lucem, ſeu intelligentiam in hunc egregiũ ſenſum, Virgilij carmini, lib. 1. AEneidum.

*Clemẽtia iuſtitiæ ſimilis*

*Rex erat Æneas nobis: quo iuſtior alter,*
*Nec pietate fuit.*

Clementiam remiſsionem pœnæ immediatè, ſecundariè iuſtitiam inſpicit, ſic ego, nec aliter Gregorius Lopez l. 1. tit. 32. part. 7. Gloſſ. ord. Alphõſus ab Azeuedo l. 1. tit. 25. lib. 8. R. num. 16. 17. & 64. l. aduestias 31. D. de pœnis, & ſi Didacus à Couarruuias vulgarem acceptionem huius legis non probet, lib. 2. var. cap. 9. Hieronymus Zeuallos, qui plures congerit, quæſt. 579. tom. 2. & vnus pro cunctis,

ctis, re atque fama Rodericus Suarez, alleg. 10. num. 5. Iuſtitia rei animaduerſionem immediatè, ſecundariè clementiam reſpicit: quippè vt ait Iulianus. *Cùm neque impunita maleficia eſſe oporteat*, l. ita vulneratus 51. verb. Cùm neque impunita in fine, D. ad leg. Aquil. *Nonne etiam, cui vni indulget indigno, ad prolapſionis cõtagium prouocat vniuerſos?* Hoc ex cap. eſt iniuſta 23. quæſt. 4. & cap. omnes 45. diſt. *Omnis qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo Iuſtitiam, & Miſericordiam.* Ethnicus idem Perſius Sat. 4.

*Stateram iuſtitiæ in manibus iudicis.*

*Scis etenim iuſtũ gemina ſuſpendere lance,*
*Ancipitis libræ, rectũ diſcernis, vbi inter*
*Curua ſubit, vel cum falit pede regula varo.*

Oportet eſſe viros bonos, animique militaris Iudices. Moyſes Exod. cap. 18. in fine, Alexander, conſ. 13. num. 8. lib. 1. Paris conſ. 168. num. 8. lib. 4. Ruin. conſ. 63. n. 1. lib. 4. ſic Iuris, & Rationis conſonat dictamen, vt non ſit clementia, quæ minus cautè reo parcit, vnde nec facile probem Iulij Cæſaris factum. Suetonius in eius vita, cap. 8. Petrus Gregorius plures adducit, lib. 22. cap. 11. num. 7. de Republica, quarè optimi iudicij mihi videtur Antonij Gometij ratio differentiæ inter filios rei ex crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ: nam diuinæ poſſunt ſuccedere filij extraneis, deſcendentibus & collateralibus, l. cognouimus 19. Auth. idem eſt de Neſtorianis, C. de Hæreticis, ſecus

*Iudex animi militaris eſſe debet.*

ſecus filij rei humanæ Maieſtatis vndè diſcriminis cauſa, Gomezius lib. 3. c. 2. num. 13. var. rectè, ibi: *Quia in crimine læſæ Maieſtatis humanæ Rex, vel Princeps timet audatiam filiorum, &c. Sed in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ ſummus Deus, & Dominus noſter non timet Hæreticum, nec eius deſcendentes.* Sed cùm degeneres animos timor arguat: & ſi plura exempla poſſem aducere Principum, quibus non ſolum glorioſum, ſed etiam fœliciter ceſſit hanc filiorum reſtitutionem, vno, aut altero antiquitatis exemplo cōtentus ero de Principis lenitate in ipſo reo, ob famā Principis reſtituto, quæ non leuis cauſa, & ſi alia defuerint, *quibus præcipua rerum ad famam dirigenda*, vt prædixit Tacitus lib. 4. Ann. cap. 6. fuit Auguſtus vitæ ſpatio factorum prudentia, mentis acumine, mitis, fœliciſsimuſq; Princeps à duo deuiceſimo anno, vſque ad ſeptuageſimum ſextum ætatis, qui in eodē obijt cubiculo, quo eius pater Octauius, vt refert Caius Suetonius, c. 100. Lucius Cinna inſidias ei ſtruerat, ignouit illi deprehenſo, ideo, vt Seneca refert, quia iam nocere ſibi nō poterat famæ ſuæ prodeſſe poſſet. *Vitam tibi inquit Cinna iterum do prius hoſti, nunc inſidiatori, ac parricidæ, ex hodierno die inter nos amicitia incipiat, contendamus vtrū ego meliore fide vitam tibi dederim an debeas?* Et idem teſtatur, lib. de Clementia, cap. 9. *Amiciſsimum fideliſsimumque habuit.*

*Antonij Gomezij optima ſententia aduerſus humanæ Maieſtatis Rei filios.*

*Exempla lenitatis Auguſti in reū criminis læſæ Maieſtatis necnon Claudi.*

*buit.* Hoc de ipſo proditore, quid in filijs huius innocentibus conſtituas non reuocabile, cum illud te deceat Claudiani Panegyrici de quarto Conſula Honorij.

*Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni*
*Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis.*
*Neu dubie ſuſpectus agas: neu falſus amicis*
*Rumorum ve auidus, qui talia curat inanes,*
*Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.*

Dum ſecuritati conſulatur glorioſum. Tacitus de Claudio lib. 12. c. 11. Ann. ibi: *Idque ad clementiam trahebat Cæſar, qui ſtirpem hoſtilem iterum conſeruaret,* cum quondam patri, poſtea eius filio parceret. Nec ita valida timoris ratio facienda, quã expreſſere Imperatores in illorum delinquentium filiabus, noſtro textu, §. ad filias, ibi: *Mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe credimus,* vt non huic interpretationi locus ſit. Nam ſi verùm amamus naſci, & generari ab improbis fortuitum, nec multo plus à prudentibus æſtimatur, & ſæpè ex vilibus, & abiectis parentibus clariſsimi enituere viri Seneca lib. 3. de Benef. c. 32. *An quis quam Ariſtonem, & Gryllũ, niſi propter Xenophontẽ, & Platonẽ filios noſſet?* Veſpaſianus optimus Imperator, nõ illuſtri Familia ortus, ab optimo

*Naſci, & generari ab improbis fortuitum.*

Prin-

Principe Germanico, Caligula inſanus, ex Tito Manlio crudeli etiam in filium, eius filius Torquatus in patrem, & patriã pius editus eſt, nec male Petrus Gregorius lib. 4. de Republic. cap. 2. num. 8. *Generalis tamen virtus non naſcitur, ſed quæritur ex propria perſona: neque ex anima parẽtum, & ex mente, anima filij contraditur, & transfunditur*, etſi libidẽ dictum videtur, quandoque verum illud. Ariſtotelis, lib. 2. Art. Retor. c. 15. *Præterea nobiles ad contemnendos maiorum ſuorum ſimiles parati ſunt, nam ea quæ iam diu geſta ſunt, honorabiliora ſunt, ad iactationemque aptiora, quàm quæ nuper facta.* Totius denique ſtirpis nõne in vnius genitura influit auſpitium, ſi partiales rimamur cauſas? Et ſingulorum aſcẽdentium in ſingulos deſcendentes? Et tamẽ diuerſi moribus, & geſtu naſcuntur, vnde Aſtrologorum ſomnia. Merita totius familiæ nonne, vt delinquentis flagitium, innocentes filios excitant, & mouent. Inde Saluſtius de Bello Iugurtino. *Nam ſæpè audiui ego Quintum Maximum Publium Scipionem præterea Ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere: cum maiorum imagines intuerentur, vehementiſsimè animum, ſibi ad virtutem accendi: ſcilicèt non ceram illam, neque figuram tãtum in ſe ſe habere: Sed memoria rerum geſtarum, eam flamam egregiis viris in pectore creſcere: neque priùs ſedari, quàm virtutes eorum famam, atque gloriam*

*Merita totius familiæ in pœna imponenda crimine læſæ Maieſtatis an æſtimanda.*

ad-

Digitized by Google

*adæquauerint.* Nonne quemque trahit ſua voluntas? Brutus Reges eijcit, alijque Patritij, eorum *filij* hos admittere ſatagunt, illi Reipublicæ charitate, hi ſuorum Principum, & Monarchiæ amore? Liuius lib. 1. Decad. 1. non ſæpè Nepos potius Aui quam patris facta probat? Illum, aut illum imitandum ſuſcipit, aut proprium dedecus alienum ve abolere curauit? Diſonum ergo, durumque irreuocabiliter vnius ob noxam totam poſteritatem damnare, & de aſcendentiũ meritis, & deſcendentium *in*dole diſponere: vndè nec læſæ Maieſtatis diuinæ, aut humanæ crimine foro Vizcayæ radix Infanzonatus confiſcatur, l. 25. tit. 11. lib. eius fori Alfonſus Azeuedo, num. 175. Proœmio, l. 1. lib. 6. tit. 1. R. contrarium fieri dum aliud agit inculpat Virgilius lib. 1. Æneid.

*Pallas ne exurere claſem,*
*Argiuum, atque ipſos potuit ſumergere põto*
*Vnius ob noxam.*

Sic cùm ob rubelem in Deum Salomonis animum, eius poſteri puniendi fuiſſent, Iuſtitiæ diuinæ vindicta, ob Dauidis merita mitius punientur, lib. 3. Regum, cap. 11. ibi: *Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiuiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi diſrumpens ſcindam Regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum de*

*manu filij tui ſcindam illud, nec totum Regnum auferam: Sed tribuum vnam dabo filio tuo propter David ſeruum meum, & Hieruſalem quam elegi.* Hæc ita. Sed ego dum flagitij magnitudinem contemplor, inſtante cauſa publica vrere, & ſecare pium, conſultumque dicendum reputo, docet Petrus Gregorius rectè ſane, lib. 22. de Reipublic. cap. 11. num. 11. nullum eſſe debere locum maiorum meritis in ipſo læſæ Maieſtatis reo, idque facundè pluribus exornat exemplis. D. Didacus à Couarruuias, Gallia ob crimẽ læſæ Maieſtatis nobiles altioribus furcis ſuſpendi. Hiſpania decapitari lib. 2. cap. 9. num. 4. variar. reſolut. Ego nec aliter ſentio in ipſius filijs prædicta inſtante publica cauſa, hac vero ceſſante temperamento benignitatis, & maiorum meritis locus erit; etiam in cauſis grauioribus, Martianus, ibi: *In grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi*, l. perſpiciendum 11. D. de pœnis, Paulus l. Pædius 4. §. 1. D. de incend. ruin. nauf. rat. naue expug. l. ſi quis 2. C. de cuſt. reor. ibi: *Vt iudicibus immodicè ſæuientibus freni, quædam temperies adhibita videatur.* Venit etiam illud maximè notandum, §. *denique iuuemus etiam eos notabiles eſſe ſine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint.* Verno [illegible] qui interuenerit illuſtriſsime ob proprium crimen dãnatur,

*Maieſtatis crimine nullam eſſe debere meritorũ familiæ rationem.*

*Iudicibus immodice ſeuiẽtibus facit, l. ſi quis 2. C. de cuſt. reor.*

quia

quia contra legis prohibitionem tendit, vnde veram iuris contrahere infamiam dicas legis expreſsis verbis comprehenſam: at illud *Sine venia.* Quia effectu honore priuandi, l. 1. D. de his qui not. infam. l. vltim. C. de infamib. ex noſtro textu, l. quiſquis 5. §. deniquè, C. vſualdus in notatis ad Donellum plures, & plura congerens, *lib. 18. c. 17.* Comment. litt. N. ſed nõ ideo minùs temporis interuallo ſalua tamen publica vtilitatis cauſa, & pœnæ exẽplo in eius executione rurſus decebit Principẽ aliquando benignitatis ſuæ exẽplũ exhibere, quòd magis imperij firmitati conſulat in illis immerito, ſi ita eueniat punitis ab aliena crimina hoc inſinuat l. 3. tit. 9. lib. 8. R. Claudianus vbi ſupra.

*Non ſic circunſtantia pila,*
*Quàm tutatur amor, nõ extorquebis amari*
*Hoc alterna fides, hoc ſimples gratia donat.*

Quod forte lex inſpexit ipſo verborum rigore, vt tantùm ab ipſo Principe benignitatis exemplum petatur, ibi: *Apud nos interuenire tentauerit.* Quemquam pro inſontibus filijs prohibent Imperatores interuenire, ideò, quia Principi ſoli competit ipſis parcere immediatè, l. 1. §. quis vltro, §. diui fratres, D. de quæſt. l. relegati 4. D. de pœnis ſimplici remiſsione poſt ſententiam, tantùm delictum remitti docemur, l. fin. C. de generalib. abolitionib. l. cùm patrẽ 3. l. generales, C. de ſentent. paſsiſ. l. 2. tit. 32. part. 7. reſtitutione

6 *Gratiam remiſsionis tãtùm Principis eſſe voluit lex in crimine læſæ Maieſtatis immediatè.*



Digitized by Google

ne in priſtinum ſtatum, etiam poſt ſententiam omnia reſtitui dicas, latè Azeuedo, l. 1. tit: 25. lib. 8. R. num. 7. 22. cum ſeqq. inſontibus filijs parcere ſoli Principi competere legibus docemur rationem earum, ex Senecæ precepto deducas, lib. 2. cap. 4. de Beneficijs. *Hæc itaque curæ habebis, ſi gratè æſtimari, quæ præſtabis voles, vt beneficia tua illibata, & integra ad eos, quibus permiſſa ſunt perueniant, ſine vlla quod aiunt deductione nemo illa intercipiat, nemo detineat, nemo in eo quòd daturus es gratiam ſuam facere poteſt, vt non tuam minuat.* Forma ex lege, ibi: *Y nos les mandarèmos oir ſimpliciter, y de plano, ſabida ſolamente la verdad, ſin eſtrepito, y figura de Iuizio, y adminiſtraraſe juſticia.* Et in fine: *Y que los nueſtros naturales no padezcan ſin merecer*, l. 3. tit. 18. lib. 8. R. ex cuius vltimis verbis, & ſi de ſuſpectis de crimine læſæ Maieſtatis agitur, non male illationem innocentibus filijs ceſſante cauſa publica notabis, nam aliàs, ſi alicui Princeps rem ſuã abſtulit ex publica cauſa, ceſſante cauſa debet eidem rem ablatam reſtituere, Socin. conſil. 164. num. 10. lib. 2. Innocentius in cap. quia pleriſque de immunitate Eccleſiæ, Matthæus de Afflictis deciſ. 361. nu. 29. Boerius deciſ. 38. n. 7. Tiraquell. de ceſſante cauſa 1. p. num. 20. Antonius Gabriel communium opin. lib. 3. de iure quæſito nõ toll.

con-

Concluſione 4. Molin. lib. 4. de primogeniis, cap. 7. num. 13. cauſam publicam ceſſare dico, ceſſante facultate, ceſſanteque ſuſpitione, quod cognoſci poteſt, ſimul ex viribus, & meritis filiorum, quam rationis cauſam proſpexit. Petrus Gregorius lib. 2. de Republ. cap. 3. cùm de conceſsione in reparatione murorum rebellium ageret, n. 7. *Quàm nec fieri permittit, quamdiu ſaltem memoria delicti poteſt retineri per ciues punitos*, quæ ratio, nō hic militat in filijs delinquētis, nā Ciuitas proprio delicto punitur filij alieno, vnde cùm illis lenius agendū eſſe contendam, duxi exēplo iuſtitiæ, & clementiæ conſulat Princeps; vnde propius noſtram, l. quiſquis 5. §. denique, C. introſpiciens, totamque rei quæſtionē, vt inſinuaui, dixerim, hoc ſibi voluiſſe legis verba, Principi omnino reſeruare pœnæ remiſsionem, non ipſis innocentibus filijs Imperatorum benignitatem interclusam relinquere. Sic vt ipſe ſibi conſulat Princeps, qui bona, & honores adimit, & ſibi dicat.

*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat, mentēque domet reſpectus honeſti.*

*Filiorum remiſsione pœnæ crimine læſæ Maieſtatis, vires, merita, exemplum conſiderandum à Principe cū eis parcere velit.*

Sic vt ſi cauſa publica interueniente adimit innocentibus, ita cauſa publica ceſſante benignitati famæ, & honori remiſsionis ergo, ſibique ſe debeat Princeps, vt capta occaſione ei, cui bona in ſpe, aut verò dominio abſtulit ſubueniat exemplo Vlpiani, l. venditor 13. §. ſi conſtat, D.



Digitized by Google

cōm. præd. Pauli, l. Lucius 11. D. de euict. l. item ſi verberatum 15. §. 1. D. rei vind. ibi Ludouicus à Molina, lib. 1. cap. 8. de Hiſpan. primog. num. 34. & lib. 4. cap. 3. num. 10. nam in quibus priuati legibus coguntur Princeps rationis ductu mouetur, & priuati quæ quis amiſsit innocens, ob communem omninum vtilitatem, & ſalutem ei reſarcire tenentur, Paulus l. 1. D. de leg. Rodia de iact. ibi: *Omnium contributione ſorciatur, quòd pro omnibus datum eſt.* Sic Princeps ex æquitate non ſolùm vitam ſeruare (quòd iuſtitiæ potius officio debet) ſed ad honores admitere illos anteà priuatos innocentes filios delinquentis, ipſum Principem aliquando decere poſſe videtur, ceſſante cauſa publica, eiuſque ſuſpitionis periculo, ſecundū temporis oportunitates, ſubditorum animos, Regni molem vicinorum imminentia, rei qualitatem, filiorū mores, & ſpes: nam ſic, & ſimilibus forſitan clementia erit, aliàs ſimplicitatis, ac facilitatis vitiū, tamen ſi extra ciuilem Philoſophiam animi noſtri ſententiam exquiras, omnes pœnæ leuiores delicto mihi videntur, nec prorſus diſplicet Carthaginēſium factum quòd tradit ex Trogo Iuſtinus lib. 21. ij, cùm Hanno Princeps, qui totius ciuitatis opes ſolus facile ſuperabat, conſilium aduerſus eorum Democratiā inniret, arceſque occuparet, ſeruitiaque armaret, illumque viuum caperent, verberibus

cæſum

Digitized by Google

cæſum, fractis brachis, & cruribus, non ſolùm cruci affixerunt, ſed coram populo filios, omneſque eius cognatos inoxios morti tradidere, ne quis ex adeo infami domo ad vindicandum ſuplicium, aut facinus imitandum ſupereſſet, & de Hiſpanorum fidelitate vnquam me legiſſe recordor, in primum caput Maieſtatis criminis, quem incurriſſe, quorum in Reges obſequiū indicat, l. 2. tit. 8. part. 2. de qua meminit Alphonſus Azeuedo, l. 3. tit. 4. lib. 8. R. num. 4. ſic vt dicere poſsim, Ouidij carmine lib. 10. Metamorphoſ.

*Gratulor huic terræ, quòd abeſt regionibus illis,*
*Quæ tantum genuere nefas.*

# AD DOM. GASPAREM A Brachamonte, Comitem de Petraranda, Pacis, & Belli artibus iuxta eruditum, Ingenij dexteritate, magnarum conficiendarum rerum inſignem quondam mihi Salmanticæ Magiſtrum ita ſemper à me peculiari ratione colendum.

*Muſarum, Martiſque Comes, Tarpeia Tonāti*
*Eſt* Petraranda *tibi, clarior ipſe Ioue.*
*Artis* Aranda *fuit cultu, quæ* Petra *coronam*
*Ornat, & Atlanti* Brachia Montis *agit.*
*Vtile propoſui chartis exemplar habentis*
*Bellorum leges, pacis & arma viri.*
*Hæc effecta dabas Gaſpar, quæ ſcripta docerem*
*Sunt magis in rebus, quæque legenda tuis.*
*Sic* Petrarāda, *Comes, Gaſpar, ſic* Brachiamōtis
*Fortis, amandus eris, doctus, & enſe potens.*
*Accipe de noſtro parua hæc munuſcula rure,*
*Quis poſsis animi, pignus habere mei.*



Digitized by Google

# CAPVT SEXTVM.

## *AN E REPVBLICA ſit Viris tantum Litteris Ornatis, aut militaribus tantùm artibus inſtructis eius regimen mandare, & Prouerbium illud reijcitur.* Pluribus intentus minus eſt ad ſingula ſenſus.

## SVMMARIVM.

*Militibus non eſſe mandandam Reipublicæ adminiſtrationem.* num. 1.

*Litteris, & armis prædito totius Reipublicæ regimen concedendum.* ibidem

*Exponitur Nouella* 25. §. 1. & *Nouell.* 24. & 25. & 26. *ibid.*

*Seditioni melius an vir militaris conſulat.* num. 4.

Se-

Seditioni non rarò litteris præditus ſuccurrit. ibid.
Seditioni ſecuriùs, qui arma, & litteras norit medetur. ibid.
Cuique rei, & negotio rectè eius artifex praeſt. num. 3.
Litteratus ad minora Reipublicæ diſcrimina ſufficit necnon ad maiora, ſi non experientia caret, vel humanarum litterarum cognitione. ibid.
Scientia, aut litteris comparatur, aut peregrinationibus, aut militaribus experimentis, & obſeruatione. num. 4.
Romani an pluris fecerint Milites, quam litteratos. ibid.
Extra ordinem quid ſit cognoſcere, ibid.
Doctores, cum diſtintione militibus anteponendi. ibid.
Militiam charitati filiorum antepoſſuere Romani. ibid.
Militares viros, non impunè Reipublicæ regimini Romani impoſſuere. ibid.
Bonitas in Magiſtratibus præcipuè requiritur. ibid.
Iudicis virtus, & ſcientia. ibid.
Legum multitudo, ibid.
Præmium Inſtitutæ nouiſsimè explicatur. num. 5.
Scientia in genere laudatur. ibid.
Scientia quarè vtilis militibus. ibid.
Legum perititutius, & iuſtius Reipublicæ præſunt, quàm merè militares, & huius rei ratio. ibid.
Re-

Reges Iudices, & Magos appellatos eſſe, ibi.
Regum filij quare Iuriſprudentia inſtruendi. ibid.
Turcis vnde Schola. ibid.
Turca lites quomodo audit. ibid.
Iudicum Supremorum feneſtellæ. ibid.
Principes qui armis, & litteris claruere. ibid.
Litteræ non ſolum ipſarum notis, ſed etiã Doctorum virorũ comertio cõparantur. ibid.
Litterarum intemperantia. ibid.
Litteras, & Armorum ſcientiam plures aſſecuti ſunt. ibid.
Mortem haud appetendam, nec plus æquo timendam, & quid de hoc Doctiſsimus Ioannes Euſebius dixerit remiſsiue. ibid.
Roma facunda virorum arma, & litteras tractantium. num. 7.
Milites quomodo cohercendi. ibid.
Iudicium Romanis cùm litium expeditione. ibid.
Aduocati munus an ſit neceſſarium ex ordine iudiciorum. ibid.
Legum ſcientia Aragonis peculiaris fuit. ibid.
Comparatio Romanorum, & Græcorum ducum ex Tito Liuio. num. 8.
Arma, & litteræ regentibus conducunt, & nonnullae exempla eorum, qui vtramque aſſecuti ſunt. num. 9.
Litteræ immerito inculpantur. ibid.
Iuriſperiti humanarum, & diuinarum rerum notitia præditi, qui tale nomẽ meriti

ſunt

*ſunt pace, & bello rectiſsimè Reipublicæ præſunt.* *ibid.*

*Senatus Supremus Caſtellæ.* *ibid.*

*Aduocatorum preconium.* *ibid.*

*Legum periti rectè Reipublicæ pace, & bello præſſunt.* *ibid.*

*Litteræ inflant.* *ibid.*

*Modeſtia commendatur.* *ibid.*

*Senecæ prudentia.* *num.*10.

*Romani plus arma fecere an meritò.* *ibid.*

*Intentus pluribus ſenſus minus eſt ad ſingula ſenſus quomodo intelligatur.* *n.*11.

*Exemplum illuſtre Marci Porci Catonis, tunc litteris, tunc armis ornatiſsimi viri, & Conſulis Lucij Papirij Curſoris.* *ibid.*

*Turcicum Imperium nulla ratione conſiſtit, ſed noſtrorum diſcordia.* *num.*12.

SI Non viderem Auguſtiſsimè Rex id te facere, quòd ſæpè mihi præ vtile Reipublicæ viſum eſt, nec mihi credendum, nec diſertationem meam in tuto eſſe iudicarem, & niſi Hiſpania æquè armis, & litteris conſultum eſſe lætarer, ſic vt nihil ſalubrius excogitari poſsit; nam vbi maiora, & certiora militiæ premia? Vbi digniores eliguntur forenſibus negotijs, ac Iuſtitiæ adminiſtrationis viri? Niſi hæc ita, quo animo aperto campo Paradoxa exponere auderem? Quòd, quid probabile exquiſitum tamen præſtare debet: eo voltu audiendum, quo accipis pacato, omnia, quæ ad ſtatum, bonum

que publicum directa, quis dixerit; valuit apud nonnullas orbis nationes mos, & ſententia, qua docemur vnam actionem tantum, & propoſitum tenendum, & exerceri ab eruditis viris ex illo trito problemate: *Pluribus intentus minor eſt, ad ſingula ſenſus*. Ex quo deducunt viros, qui operam litteris dant, & togatam militiam exercent, ſic Honorius, & Theodoſius, l. fori tui 4. & Leo, & Antemius l. aduocati 14. C. de aduocat. diuer. iudicio, non armorum ſtrepitum noſcere, non claſicum audire debere: nec contra militares viros, ſcientiæ arcana, & Sacræ Philoſophiæ primordia noſcituros, ſic illos litteratos clauum Reipublicæ tenere, eamq; in pace optime regere, & illos bellatores hanc ipſam in armorum diſcrimine rectiſsime gubernare.

2 *Militibus non eſſe mandandam Reipublicæ adminiſtrationem neque litteratis tantum.*

Nos contra diſſeremus, neque hos, neque illos ſatis poſſe, niſi excipias Iuriſperitos de quibus poſtea, nec hic mos improbatur, cum ad Prætorum munus viri eligantur non tantum militares, ſed eos præcipuè, qui exculti litterarum doctrina, regendi artes calent, & nonnunquam præſtantiſsimos viros literis inſtructos res bellicas moderare, aut intereſſe laudandum apud Benetas audiuimus, nec nō apud noſtros, nam ex litteris, ad arma facilius peruenias, quam ex armis literis, ſuſcicies; ſic non erit temerarium aſſertionis noſtræ Paradoxæ, ſi dixerim regu-

lari-

lariter: *Virum litteris, armiſque præditum eſſe aptum Reipublicæ adminiſtrationi, non ita militarem tantùm non litteratum.* Non negauerim in acie in caſtris, qui tantùm militare didicit proſpere rem bellicam ad miniſtraturum, & litterarum profeſſorem, qui eas tantùm inueſtigauit lites dirimere optimè in pace, & totius Reſpublicæ clauum tenere, hæc qualia ſint videamus, & poſtea quomodo Reſpublica poſſet habere viros, ad vtramq; rem paratos, vt ea quæ ad ſtatum publicum pertinent geri poſsint; firmemus robore legis propoſitum noſtrum, & exemplis, ſi quæ occurrerint, non ambitione quæſitis, ſed tantū neceſſarijs de inde obiectionibus ſatisfacturi: ſunt, quæ præcipuè ad rem faciunt Iuſtiniani verba Nouell. 25. §. 1. de Prætore Lycaoniæ, ibi: *Ipſius quoque magiſtratus ſubſtantia, ac natura, & quæ non ſimplex ſit, neque ad vnam aliquam rem tantùmmodo, nempè vel arma, vel leges reſpiciat, ſed ſimul vtrumque ad ſe munus ex æquo atrahat, quòdque per copias militum vehemens, & robuſtus, per legem lenis, & manſuetus ſit, & per hanc cauſam maleficijs quidem vehemētiorem, probrioribus vero ciuiliorem ſe, & moderatiorem exhibeat.* Ex quo textu docemur ad decorandum magiſtratus nomen ei Prætoris imponi in prefatione. *Nam veteres Romani ſuos Imperatores Prætores appellabant.* Rurſus ad munera publica exercenda

*Litteris, & armis prædito totius Reipublicæ regimen concedendum.*

*Exponitur Nouell. 25. §. & Nouell. 24. præfat. & Nouell. 25. & 26.*



Digitized by Google

da aptiorem eum, qui ad ſe vtrumque mu-nus ex æquo attrahat, ſic vt magiſtratum ſumum prouinciarum, raro in Reipublicæ limitibus veteres Romani tantùm litterato viro traderent, & ſimilitari tantùm hoc concederent infine ipſius prooemij id magis ac magis patet, ibi: *Oſtētans tam in inſtruenda acie robur, quam inferendis legibus rectum, & decentem ordinem.* Iuſtinianus in conſtitutione de Præſidis Piſidiæ Nouella 24. prefatione, & in ea, Nouella 25. de Prætore Lycaoniæ Nouella 26. de Prætore Thratiæ, cap. 1. & antiqua ſæculorum ſerie conſtat, quòd nec ratione caret. Nam ſi litteratus valeat, pœnas criminibus imponere, cùm ſeditio plebis inſtat, cùm lues incendium, aut neceſsitas, aut vis maior vrget, non ſæpè ſufficiet, niſi, verè Iuriſconſultus (de quibus poſtea) quippè, his occurrere altionis prouidentiæ eſt, & animi robur deſiderat, & virum aut ſumma doctrina, aut experimentis, periculiſque firmatum, extat de Cæſaris authoritate celebre monumentum in Lucani carminibus, lib. 5. Pharſaliæ.

2 *Seditioni an melius vir militaris cōſulat.*

*Meruitque timeri*

*Non metuens.*

Diuus Chryſoſtomus in narratione, c. 3. Eſaiæ, ibi: *Iudices non minus ſunt vſui moderandis ciuitatibus, atque iſdem tuendis, qui ſint bellatores, dum enim pacem æquis legibus attemperent, ſæpènumero, & in tem-*

*tẽpore non defuerunt propulſandæ eruptioni hoſtium.* Non negauerim, litterarum quoque meritis, prouectæ ætatis, dulcique aloquio, ſeditionem vulgi flecti, vt olim feciſſe conſtat Menenium Agripam in prima plebis ſeceſsione Liuius Decad. 1. lib. 2. & ſi litteratum pietatis opinione clarum magis in ſeceſsione, quàm in rubelium ſeditione probem, & ſi in ea etiã ingenij dexteritatẽ plurimum profeciſſe compertum eſt mihi; tamen armis, & litteris, vtrique incommodo, melius vir eruditus prouidebit, quem forſitan Virgilius depingit, lib. 1. AEneidum.

*Seditioni aliquando litteratus ſuccurrit.*

*Seditioni ſecurius qui arma, & litteras norit medetur.*

*Ac veluti magno in populo, cum ſæpè coorta eſt*
*Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus:*
*Iamque faces, & ſaxa volant: furor arma miniſtrat.*
*Tùm pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem.*
*Conſpexere, ſilent: arrectiſque auribus aſtãt*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Ob ſimilia prouintiarũ diſcrimina, & mutationes, olim tunc caſibus ſingulis, tunc vniuerſis præpoſiti fuere militares viri, aut illi, qui non tantùm litteras, & ſcholas noſcerent, titulis de offic. Conſ. de offic. Prætor. de offic. Præf. verb. de offi. Præf. vigil. & alijs, ſic Auguſtus. *Nec alter vniuerſos, quam membra parteſque Imperij curæ habuit.* Caius Sueton. c. 48. nam ſi ciuiũ pars parti confligere velit: quid proſunt

3.

*Cuique rei, & negotio rectè eius artifex præeſt.*

tantùm litteræ? Vbi authoritate, & ſeueritate, dexteritatiſque norma opus eſt; acrioribus remedijs occurrendũ, aut nullis niſi temporis interuallo, quod mentẽ red dat, nam ſcelera impetu valeſcunt, & cõprimuntur tempore, vndè illud Titi Vini Tacitus lib. 1. hiſt. *Daret malorũ pœnitentiæ, bonorum conſenſui ſpatium.* Si tempus das haud ſit tibi iners pecunia corrumpẽdi multitudinis motores, vigilantibus cõſilijs, policitationibus, verſutia, magnanimitate, parata vi, & ingentis ſpiritus acumine. Vndè nobiles beneficijs obſtrictos, & milites habere Principi conuenit, nota in Agrippinæ cęde Imperata à Nerone ibi: *An militi Imperanda cædes eſſet? Ille prætorianos toti Cæſarum domui obſtrictos, & memores Germanici, nihil aduerſus progeniem eius atrox auſuros reſpondit,* Limitaneoſque aliquos milites paratos habere præcipuè equites ad ſubita de modo in his dixi, c. 2. ad finem, n. 10. ſemèl lacęſiti vindictæ ſtudent, niſi eos metus cohibeat, videdus Tacitus per lib. 4. Hiſtoriæ à c. 15. vſque ad caput 18. & ibi mira Cerealis conſtantia. Ita vt ad minora damna ſufficiat litteratus, & plerumque ad maiora tamen nonnunquã eget viri militaris adminiculo, & ſi hæc orta ſint in pace, & ocio prouintiam regere viri ſit militaris inſtructi litteris, aut duorum virorum litterati, & militaris, niſi adeo humanarum litterarũ doctrina ſit eruditus, vt omnes penè

*Litteratus ad minora Reipublicæ ſufficit diſcriminanecnon ad maiora ſi non experimentis caret & humanarum litterarum cognitione.*

penè facultates attingerit, vt fuit Seneca, qui per quinquennium Neronis petulantiam coercuit, & alij, quàm plurimi, quos ſolos nonnulli ad Imperij regimen admiſiſſere Principes teſte Iuſto Lipſio, lib. 3. cap. 4. in Politicorum notis quoniam.

*Ingenioſus, at imprudens eſt abſque cibo ſal,*
*Doctus in vrbanus, quid? cibus abſq; ſale.*

Aliud eſt cauſarum cognitio, aliud Reipublicæ generalis adminiſtratio, in qua etiam inops conſilij, ſæpè numero reperitur, vir ſolus, & militaris, quod haud male probatur ex ſummi ducis Anibalis confeſſione, ad Cartaginenſes ſuos. *Nouem inquit annorum à vobis profectus poſt ſextũ, & triceſimum annum reddi: militares artes, quas me à puero fortuna, nunc priuata, nunc publica docuit probe videor ſcire: vrbis ac fori iura leges mores vos me oportet doceatis.* Liuius Decad. 3. lib. 10. l. 1. §. præterea, D. de milit. teſt. §. 1. inſtit. de mil. teſt. cum ſimilibus, vndè ſit concluſio, aut duos viros inſtructos litteris, & armis ſufficere; aut vnum qui ex æquo ad ſe vtrũque munus atrahat, & militarem doctrinam, & literarum ſcientiam preſeferat, ſummum vè Iuriſconſultum, ſed omnia, quæ dixerim, ſic accipienda velim, vt regulariter, vt inſinuaui, nam quæ raro accidunt omittunt Iuriſconſulti, l. antiqui 3. D. ſi pars hæred. petat. l. iura 3. l. ex his quæ 4. & ſeqq. D. de legib. vndè euenire ſolet, vt expers militiæ optimè ducis of-

ficiò fungatur, & litterarum expers ductu rationis prouidè iudicet, adde eſſe tertiã doctrinæ adipiſcendæ quaſi methodum, hominum mores peregrinatione noſcere, de qua Horat. lib. 1. epiſt. 2:

*Vtile propoſuit nobis exemplar Vliſſem,*
*Qui domitor Troiæ multorum prouidus Vrbeis,*
*Et mores hominum inſpexit.*

4 *Scientia aut litteris comparatur, aut peregrinationibus, aut rei militaris doctrina Roma an pluris fecerit milites quàm litteras.*

Deniq; cum vbi maius periculũ imminet occurrere ſatius ſit, quondã pluris pace, & ocio militares viros habuere Romani, & in hoc etiã ſecũdæ partes peritorũ fuere, quòd illis ad debellandas exteras nationes vtile, ad inteſtinas diſcordias paratũ: illi litterati iudices dabantur ad cauſarũ cognitionẽ à ſummis Magiſtratib. Donel. lib. 17. cõment. c. 22. Oſuald. in notatis litera D. & c. 21. idẽ Donell. in prin. Petrus Greg. lib. 4. c. 5. n. 44. de Repub. ibi: *Oportet, & iudicẽ, & magiſtratũ electũ magnanimũ eſſe, &c.* Sed an militarẽ, aut litteratum, nec in mediũ adducit, tamen dari à magiſtratibus Iudices idẽ lib. 4. de Rep. c. 5. n. 6. 7. 8: ſic vt extra ordinẽ cognoſcere ſit, ipſum Prætorẽ cognoſcere exceptis quibuſdam cauſis, l. iuris gentium 7. D. de pactis, ibi Duarenus l. Imperiũ 3. D. de iuriſdict. & ſi hoc coartauit Diocleciani, & Maximiniani conſtitutio l. placet 2. C. de pedaneis iudicibus, & ſæpè militari manu executioni mãdabant ſententiã, l. qui reſtituere 68. D. de reivindic. militibus Doctores anteponẽdos, & ſi nobiles dixit

*Extra ordinẽ quid ſit cognoſcere.*

*Doctores cũ diſtinctione militibus anteponendi.*



Digitized by Google

Abbas milites, & Ancarran. & Doctores in c. libentius de ſeruis non ordinãdis, docet Alphonſus ab Azeuedo, l. 1. lib. 6. tit. 1. R. n. 175. & actu legentes Doctores immunitate gaudere, ſi ex quatuor vniuerſitatibus Bononiæ, Compluti, Salmanticæ, Vallisoleti, Ioannes Gutierrius quæſt. 21. & 22. num. 4. lib. 1. confraternitateſque militum etiam poſtponendæ litteratorũ confraternitatibus, D. Franciſcus Salgadus, part. 2. cap. 9. de Reg. protect. n. 52. quòd ſi de milite gregario parum hoc laudis, ſi de omni milite perpendendum, cùm inter milites ſcientia preditos, & ſimplices milites, inter Imperatores, & gregarios maxima differentia; Ouidius lib. 13. Metamorph. prænotat Oratione Vliſis,

*Tibi dextera bello*
*Vtilis ingenium eſt, quòd eget moderamine*
*noſtro,*
*Tu vires ſine mẽte geris: mihi cura futuri eſt*
*Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecũ,*
*Eligit Atrides, tu tantùm corpore prodes*
*Nos animo, quanto, qui ratem tẽperat anteit*
*Remigis officiũ: quanto eſt dux milite maior*
*Tantum ego te ſupero.*

Vnde idem Salgado præferendos pompis, & ſedilibus vbi non conſtat de prioritatis poſſeſsione digniores, dict. part. 2. & cap. 9. n. 34. ſic confraternitates habentes, ſtatuta nobilitatis, & puritatis ſanguinis alijs ſunt præferendæ num. 49. Omnia

*Militia charitati filiorũ antepoſſuere Romani, ſed non impuner.*

minus armis chariora Romanis fuere: Paulus, ibi: *Quia diciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum*, l. poſt liminium 19. §. filius quoque, D. de capt. & poſtlim. ex Manlij iudicio Liuius, Decad. 1. lib. 8. vnde *Manliana Imperia*, fuere, ſed non impunè dum hanc tot ciuilium bellorum cauſam fuiſſe comperio, quas recenſuit Lucanus lib. 1. Pharſaliæ, ibi:

*Militares viros, non impunè Reipublica regimini Romani impoſſuere.*

*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*
Et infra.
*Non erat is populus quem pax tranquilla iuuaret,*
*Quem ſua libertas immotis paſceret armis.*

Sic magiſtratus, aut militares, aut Patritios, aut ſimul vtrumque ad ſe trahentes arma nempè, & litteras eligunt, vnde Cicero in oratione pro Plantio: *In Magiſtratibus, ſi qua ars Populus Romanus facile patitur: ſin minus virtute eorum, & innocentia contentus eſt, quotus enim quiſque diſertus, quotus quiſque peritus eſt.* Exactè non abſque aliqua diſtintione, Oſualdus lib. 17. cap. 24. innotatis ad Donellum litt. E. tamen eſſe præcipuam iudicis partem fidem, & integritatem viroſque bonos ideò appellatos Gomezius, lib. 3. variar. cap. 6. n. 8. & in notatis ad illum litt. D. Emmanuel Suarez, & melius propoſitæ quæſtioni Exod. c. 18. Moyſis electione, ibi: *Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael conſtituit eos Principes populi Tribunos,*

*Bonitas in Magiſtratibus præcipuè requiritur.*

*Iudicis virtus & ſcientia.*

*nos, & Centuriones, &c.* Et infra. *Qui iudicarent plebẽ domini omni tẽpore.* Tamẽ omnibus Magiſtratibus vtilius, & honeſtius præſe ſcientiam habere: & maioribus imperitis Aſſeſſoribus vti. Iuſtinianus, Nouell. 82. de iudicibus, Petrus Gregorius, lib. 4. cap. 6. num. 11. de Republic. Turcæ adeo litteras expernunt, vt ob Philoſophiæ ſtudium, quidam odio illis fuerint Principes; Paulus Iouius lib. 14. hiſt. ſui temp. quòd illis detrimentoſum erit. Cũ poſteà Romæ ſubripuerit legum multitudo diſputandi libidine: prædixit. Tacitus, lib. 4. Ann. cap. 4. *Vtque ante hac flagitijs ita tunc legibus laborabatur.* Deinde iuris præcenſet originem, hæc ita tamen cùm ventum ad veram Philoſophiam Iuriſprudentiæ, animi, & corporis dotibus corroboratam, nihil vltra deſiderari poteſt, idque in legalis ſcientiæ limine patet vnaque aſſertionis noſtræ propoſitum, cùm nec aliud diuerſum à nobis dixerit Iuſtinianus, inſtitutionũ prooemio. *Imperatoriam Maieſtatem, non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam.* Nam verba eius, non ſolùm eo ſenſu accipi debent, qui vulgaris eſt: nempè, vt Imperator habere debeat, militares, & togatos viros, vt illi arma, ij ſtatum Reipublicæ componant, ſed ipſum Imperatorem, cuius proprium eſt populos regere, legum peritiam, & armorum habere debere (alijs omiſsis curis) quantũ ipſe aſſe-

*Legum multitudo.*

5 *Prooemium Inſtitutæ nouiſsimè explicatur.*

qui poſsit, vt vtrumque tempus rectè moderari queat, talem fuiſſe comperio, Lucium Silanum inſtructum doctrina Iuriſprudentiæ à Caio Caſio ſummo Iuriſcõſulto Tacitus, lib. 15. Ann. cap. 7. quem deſtinatum Imperatorem ex eo timebat Caius Piſo, ibi: *Cæterum timore oculto, ne Lucius Silanus eximia nobilitate, diſciplinaque Caij Caſsij apud quẽ educatus erat ad omnem claritudinem ſublatus Imperium inuaderet.* Sic non immeritò ille ſemper laudandus Robertus Siciliæ Rex ſolitus erat dicere, teſte Petrarca, lib. 1. rerum memorandarum. *Ego iuro dulciores, & multo chariores mihi litteras eſſe, quàm Regnum, etſi alterutro carendum ſit, æquiori animo me diademate, quàm litteris cariturum.* Sed fortius hoc ex Salomone Rege, Sancto Spiritu dictante legimus, in cap. 7. Sapient: *Præpoſui illam Regnis, & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, nec comparaui illi, lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius, ſuper ſalutem, &c.* Sed vt proprius noſtro caſui adaptetur, vt Imperator, & Rex bellicoſus litteris tamẽ deſtitutus, nil boni habeat, verba ſunt Concilij Toletani 2. cap. 2. *Vbi ſcientia non eſt, aliquid boni non eſt.* Omnes inſipiẽtes, & malos eſſe contendit Seneca lib. 10. epiſt. 77. quippè, vt diuinus prædixit ſpi-

*Scientia ingenere laudatur.*

ſpiritus, Prouerbior. cap. 10. *Qui indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.* At quomodo litteris explendeat vir fortis, & militaris Diuus Auguſt. ſcripſit, ex Caſiod. epiſt. 1. *Sapientia egere miſerrima egeſtas eſt, quoniã in litteris prudens inuenit, vnde prudentior fiat, ibi bellator inuenit, vnde virtute animi roboretur, inde Princeps accipit, quomodò populos ſub æquitate componat, nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam litterarum non augeat glorioſa notitia.* Intolerabilis eſt inſcientia in illis, qui præſunt Reipublicæ, argumento textus in cap. ſi in laicis 38. diſt. ibi: *Quòd ſi in laicis eſt inſcientia intolerabilis, quanto magis eſt in Clericis, & in his maximè, qui præſunt.* Idem probatur in textu, cap. ſciſcitatus de reſcriptis, & in cap. cùm cunctis de elect. cap. conuenientibus, quæſt. 7. ex quo deducas, rectè dixiſſe Caſaneum in Catal. Glor. mund. part. 5. conſiderat. 21. *Glorioſum eſſe optimò Principi habere rationem ſtudiorum.* Et Nazianzenus in oratione in laudem Baſilij, ait. *Illud quidem inter omnes ſanæ mentis homines conſtare arbitror eruditionem inter humanæ bona primarium locum tenere.* Quanti facienda Iuriſprudentia, Caſiodorus lib. 8. epiſt. 18. *Profeſsionem conſtat eſſe iuſtitiæ, legum peritos iudices ordinare: quia vix poteſt negligere, qui nouit æquitatem, nec facile ſordeſcit, quem doctrina purgauerit.* Sic cura Imperatori inſtruere viros ſingu-

Scientiæ vtilitas in militibus.

*Legum periti tutius, & iuſtius Reipublicæ præſunt, quàm merè militares viri, & erroris huius rei ratio.*

los

los armis, litteriſque ſic Ludouicus Francorũ rex apud Paulum AEmilium lib. 7. de geſtis Francorum, ad populum ex ſeditione contra Scholares commotum. *Non minus* (inquit, ex arcano ſapietiæ politicæ Rex) *Decoris liberales artes humaniora ſtudia, ſacrã diſciplinam, cultum ingeniorũ Francis, quàm arma afferre certum eſt, egregiamque conſociationem fore; bellicarum rerum, diuinarum humanarumque cognitioni rerum, doctrinamque coniunctum.* Expreſſius quaſi ex profeſſo vtrumque complectens Conradus Brunus in tractatu de legat. lib. 2. cap. 6. col. 2. fol. 49. *Reipublicæ intereſſe bonis diſciplinis erudiri eos, quibus aliquando Reipublicæ partes ad gubernandum credendæ ſunt.* Hæc principis cura, hoc opus, hic labor, vnde Virgilius 6. AEneidum.

*Tu regere imperio populos Romane memẽto*
*(Hæc tibi erunt artes) paciſque imponere*
*morem.*

*Reges iudices, & magos appellatos.*

Quibus conuenit illud Platonis: *Qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicauit, cum ſapientes regnarẽt, aut Reges ſapientes.* Plutarcus epiſt. 7. Valerius lib. 7. cap. 2. num. 4. Petrus Gregorius magis circa Principem, quàm in ipſo Principe eam poſſuit lib. de Republica 10. cap. 5. num. 12. verum tamen ex ſupra dictis patet, & ab illis, quæ exponit, lib. 6. cap. 6. Iudices appellatos Reges, iuriſque propriam ſcientiam habere, & lib. 10. cap. 4. apud

apud Perſas Reges Philoſophos eligi, ſic Magos nominatos eſſe Reges, lib. 13. c. 25. num. 11. & vidit Caſtella Iudices penes, quos ſumma poteſtas, quibus, vt agnoſcas oportet, non minus Principibus conducere litteras, quàm arma, in pretioque futuras, quod latè proſequitur Guillermus Benedictus in procemio, ibique eius additionator quondam Matthæus, Baſsi epiſtolam referens omnino legendam, Caſaneus in Cathalogo gloriæ mundi, princ. 10. conſid. male ſe res haberet, ſi Princeps penitus ignoraret, ciuilem Philoſophiam, & dicere audeam, artem Regiam eſſe Iuriſprudentiam, in illaque à prima ætate Regum filios erudiendos fuiſſe, quorum eſt officium æquum ab iniquo diſcernere, ſua, cuique tribuere togatis præeſſe, litibuſque, communis ſatis cùm Iuriſprudentia finis, §. 1. inſtituta de iuſtit. & iur. l. 1. D. de iuſt. & iur. nam Iure Regio bis hebdomade, aut ſemèl populo publice ius reddere debet Princeps, l. 1. tit. 2. lib. 2. R. Ioannes Iañez, Parladorius, differentia 10. num. 23. qui mos Romanis Imperatoribus peculiaris Suetonius de Octauio, qui & iuris ſatis doctus, cap. 35. *Ipſe ius dixit aſsidue, & in noctem non nunquam.* De Tiberio, cap. 35. de Claudio cap. 15. Vice Dei fungitur Rex officio. Sic iudices cauſas dirimant, muneraque publica exerceãt excituri, quòd non magis alios iudicant, quàm ipſi iudi-

*Regum filij propria iuriſprudentiæ ſcientia ſtruẽdi.*

can-

cantur: cùm etiam ipſis magis, quàm partibus terribile ſit iuditiũ, ſub Rege haud iuris ignaro, verba ſunt, l. rem non nouã 14. D. de iudicijs, quæ protulit Iuſtinianus, cùm de iuramento, quòd Iudicem ſubire vellet loqueretur; & ſi quis obijciat, Turcam etiam litterarum expertem authoritate tantùm populi querellas, liteſque dirimere, cùm illis ſit nuncupatiuum, & præſentaneum iudicium, neque litteris ita indiget, nec earum prorſus imperiti omnes eius gentis Tirani fuere; Adrianopoli eſſe à Turca ſcholam, & Conſtantinopoli ædificatam, Petrus Gregorius, ex quibus adducit, lib. 18. de Republica, cap. 4. num. 3. & proprius noſtro inſtituto, Paulus Iouius lib. 14. hiſtor. ſui temp. ibi: *Lites dirimunt ipſo Imperatore ex protecto bello feneſtella cunctas controuerſias, querellaſque populi, & Baſſarum reſponſa intentis auribus excipiente.* Et ſi ad iactationem, & prædicationem ſummi Imperij, eas vulgo, & palam expernũt illud politicum translatum, ſiue quia optimum facto ſit, *Vt transferamus huc* (vt verbis Taciti vtar) *quòd vſquam egregiũ fuerit.* Tacit. lib. 11. c. 7. Ann. trãsferamus in patriam, ſiue quia forte fortuna, & rerum viciſitudine contigit, translatum, vt ſint quædam feneſtræ iudicum aulis, ex quibus poſsit Princeps omnia, quæ gerantur cognoſcere, cum tot ac tanta ſuſtineat munera Princeps: precioſi ſpiritus eſſe

*Turcis vnde ſchola.*

*Turca lites quomodo audit.*

*Iudicum ſupremorum feneſtella.*

opor-

oportet, talemque eſſe virum litteris præditum ſacræ litteræ monent c.7. Prouerbiorum, ibi: *Precioſi ſpiritus eſt vir eruditus.* Egregiè præcepta Principi exponit Petrus Gregorius, temperamentúmque Artis Regiæ lib.10. de Repub. cap.6. n. 17. & 18. Maurorum temporibus, magis noſtra Hiſpania, eos depellere, quam in pace regere cordi Principibus fuit; ſemper in acie, ſemper inter confertos hoſtes dimicantibus, quarè, ſi litteris excultus Imperator aptior habetur, expers earum dum pollet præceptorum militarium doctrina, non malè ſe habet tamen, qui maximi noſtrorũ Reges in bello apparuere non abhorrebant a litterarum peritia; & cum animis hominum diuerſimodè in infligatur, aut ipſis litteris, aut viua magiſtrorum voce, aut experientia, & naturæ obſeruatione colligatur, qui belli artibus excelluere, non abſque acuratæ Philoſophiæ præceptis fuere, & floruere Alphonſus Regni Aragonij, & Neapolitani propagator, & expugnator, qui in bello maximus fuit, hāc firmat ſententiā, qui cum audiuiſſet litteras Principem nō decere, à quodam Rege dictum adiecit; *Eam vocem non Regis eſſe ſed bouis,* Mariana lib.22. de reb. Hiſp. cap.17. Ferdinandus ille cui Sancti cognomen digniſsimè fuit: bellicoſiſsimus Caſtellæ, & Legionis Rex, qui Cordubæ, alijſque ciuitatibus, à Mauris ereptis, Hiſpalim adiecit, litte-

*Principes qui armis, & litteris claruere.*

*Litteræ non ſolum illarũ notis, ſed etiã doctorum co mercio comparantur.*

litterarum amore (& ſi hoſtium congreſſionibus impeditus) excogitauit, duodecim virorum Senatum, ad quos maiores expectarent controuerſiæ, & Partitas, quas noſtri vocant inchoauit, idem Mariana lib. 13. cap. 8. de reb. Hiſp. firmat partem noſtrarum aſſertionum tunc ipſe noſter Iuſtinianus Imperator, tunc Alphõſus, cui Sapientis cognomen fuit, qui tamen, cùm ſe nimis litterarum cognitioni daret, ingurgitaueritque id illi meritò forſitan obiectum eſt; idem Mariana lib. 13. cap. 10. de reb. Hiſp. *Nam oportet* (vt ait Seneca) *non tantùm plus alys ſcire, ſed, & melius*, lib. 14. epiſt. 91. & propoſito aptius in fine alterius epiſtolæ lib. 18. epiſt. 107. *Quemadmodum omniũ rerum, ſic litterarum in temperantia laboramus.*

6 *Litterarum in temperantia.*

Laxius Auguſtus rebus vtilibus ſtudebat, qui & ſi doctiſsimus, de eo Suetonius cap. 88. ei nullam orthographiæ curam fuiſſe, ibi: *Eorum ſequi potius opinionẽ, qui perinde ſcribendum ac loquendum exiſtimarent.* Inde rectè Tacitus depingit in vita Agricolæ qualem eſſe expediat, Ciuitatis Rectorem, dum de ipſo Agricola ſocero ſuo, viroque militari, & litteris prædito verba faceret. *Retinuitque, quod eſt difficilimum ex ſapientia modum.* Petrus Gregorius noſtram firmat ſententiam dict. lib. 10. de Repub. cap. 6. num. 2. neque ipſam experientiam abſque arte ſufficere docet, num. 5. fuerunt apud Hæbreos om

nes

nes penè Reges, legum rituumque, morumque peritiſsimi, vt Dauid, Salomon, Saul, & omnes eius generis fortiſsimi, & ſtrenui viri, Moiſes, Ioſue, vt ſacræ litteræ teſtantur, tam Regum, quàm Iudicum, & Prophetarum libris, Flauius Ioſephus eiuſdem gentis vir cognitus, & mirandus, Titi Veſpaſiani tēporibus, & expeditione accerrimus Hieroſolimæ defenſor, partes ſtrenui ducis expleuit, cùm ea ſciētia, ac facundia valeret: extat eius liber de Bello iudaico, & de Antiquitatibus Romanorum, & alij, fortiſsima huius facta in Gamala enituere, cuius fuit illa ſententia. *Itidem autē timidus eſt habendus, qui mori non vult, cùm opus, & qui vult, cùm non oportet.* In quem ſenſum plures, plura quæſtionemque dirimit, doctiſsimus, morumque ſanctitate imitandus P. Ioannes Euſebius, è Societate Ieſus, lib. 2. de arte voluntatis, cap. 23. quē, ſi cùm Seneca cōferas, aut elegantia inferiorem, doctrina potiorem, vtroque forſitan ſuperiorem inuenies, at Ioſephus lib. 3. cap. 4. de Bello Iudaico, quibus dubitari cogimur, an magis egregius fuerit Imperator, an excultiſsimus litterarum profeſſor. Sic altera alterius poſcit opem res, & coniurat amicè, omitto Græcos duces, & Imperatores, quibus vtrumque fuit peculare, ſuum Alexandrū Magnū, ſuum Alcibiadū tantæ opinionis ducē, vt quoties non vinceret proditor haberetur Iuſtin. lib. 5. hiſt.

*Litteras, & armorū ſcietiā plurimi aſſecuciſant.*

*Mortē nec apetendam nec plus æquo timendā, & Patris Ioannes Euſebi Societate Ieſus ſentētia.*

hiſt. *Vt ex continenti Alcibiadem Canone commutarent: arbitrantes, victos, ſe non fortuna belli, ſed fraude Imperatoris.* De Alexandro, cuius fuit magiſter Ariſtoteles: deque eius armorum peritia, necnon litterarum plura retulit Quintus Curtius lib. 10. Iuſtinus Epitome Trogi Pompei, qui per quinquénium Ariſtoteli operam dediſſe vult lib. 12. Plutarcus part. 2. Ethicorum cap. Non fuiſſe Alexandro fortunæ opus, at ex Romanis ſummamus exépla, quibus facti ſunt, vt cecinit Virgilius, lib. 1. AEneid.

*Romanos rerum dominos, gentemque Togatam.*

7 *Roma fecunda virorum arma, & litteras tractantium.*

Ij annuos Cõſules, & in Reipublicæ magno diſcrimine ſemeſtrem Dictatorem (qui ſe plerumque abdicabat ante tempus ſublata eius officij cauſa) ex numero Senatorum, poſteaque etiã ex plebe hũc eligebant, l. neceſſarium 2. §. deinde cùm placuiſſet, D. de orig. & iur. & ita inſtructos ſimul armis, & litteris viros habuere, illis priſcis temporibus, vt abſque vllo Reipublicæ detrimento, cùm ſingulis bellis tot, & toties Duces mutarent in litteris, & armis æquè præcelentes viros exercitibus ſuis propoſuerint. Camilli eloquentiam commendat Titus Liuius, Decad. 1. lib. 5. cùm Ardeates ad bellum capeſcendum aduerſus Gallos exortaret, Quinti Fabij Maximi, & Scipionis Africani aſsiduas ſententias, & orationes,

nes, ſi non eas ipſorũ verbis prolatas, omnes conſentaneas doctiſsimis viris, vt ipſi fuere, Liuius exponit per Decadem 3. lib. 2. & de Africano lib. 6. & in Terentio, quædam Patritiorum Comædiæ, & militarium virorum refectæ ſententijs legũtur, vt in Prologo Adelphorum ipſe Terentius oſtendit, teſtaturque Quintilianus lib. 10. inſt. cap. 1. quid de Syllæ ſummi Imperatoris, & ſi crudelis in patriam, peritia dicã per Lucij Flori epitomẽ Decadum Titi Liui, cum eiuſdem Liui opera non extent videri poteſt lib. 81. & ſequentibus, ſed id apertius ex Saluſtio, qui exactè eum depingit bellum Iugurtinum enarrans, ibi: *Igitur Sylla Patritiæ gentis nobilis fuit familia prope iam extincta maiorũ ignauia: litteris Græcis, iuxta, ac Latinis doctiſsimè eruditus*: Melius nobis Metelli probitas ſupeditauit exemplum, quem ita Iuriſperitum, & omni litterarum genere ornatum fuiſſe conſtat, vt de Conubijs apud Populum orare, ei à Senatu mãdatum ſit. Aulus Gellius lib. 1. cap. 6. cum prouidus, & fortiſsimus Imperator apparuerit, de quo Salluſtius de Bello Iugurtino. *Namque Edicto, primum adiumenta ignauiæ ſuſtuliſſe dicitur: ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum ſequerentur: ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine ſeruum, aut iumentũ haberet, cæteris arte modum ſtatuiſſe.* Et alia eiuſdem decreta non

*Milites quo modo coercendi.*

 obſcu-

Digitized by Google

obſcuræ ipſius in Africa victoriarū cauſæ; deniq; turpe fuit Patritio ius ignorare d. l. neceſſariū 2. §. ſeruus, D. de orig. iur. neque Romani tot litibus abundabant, ſic vt illis ſufficerēt, quaſi inter bellorum inducias ipſi Prætores iudicātes, & iudices dabāt, vt deinde ad arma occurrerent, nō aliter ex Sigonio; Petrus Gregorius lib. 2 de Rep. c. 6. n. 2. atque vice carminis neceſſe Leges Duodecim Tabularum diſcere pueros; idem lib. 10. c. 6. de Rep. n. 3. quibus mirari cogor Hiſpanorum, quorundam à litteris auerſionem; necnon aliarum Europæ nationum, qui & ſi vulgari ſermone leges habent, omnes Aduocatorū auxilio indigent, & ſi Aduocatorū munus, non ſit neceſſarium ex ordine iudiciorū. Donel. lib. 18. cōment. c. 1. Vuald. in notat. litt. A. Pract. Gund. à Paz in præludio c. 4. Bobad. lib. 1. Polytic. c. 6. n. 22. tom. 1. Gregor. 47. Synt. 8. & ſi nobiles, neq; orare, neq; vtilibus ſtudijs operā dare magni faciant, niſi hodie eos parare excuſationem habere velis ex iuris mole, legumque multitudine, tamen antiquitus id in Hiſpania in precio fuiſſe auſpicari poſſumus Hieronymus Zurita Aragonijs peculare ſtitiſſe non inficiatur lib. 3. c. 34. tom. 1. Annalium, ibi: *Porque aun entonces, como en los tiēpos antiguos, la gēte de mas calidad, y mas principal ſe preciauan ſer enſeñados en la ſcientia de los derechos, y leyes ciuiles, y Canonicas, &c.* Ex hoc fonte,

*Iuditium Romanis cum litium ſumma expeditione.*

*Aduocati munus an ſit neceſſarium ex ordine iuditiorum.*

*Legum ſcientiam Aragonijs peculiarem fuiſſe.*

tot ducibus eruditis, Populus Romanus ornauit exercitus; aliquos congerit Titus Liuius pulchra cōparatione inter illũ & Alexandrũ Magnũ lib. 9. Decad. 1. & poſtquã plures vnius ſeculi viros receſet Regis Epirotarũ, ſeu eius Legatorũ vocẽ celebrat, qui de Senatu Romano prædixere ex Regibus cōſtare, ſubnectens Liuius *Qui regibꝰ cōſtare dixit vnus verã ſpeciẽ Romani Senat. cepit.* Singulis ſeculis viros his artibus præditos inuenies (& ſi in deterius tẽpore ſeneſcentẽ populum Romanũ ire notent Politici) hæc ita ſi Iulianũ, Octauium, Tiberium, Adrianũ, Germanicum, Traianum, Antoninum, Brutum, Pompeium, & Catones conſulas, eorũ carmina, ſcripta, ſapienter dicta, litterarũ, vbertate, & ſcientiarũ fructu reperies, ſimulq; ornatiſsimos fuiſſe viros, cũ ſummos ſtitiſſe duces cōſtet, ex Liuio, Tacito, Sueton. Lucio Floro, Saluſtio, Iuſtino, Plutarch, Plinio Secundo, Plinio Maiori, Poliuio, Macrobio, Vallerio, Gellio Zonara, Appiano, Dione, Lãpridio, Iulio Firmio Spartiano, & alijs Cato linguã Græcã ſenex didicit Cicero Academic. q. 2. Plinius lib. 7. c. 17. cuius mirifica proles, nec in Curia ſibi tẽperauit, quominus libros Græcos lectitaret Cicero lib. 3. de finibus *Octauius in euoluendis vtriuſque linguæ authores nihil æque ſectabatur quã præcepta, & exẽpla publice, vel priuatim ſalubria: eaque ad verbũ excepta, aut ad domeſticos, aut ad exercitũ Prouintiarũque Rectores, aut ad*

8 *Comparatio Romanorum & Græcorũ ducum.*

9 *Arma, & litteras plures tractauere.*

*vrbis magiſtratus plerîque mitebat.* Nam ſi in minimis, abſq; exéplo viuere detrimētoſum, in publicis calamitoſū erit, ea fuit Auguſti cura. *Quo magis perſuaderet, vtrāq; rē nō à ſe primo animaduerſā, ſed antiquis iam curæ fuiſſe.* Suetonius in eius vita, c. 89. ſic arma, & litteræ regentibus condu- cunt, at qui arma tantùm pertractauerint extra vallum, nihil egregie faciunt, quis fuerat Marium Reipublicæ Dominantē qui ſi in bello magnus Dux, cum expers, & litterarum inimicus, in pace omnia per ditū ire voluit Florus per libros 62. & 63 cū ſeqq. quis agreſtē, & contumacē Marcum Maniliū? vt videri eſt apud Liuium lib. 6. Decad. 1. Galbā rigidū ſenē? Suetonius in eius vita, & Tacit. lib. 1. hiſt. c. 4. Maximinum vel Liciniū, qui auſus eſt dicere, peſti ferū Reipublicæ cōſiliū à litteris mutuari, pernitiēq; publicā eſſe, quòd de ſe milius dixiſset? Nerua, & Traianus, quanto Philoſophis dediti, tanto excelētiores Principes ſtiterūt. Adrianus in omnibus facultatibus excelluit, & Imperij regimine. Ita Publius Heluius Pertinax ſummus Iuriſconſultus, & publice Romæ docuit, & clauum Reipublicæ tenuit, meritò equidē, armorum æquè peritus. Septimius Seuerus præſtantiſsimus, tunc Philoſophs, & humanarum litterarū, & Grāmaticæ cultor eximius, tunc rei militaris ſcientia clarus, Alex. Seuerus non minus arma, quā literas tractauit, Artaxergis Perſarum Regis victor. Gordianus niſi ætatis

*Litteræ inmerita culpantur.*



Digitized by Google

imbecilitas obſtitiſſet, quid militari do-
ctrina, & litterarum fulcro non aſſeque-
retur? Zenobia, quæ videtur Imperij par-
tem, & munus ſubſtinuiſſe fœminarum
ſui temporis doctiſsima, & non erubeſcẽ-
dæ doctrinæ prouentu, etiam inter to-
gatos viros, non floruit armorum peritia?
Nec malè Numerianus Rempublicam
adminiſtrauit, tunc rei militaris artibus
inſtructus, tunc Poeſis, & Oratoriæ præ-
ceptis; Iulianus, & Iuuentius bellicoſiſsi
mi Principes, armorum peritiſsimi ideò
forſitan, quia egregij Philoſophi fuere.
Carolus Magnus eximius litterarum cul
tor, nonne in bello triumphator Magnifi
cus? qui etiam militares artes compara-
uit aſsidua librorum lectione, quorũ exẽ-
pla laudabiliter exercuit, vitando, aurien
doque ſtatui publico conducibilia: exci-
piat ſeu opponet nobis quis noſtrum Ca-
rolum Quintum Hiſpaniarum Regem,
& Romanorum Imperatorem, Pium, Vi
ctorem, Fœlicem, Auguſtum, cuius (du-
ctu naturalis rationis) pace, & bello vir-
tus enituit; tamen vt ipſe faſſus eſt, con-
ſtat illũ pœnituiſſe, haud doctum fuiſſe,
& forſitan ſi ſuæ præſtanti indoli littera-
rum ornamentum acceſſiſſet, per decimũ
ſeptimum ipſius ætatis annum (etſi ætas
illum excuſet) non ita ſeceſsione noſtra
laboraret Hiſpania, etſi aptiores pace ha-
bentur à quibuſdam, qui tantùm litteris
operam dederint, & egregie Reſpublica

hos ciuilibus muneribus propoſuit, & quidam horum id maximè præſtant bello, & pace, tamen id euenit, vt inſinuaui, cùm veri Philoſophi ſunt, ſummi Iuriſperiti, qui omnes penè facultates attingerint præcellentes viri, vt fuit Papinianus, Vlpianus, & alij cum qui altiores legum litteras nō attingerint, plures ſint Philologi niſi rerum ſapientia, & caſuum viciſſitudine, plurimum valeant. Sed omnia ſuperat exempla noſter Regius Caſtellæ Supremus Senatus, de quo dictum accipias mens agitat molem, qua cura in iuris apicibus, & Iuriſprudentiæ arcanis, necnon totius Philoſophiæ primordijs educati? Qua prouidentia ad ſuperiorem ordinem euecti? Abſit inuidia, pluſquam hominum eorum ſcientia videtur, laborumque tolerantia? Sileat in eius comparatione Romanæ ſapientiæ ornatus, Græcorum cultus, & nunc, & olim totius orbis indefeſa literarū ſolicitudo: & nonne de doctiſsimis Aduocatis proprius illud Lucani ad ſuum Piſſonem virum Patrium?

*Iuriſconſulti humanarū & diuinarum rerū notitia præditi, qui tale nomē meriti ſunt rectiſsimè Reipublicæ præſunt.*

*Senatus Caſtellæ.*

*Aduocatorum præconium.*

*Nec enim ſi bella quierunt*
*Occidit, & virtus licet exercere togatæ*
*Munera militiæ, licet, & ſine ſanguinis hauſtu,*
*Mitia legitimo ſub iudice bella mouere,*
*Hic quoque ſeruati contingit gloria ciuis,*
*Altaque victrices intexunt limina palmæ*
*Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum*

*Scan-*

*Scande ſuper titulos, & auitæ laudis honores.*
*Armorũque decus præcede forenſibus actis*
*Sic etiam magno iam nunc Cicerone vigente*
*Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.*

Fuit Piſſo de quo ſermo Patritius, iuriſq; ſcientia dignus Imperio habitus, eximiaque doctrina, Socrates, Plato, qui ab ſcholis, & libris ad Reipublicæ regimen euolare poſſent, & re, & effectu Pitagoras Licurgus, aut Iuriſconſulti Scæuola, Paulus, Africanus, Proculus, Caſius, & meritò Perfectus Prætorius integerrimus Papinianus, de Caſsio cui mandata Syria, Tacitus lib. 12. Ann. cap. 2. ibi: *Poſt hæc Caio Caſsio, qui Syriæ præerat, deducere iuuenẽ ripam ad Euphratis iubet, ea tempeſtate Caſsius cæteros præeminebat peritia legũ.* Iubet nempè Claudius Cæſar expetentibus Parthis ſibi Regem Meherdatẽ Romanis obſidem datum deducere, addit de Caſsio; *Attamen, quanto ſine bello dabatur, reuocare priſcum morem, exercere legiones, cura, prouiſu agere, perinde, ac ſi hoſtis ingrueret, ita dignum maioribus ſuis, & familia Caſsia ratus per illas quoq; gentes celebrata,* Quippè reliqui abſque accuratæ Philoſophiæ ſcientia, & humanarũ litterarum cognitione, haud ſcire leges dicam, l. ſcire 17. D. de legib. nec ad illud Iuſtiniani aſpirare debent promiſſum in proœmio, §. fin. inſtit. dum magnanimitatis, fortitudiniſque virtutibus carent, quip-

*Legum periti rectè Reipublicæ pace, & bello præſunt.*



Digitized by Google

quippè vix parcere, & imperare ſcit, qui non vincere, de hac gubernandi prudentia aliquantulum à mera legum cognitione diſtincta, niſi vim, & poteſtatem iuris noſcas. Vlpianus l. 1. D. de iuſt. & iur. l. proſpiciendum 11. D. de pœnis l. illicitas 6. §. ne potentiores. D. de offic. præſ. l. cõgruit 13. D. eiuſd. tit. Seneca lib. 2. de ira c. 10. vnde quidã horum ſeceſſum amant, & longè à Republica ſunt ideò, vt Dionyſius Alicar. Clælium excellentem ciuilibus artibus, non fuiſſe viſum aptum ad Dictaturam male à latebris auocatus, à litteris ereptus Claudius, Rempublicam tenuit. Suetonius in eius vita cap. 3. & 23. & ſeqq. nec Reipublicæ vtilis Mecœnas, qui & ſi litteras exercuit; eius partẽ non attigit, intelligi vitauit; & nunquam eum Auguſtus Reipublicæ præpoſuit. Seneca lib. 22. epiſt. 121. necnon alijs locis per illius Epiſtolarum ſeriẽ, niſi Mecœnas ſe inutilem Reipublicæ oſtentabat Cõſultò, ne ſuſpectus Octauio redderetur; nam vt ait Tacitus in Tiberio lib. 2. Ann. cap. 12. *diſplicere regnantibus ciuilia filiorum ingenia*, Quanto magis, tantæ nobilitatis ſubditi, vt fuit Mecœnas de quo Horat. lib. 1. in princ.

*Mecœnas Attauis edite Regibus.*

Melius Octauius Auguſtus. *Præcipuamque curam duxit ſenſum animi, quam apertiſſimè exprimere.* Caius Suetonius cap. 86. Cicero, & ſi ſapientem, & prouidum

*Litteræ inſtant.*

Con-

Conſulem egit, de quo Lucanus ſupra relatus, tamen quaſi actionem Fori, & iudicij exercuit, & ſi aduerſus Catilinam inſiſtens laudandus, & ita dum factum in ea narrat Saluſtius, & ſi eius inimicus fuerit, & aliquantum rerum geſtarum elatione has fœdaſſe viſus; ideò fortè quia Fori, & Scholæ conſuetudo, abſque variæ fortunæ experientia, non nihil inflat, nam euentus pericula, inſtruũt, & moderationem, & humanitatem commendant. Siue quia Cicero ore tenus Philoſophus, Saluſtius acritèr de illo in hunc ſenſum melius ille doctus, & militaris vir, qui cum aperto cãpo, ingentes Barbarorũ copias fudiſſet, & ſtrages latè edidiſſet. *Nec expeditionem eam, aut victoriam vocauat victos continuiſſe, nec laureatis quidem geſta proſecutus eſt, ſed ipſa diſsimulatione famæ famã auxit, exſtimantibus cunctis, quanta futuri ſpe, tam magna tacuiſſet.* Tacitus in Iulij Agricolæ vita cap. 7. Seneca per quinquẽnium Neronis facta, vt inſinuaui, direxit, & temperauit, at in Reipublicæ adminiſtratione, virum militarem ſociũ eligit, & coluit, quippè vt erat inſignis claritudine ingenij, & ſi ſolus forſitan poſſet, ſociũ ſibi mutuauit quaſi de ſe ſentiret, cùm Iuſtiniani Nouella 25. & ſi ab illius ſeculo diſtat vnde quòd ſolus aſſequi dubitauit à ſocio acquiſiuit. Tacitus Ann. lib. 13. c. 1. *Ibaturq; in cedes niſi Afranius Burrhus, & Aneus Seneca obuiã*

*Modeſtia commẽdatur*

10

*Senecæ prudentia.*

*iſſent*

*iſſent ij Rectores Imperatoriæ iuuentæ, & pari in ſocietate potentiæ concordes diuerſa arte ex æquo pollebant Burrhus militaribus curis, & ſeueritate morum Seneca præceptis eloquentiæ, & comitate honeſta iuuantes inuicem, quo facilius lubricam Principis ætatem ſi virtutem aſpernaretur, voluptatibus conceſſis retinerent.* Apud veteres Romanos ſtabat Præſes plerumque ciuilis, & militaris vir, & qui tantùm iuriſperiti erant, poſt eius collati tergum. Flauius Ioſephus lib. 2. aduerſus Apionem Grammaticum Marcellinus lib. 23. quòd nec probandum, cùm id quoque nonnulli ex doctiſsimis viris derideant, & multo magis, ſi quem Præſidem militarem tantùm eſſe conſtet, omnino litterarum expertem, quem nec aptum Reipublicæ iudicabis, neque ſi literas tantùm norit, niſi legum ſcientiam præ ſe ferat placeat ergo in bello, & pace omnia quæ ad Reipublicæ regimen attinet fœliciter adminiſtrari, per virum armis ſimul, ac literis ornatum, aut vere iuriſperitum & ſi verum ſit pluribus intentus ſenſus, minus eſſe ſenſus ad ſingula, hoc eſt dum illa res agitur, nam ſi quis dixerit vno temporis momento ſimul leges, & arma tractare, neutrum aſſequeretur: ſed alternis temporis ſpatijs rectiſsimè, huc reſpicit illud Mecœnatis egregie ab eo prolatum, vt plura ille diſſertiſsimus vir aſſeruit, ſcitè dicta ex Dione Caſsio lib. 52. hiſt.

*Romani pluris arma fecere an merito.*

11 *Intentus pluribus ſenſus, minus eſt ad ſingula quomodo intelligatur.*

Rom.

Rom. vbi teſtatur. Sic Mecœnatem Auguſto Imperatori alloquutũ fuiſſe videlicet. *Hoc te ſumopere ortor inſtituas, vt Patritij, equeſtriſq; ordinis homines, dũ adhuc pueritiã agunt ludos litterarios frequentẽt, adoleſcentes autem facti: equos, & arma tractare diſcant, ad vtrumq; Doctoribus publicis certo ſtipendio conductis: Ita enim ſtatim à puero diſcentes omnia ea, quæ adultis ſunt vſurpanda ad omnia negotia aptiores habebis, optimi enim ac egregij Principis eſt non modo ipſe, vt omnia ex officio agat verũ, vt qua ratione etiam reliqui omnes quam optimi fiant proſpicere.* Sic educati hæc quibus ſemel imbuti ſunt ſeruare minus laboris erit, & ſi magis huic, quã illi rei accomodentur, nec abſimile illud bellicoſiſsimi Principis Traiani, quod refert Caius Plinius ſecundus Panegyrico folio mihi 151. *Quid vitam? quid mores iuuentutis? quàm principaliter formas.* Et quæ ſequuntur, fuiſſeque in praxi, quòd Caſsius prædicere Mecœnatem aſſerit, alternatim arma, & rerum doctrinam tractare nobiles Romanos epiſt. lib. 8. fol. 94. ibi: *Erat autẽ antiquitus inſtitutum, vt à maioribus natu non auribus modo, verum etiam oculis diſceremus, quæ facienda, mox ipſi ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus, inde adoleſcentuli, ſtatim caſtrenſibus ſtipendijs imbuebantur, vt imperando parendo duces agere, dum ſequũtur adſueſcerent, inde honores petituri adſiſtebant curiæ foribus,*

*bus, & conſilijs publicis ſpectatores, antequam cenſores erant, ſuus quiſque parens pro magiſtro, aut cui parens non erat maximus quiſque, & vetuſtiſsimus pro parente.* Luſit Cato pila, Scipio conculas maris legit oblectationis cauſa, non ſolùm vtilibus, ſed etiam inutilibus ſtudijs vacamus, ſatis longum vitæ tempus eſt rectè viuentibus. Seneca lib. 1. epiſt. 75. Valerius Maximus de Scipione cap. 8. lib. 8. conuenit Quintilianus in lib. 2. in fin. cap. 20. inſt. ſit ſtudium requies, & leuamen ſtudio, nam animi intenſio in vna re, nec ipſum iuuat, & homine abutitur, & contra ſtudium variare, rei conſulit, & authoris oblectatione reficit animum, non tamen hoc prodigaliter faciendum, ſed vicibus ſuis, quodam rationis, & prudentiæ temperamento, vnum pro cunctis, ex tot Romanis, qui hoc aſſequuti ſunt fama ſloquatur exemplum; nempè Marci Portij Catonis. *In quo viro tanta vis animi ingenijque fuit, vt quocumque loco natus eſſet, fortunã ſibi ipſi facturus fuiſſe videretur nulla ars, neque priuatæ, neque publicæ rei gerendæ ei defuit, vrbanas ruſticaſque res pariter callebat, ad ſummos honores alios ſcientia iuris alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit: huic verſatile ingenium, ſic pariter ad omnia fuit: vt natum ad id vnum diceres, quòdcumque ageret, in bello manu fortiſsimus, multiſque inſignibus clarus pugnis: idem poſteà cum ad magnos honores peruenit*

*Exemplum Marci Porci Catonis tunc litteris, tunc armis ornatiſsimi viri, & Conſulis Lucij Papirij curſoris.*

*nit ſummus Imperator idē in pace, ſi ius con ſuleres peritiſſimus: ſi cauſa oranda eſſet elo quentiſſimus.* Liuius lib. 9. D. 4. aut Conſulis Lucij Papirij Curſoris, cui præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen ei dedit. Idem Titus Liuius lib. 9. D. 1. denique refert Polibius lib. 6. necnō Liuius lib. 10. Decad. 4. *Nulli Ciuium Romanorū licuiſſe vllum magiſtratum Vrbanum gerere qui per decem annos non militaſſet.* Et ſi hoc certa Reipublicæ tempeſtate, quibus ſi moribus patriæ interdicta fuiſſet corporis, aut animi exercitatio, vnamque tantùm rem ſequerentur ne vitam ad Reipublicæ commodum, & gubernationē aſſequerentur, aut non ita fœliciter Rempublicam capeſſerent: ſi non aliter Romæ receptum, non ad vtramque rem ſingulos viros paratos Reſpublica Romana haberet; nec ludicris ex armorum peritia in ipſis Senatoribus Laniſtis primas ferentibus, artem quæſiſſet Iulius Cæſar ſupplantationes, & methodum gladiatoriā ſuis militibus, Suetonius c. 26. fuit aliud exitio Athenienſibus, niſi plus iuſto aut tantùm litteris ſtudiſſe Petrus Gregorius de Repub. lib. 12. per caput 2. & præcipuè num. 9. Lacedemonijs non obſtitit litterarum ignorantia, & Cartaginenſibus? & Turcis detrimentoſum erit, cùm nec apta temporis oportunitate ſilbas cedere norint, ad nauium conſtructionem, neque arma rei gerendæ apta, ſiue ſclope-

12 *Turcicum Imperiū nulla ratione cōſiſtit, ſed noſtrorum diſcordia.*

ta ob longa inſpitias, ſiue imperitiam librandi maiora ignea tormenta, ſiue artē in acie inſtruēda, cum Ariſmetica omnique ſcientia careant, vno ictu hominum multitudine prælia ineunt, Ganizarij iam delitijs aſſueſcunt: filios innumerum ſubſtituunt: neglecta antiqua militum electione, Imperatorem ſuum paruipendent, mole ſua laborat Imperiū, ſi Europæ Principes reſipuerint. Sic Polytici, ex Academiæ Leydenſis lib. Lazari Soranzi deſcriptione Turciæ c. 10. f. 236. 254. apud Honor. c. 3. fol. 122. c. 11. fol. 290. & ſi ex Busbequij epiſtolis c. 6. aſſertū nos impares illius viribus futuros, fol. 170. niſi parſimonia, & concordia Europæ Principes excitentur diſcordias, & inimicitias deponētes, faxit Deus, vt eas deponāt ſimulque excitentur aduerſus immanē Tyrannum, ne ſi hoc facere diſtulerint, de illis dici poſſit ſerò ſapiunt friges, illa Neronis non abſurdi ingenij, & ſi ab illo ſerò edita vox in ore, & animis Catholici populi ſit. *Excita te ipſum.* Suetonius c. 49. ſit noſtris temporibus ſermo, & Paradoxa noſtrum conueniens, illiq; finem cum ſatis materiæ indulxerim, imponamus.

CA-

# CAPVT SEPTIMVM.

*NVLLAM DIFFERENtiam dari ex accidenti, in pecuniæ qualitate, ſecus alijs rebus ex Papiniani doctrina, unde verus intellectus §. quod ſi frumentum Inſtituta de rer. diuiſ. & leg. ſi alieni 78. D. de ſolut. & liberat.*

## SVMMARIVM.

*Frumentum caſu, aut vnius voluntate mixtum non fit communè.* num. 1.

*Nummi caſu mixti fiunt communes.* ibid.

*Deſidium inter §. quod ſi frumentum inſtituta de rer. diuiſ. & Iauoleni, l. ſi alieni 78. D. de ſolut. & liberationib.* ibid.

*Donelli ſolutio circa §. quod ſi frumentũ Inſtituta de rer. diuiſ. & l. ſi alieni, 78. D.* de

*de ſolut.* *num. 2.*

*Iacobi Cuiatij ſolutio. §. quòd ſi frumentũ Inſtituta de rer. diuiſ. l. ſi alieni 78. D. de ſolut.* *num. 3.*

*Solutio, quæ magis congrua videtur dict. §. quòd ſi frumentum Inſtitut. de rer. diuiſ. & l. ſi alieni 78. D. de ſolutionib.* *num. 4.*

*Numorum æſtimatio publica, quam non nunquam Princeps tantùm augere, & mutare poteſt.* *ibid.*

Iuſtinianus.

*QVòd ſi frumentũ Titij frumento tuo mixtum fuerit, ſi quidem voluntate veſtra, commune eſt, quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana, quæ cuiuſcumque propria fuerunt, conſenſu veſtro communicata ſunt, quòd ſi eo caſu id mixtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtãtia durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora cuis pecoribus mixta fuerint. Sed ſi alterutro veſtrum totũ id frumentum retineatur in rem quidẽ actio pro modo frumenti, cuiuſque competit, arbitro autem iudicis continetur, vt ipſe extimet quale cuiuſque frumentum fuerit.*

Iauolænus. l. ſi alieni 78. D.

*Si alieni numi inſcio, vel inuito domino ſoluti ſunt, manent eius, cuius fuerunt: ſi mixti eſſent, ita vt diſcerni non poſſent, eius fieri*

*qui*

*qui accipit, in libris Cai ſcriptum eſt: ita vt actio domino cum eo, qui dediſſet furti cõpeteret.*

Iuſtinianus, §. quod ſi, Inſt. Si frumentũ Titij conſenſu miſtũ ſit tuo, ſiuè alieno, cuiuſvis frumento, ſingula grana manent eius, cuius fuerunt: ita vt niſi amborum voluntate miſta ſint, haud fiat communis totus aceruus, cui obijcitur, Iauoleni. l. ſi alieni numi. 78. D. de ſolut. & lib. quippè ibi dicitur, quod ſi inſcio, vel inuito domino numi dati ſunt, in miſtione tamèn fiunt accipientis, cum dicerni non poſsint, cuius ſi vera ratio eſt, idem ſtatuendum in tritico, cum æquè dicerni nõ poſsit ab altero, ſemel alterius tritico coaceruatum, malè ergo de frumenti miſtione, aſſerit Iuſtinianus, non magis miſcentis fieri, quam commune, quoniam potiùs ſingula grana eius ſemper manent, cuius & fuerant, non aliter, ac ſi pecora Titij tuis peccoribus miſta ſint, rationẽ differentiæ quærit Donellus lib. 4. commen. cap. 22. & in primis fatetur (vt Doctores exiſtimant) nullam dari poſſe inter frumentum, & pecuniam ad id, vt magis alterum altero dignoſci, ac ſeparari poſſit, ſinguli numi, ſingula grana, ſuum corpuſculum, ſuam formam obtinent, nullo diuerſitatis diſcrimine, ergo non aliud in frumento, aliud in pecunia ſtatuendũ eſt. Sid ad facti ſpeciem occurrit Donellus, & contrario facto, contrariũ, ſeu diſtinctum ius

*1 Frumentũ caſu, aut vnius voluntate miſtum non fit commune.*

*Numi caſu miſti fiunt communes.*

*Deſidiũ inter, §. quod ſi frumẽtum Inſt. de rer. diui. & l. ſi alieni numi 78. D. de ſolut. & lib.*

*2 Donelli ſolutio circa, §. quod ſi frumẽtum Inſt. de rer. diuiſ. & l. ſi alieni 78. D. de ſolut.*



Digitized by Google

ius deducit nempè, §. ſi frumentum Inſt. de rer. diuiſ. illum Titium, qui proponitur ibi, ſciuiſſe triticum, aut numos, alienum, vel alienos eſſe, & tamen cum exiſtimaret dominum ratum habiturũ miſcuit partes, quo totum corpus fiat cõmune, quod aliter procedit, dict. l. ſi alieni 78. D. vbi, cũ ignoraret, qui eos miſcuit alienos numos eſſe, quamuis inuito domino, id factum prodeſt ad id, vt miſtione, in accipientem transferatur dominium. Sed noto, quod non ait Iauolenus in miſtione fieri numos, cuius, & ante fuerant accipientis, ſed tantùm accipientis, quod eſt maximè diuerſum, nam quod eſt cõmune, rectè omni parte indiuiduè meum dicitur, meũ ita tamèn, vt pro quantitate pro parteve mea dominiũ meũ exiſtimetur, l. arbor. 19. D. comm. diuid. ſic Donellus, qui non prorſus Iuſtiniani doctrinæ conuenire videtur, quippè indiſtinctè vult Iuſtinianus haud fieri triticum cõmune, vnius dominorum deficiente voluntate, & ſi indiſtinctè commune dum ambo voluerint. Sic quarè diſtinguimus, quod aliud ſit dum ignoro alienum eſſe, aliud cum ſcio, & ratum dominum habiturum exiſtimo? Contra Iuſtiniani propoſitum, quoniam vltra id Iuſtinianus iuris vim, & diſtinctionem, ſeu frumenti ſeparationem, magis in granorum vnitate, & eſſentia poſuit, quam in ſcientia, & voluntate miſcentis, vt patet ex illo, quod

pro-

Digitized by Google

propoſuit gregis exemplum, qua propter nos aliam tantæ difficultatis ſolutionem inueſtigamus.

Iacobus Cuiatius lib. 13. obſeru. cap. 28. Inter has duas ſpecies deſidium componit, etiam facti diſtintione, cum velit in dict. l. ſi alieni numi 78. D. loqui Iauolenum de tertio, qui accipit ab eo, qui numos alienos habebat, qui cum eſſet creditor iſte tertius à debitore pecuniam alienam recipit in ſolutum, quo caſu ſi ſtant in iſtius tertij poteſtate, ſi ſtant ita, vt miſti non ſint, euenit ergo, vt numi vindicentur, à vero domino, qui eorum fraudatus eſt quaſi furto, & ei qui alienos accipit à vero debitore ſuo priſtina cōpetit actio aduerſus debitorem, at eo caſu, quo miſti ſunt, ab hoc tertio ſuis numis nulla prorſus competit actio vero domino, cōtra illum tertium in quem translatum eſt dominium numorum in miſtione, ſed illi priori domino neceſſe eſt primùm debitorem ſuum quærere, & furti actionibus eum conuenire, quippè in mixtione tertij bona fide, cum omni effectu, ipſius poſſidentis facti ſunt numi aliud factum eſſe, indicat Cuiatius, in dict. §. quod ſi frumētum Inſt. quoniam ibi Titius ipſe, qui miſcuit ſuo tuum frumentum ſempèr ſecum habuit, ſic vt nunquam in tertij peruenerit poteſtatem, & ita nunquam in miſtione alienatur frumentum, & ſic ſempèr vindicari poteſt. Sic Cuiatius, quia diuer-

*3 Iacobi Cuiatij ſolutio, §. quod ſi frumentū Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi alieni numi 78. D. de ſolut.*

ſum factū diuerſā decidendi rationē poſtulat, l. illud 32. D. ad leg. Aquil. Sed mihi mouet ſcrupulū, an idē eſſet in frumento, ſi tertij frumento immiſtum eſſet, & ſi nulla diſcriminis ratio dari poteſt, vt prædicat Donellus, dubitat Oſualdus, omittit Cuiatius, idem de frumento dicēdum eſſe videtur? Sed obſtat Iuſtiniani exemplum, qui non aliter frumentum in miſtione vult fieri alienum, ſeu communicari: *Quam grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus miſta fuerint.* Quod forſitan animaduertit Oſualdus, dū & ſi nimius breuitate in Notatis ad Donellum, aliud in numis, aliud in frumento obſeruari vult, ideo quia frumentum, donec farina ex eo conficitur, nō eſſentiam, & ſubſtantiam mutare rectè dixeris, tamen rationem huius rationis, neque reddit, neque diſcriminis cauſā proſequitur: ego illam eſſe iudicabam, quod in miſtione numorum aceruus, & corpus illud rectè extinguit, ſeu cōfundit ſingulorum numorum eſſentiam, ideo quia tantùm in ipſorum æſtimatione conſiſtit eſtque pretium, & as, aſſe, neque melior, neque carior eſſe debet, nam ſi accidentalia in æris, auri, argenti, plumbi, alteriuſve rei numis contingunt, de his haud Iuriſconſulti eo caſu curaturi ſunt, quo de numis in genere agunt, de pretioque legali publica fide conſtituto, quod eſt propria numorū eſſentia, quæ in valore cōſiſtit

7 *Solutio, quæ magis congrua videtur, §. quod ſi frumētum Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi alienus 78. D. de ſolutionib.*

ſtit

ſtit impoſito, quod in frumento ſecus euenit, nam grano grano melius, & vberius habetur eſſentia, & natura, quod æquè in gregè procedit, quare non miror, ſi aliud in numis, aliud in tritici granis à Iuriſconſultis ſit conſtitutum. Vnde facilius permiſſerunt accipientis tertij fieri, quam triticum, & diſcrimen, quod eſt inter ſingula tritici grana, dum haud communia iudicantur, quaſi oculorum contemplationi ſubdatur. Ideò ſi numi mixti ſunt tertij numis eius fiunt, & condictio furtiua competit aduerſus debitorem, at ſi grana mixta ſunt granis cuiuſvis æque, vt numi, ſine veri Domini voluntate haud alienantur, vt numi, neque communia fiunt, ſed propria cuius fuerunt pro indiuiſo integra, & ſeparata iudicantur, vndè rei vindicatio competitura, hanc noſtram aſſertionem, eo magis certam eſſe dixeris ſi vltima Iuſtiniani verba notabis, ibi: *Sed ſi ab alterutro veſtrum totum id frumentum retineatur in rem quidem actio pro modo frumenti cuiuſque competit*, dict. §. quod ſi frumentum. in fine, inſtituta de rer. diu. & de inde nota, quòd in numis dari non poteſt, & datur circa granorum ſubſtantiam. *Arbitrio autem iudicis continetur, vt ipſe æſtimet quale cuiuſque frumentum fuerit.* Cum rei eſſentia nulla differentia dari poteſt in publica numorum æſtimatione, neque ex accidenti, at ſi metalla diuerſa ſint, tunc ſe-

*Numorum æſtimatio publica, quam nonnunquã Princeps augere, & mutare poteſt, & vt ile fuiſſe pro neceſſitate.*

ſeparari poſſunt, & dinoſci, vt nec mixta fuiſſe dicantur; quæ textus interpretatio ex inſignis Iuriſconſulti Papiniani doctrina dimanat, qui nullam differentiam inducit ex accidenti in pecuniæ qualitate ſecus alijs in rebus, l. Imperator. 70. §. ſi cẽtum, §. hæc ita, D. de legat. 2. conſonat. l. 13. tit. 21. lib. 5. R. l. 6. tit. 18. lib. 6. R. nam ſi quæ qualitates æſtimari poſſunt, relationem habent ad vtentis neceſsitatem alias, qualitas inanis in moneta, ſic ex pecuniæ per mutatione lucrum interdictũ eſse patet, l. 1. tit. 18. lib. 5. R. niſi aliter præſcripta conſuetudine receptũ, aut lucri ceſſantis dãnique emergẽtis cauſa, aut ſi ratione metalli veneant nummi, dũ fraus abſit, de publicis Cãpſoribus, & de pecuniæ permutatione in hunc ſenſum Ioannes Gutierr. lib. 2. quæſt. 178. & quæſt. 179. Supremi ergo Principis eſt hanc numorum publicam æſtimationem augere minuereve, fuiſſeque è Republica, & nõ raro vſurpatum latè exemplorum copia demonſtrat, Petrus Gregorius lib. 3. de Republica, cap. 6. num. 23. cum ſeqq.



Digitized by Google

# CAPVT OCTAVVM.

## PROPRIÆ MENTIS *rationi parendum legibus informatæ: non probabilis, aut communis ſententiæ authoritati.*

### SVMMARIVM.

*IVRIS Philoſophia facta Philologia eſt.* n. 1.

*Legibus haud iudicatur noſtro tempore, ſed opinionibus, cui mederi Iuſtinianus voluit.* ibidem.

*Gallos, qui pro imperio bellandi cauſas prætendunt abſurdè facere.* n. 2.

*Opinionum diſtintio, & capitis ſumma.* ibidem.

*Iudex opinionibus, ne pareat, quia hoc eſt contra munus ſuum ire.* n. 3.

*Aduocatus non debet probabilem clientis ſui opinionem ſequi, quia non eſt inſtar confeſſarij.* n. 4.

*Confeſſarius de rei conſcientia conſulitur ſecus aduocatus.* ibidem.

*Aduocatus, & Iudex, qui legitimam ſcientiam præ ſe ferunt opinionibus ne pareant ille in conſulendo, hic in iudicãdo.* n. 5.

*Legum duplicem cognitionem iure communi.* ibidem.

*Authoritas prima in iure, ſeu potiùs parendi neceſsitas.* num. 6.

*Authoritas ſecunda cum parendi neceſsitate ex legum voto huius regni.* ibidem.

*Authoritas tertia in iure dicundo ex facto.* num. 7.

*Authoritas quarta in iure dicendo ex facto.* ibidem.

*Fides, cuique in ſua ſcientia tribuenda.* ibidem.

*Authoritas quinta communis opinionis iuris interpretum, quorum nullam eſſe contendo, quippe in iure nulla Authoritas extra leges.* ibidem.

*Senſus l. 1. D. de off. quæſt.* ibidem.

*Communi opinioni haud parendum.* ibid.

*Princeps totius populi vicem gerit.* ibid.

*Litem ſuam facere, qui non ſequitur communem opinionem.* ibidem.

*Authoritas eorum, qui publicè reſpondebant.* num. 8.

*Authoritas Gloſſæ quarè.* ibidem.

*Caſus, & ſi plures legibus non ideo minus*

nus iure comprehenduntur ſcripto. ibidem.

Authores, qui aliquibus præcelũt quæſtionibus. ibidem.

Iuriciuili, cum quid detrahimus in terminis naturalis manemus. ibidem.

Communis contra communem reijcitur Authoritas. num. 9.

Authoritas eorum, qui publicè reſpondebant, non vltra præſcriptam cauſam, nec vim legis obtinebat. ibidem.

Legislatorum munus longè maius, quam iudicum vndè diuerſa forma inter hos ſtatuendi. num. 10.

Deciſiones Rotæ. ibidem.

Sententiam ius facere, quomodo intelligatur, & verùs ſenſus L. in genuam 25. D. de ſtatu hominum. ibidem.

Sententiam etiam Summi Pontificis, nec ius facere. ibidem.

Leges condere arduum perpenſique iudicij opus. ibidem.

Præſumptioni iuris, & de iure oponitur probatio, & conceditur. ibidem.

Opinio quid. n. 11.

Opinio communis, nec conſuetudine adæquanda. ibidem.

Communis opinio, haud legi ex noua cauſa derogare poteſt, ſecus conſuetudo. ibidem.

Communis opinio iuſta diuerſa à lege nullam habere debet authoritatem, ſecus conſuetudo. ibidem.

Communis opinio, quæ in conſuetudinem abijt errore, nec vim legis obtinet, & ſi cau-

*cauſam conſuetudini dederit.* *num. 12.*

*Gomezius errorem conſtituere poſſe conſuetudinem dixit.* *ibidem.*

*Leges ſingulis annis minuendæ potius, quam numero augendæ.* *ibidem.*

*Magni viri aliquando magni erroris occaſionem præuent, vt iuris interpretes verboſi.* *ibidem.*

VIdimus vitium contractum ex multiplici librorum ſupellectili, cum nulla adeò ſentẽtia deuia à iuſtitiæ, æquitatiſque ratione ſit, quã ſui non tutentur
1 Authores. Sic vt de Iuriſprudẽtia dici poſſit, *quæ Philoſophia fuit facta Philologia eſt.* Seneca epiſt. 109. lib. 19. nec nõ illud eiuſdem, lib. 13. epiſt. 89. *Protogoras ait de omni re in vtrãque partem diſputare poſſe.* Et infra: *Nauſiphanes ait ex his quæ videntur eſſe, nihil magis eſſe, quam non eſſe.* Huic incommodo Iuſtinianus occurrit at noſtri, qui poſſunt negligunt, cæteri parent, non nulli eo lætantur? Vnde Hieronymus Ceuallos tom. 3. comm. cõtra comm. quæſt. 779. num. 154. ait: *Præſertim his temporibus, quibus debentum eſt, vt non quid verum ſit quæratur, ſed quid potius receptum ſit, ſententiamque non tan legum, & rationis authoritate ponderemus, quam authorũ numero.* Melioris notæ Rodericus Suarez, alleg. 6. num. 7. morem hunc agnoſcit, & dãnat, ibi: *Alia plura ad hoc adduci poſſent, ſed videtur mihi vitio prolixitatis ad*

*Iuris Philoſophia facta Philologia eſt.*

*Legibus non iudicatur noſtro tẽpore.*

*adſcribendum eſſe: quod plerique faciunt multiplicando quotas, & ſimilia coaceruando, quod hodie, &c.* Recte ſane ſecundum illud, Eccleſiaſtes cap. 7. *Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias, quam neceſſe eſt ne obſtupeſcas.* Quibus commentatorum culpam ſuamve fatentur. Ecce illud Senecæ epiſt. 124. lib. 21. *Quod ſi pauci facerent, nollemus imitari, cum plurimi facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius, ſequimur: & recti apud nos tenet error vbi publicus factus eſt.* Nam quid contrarius excogitari poteſt Iuſtiniano, §. Sed neque, &c. de concept. digeſt. *Sed neque ex multitudine authorum, quod melius, & æquius eſt iudicatote, cum poſsit forſitan, & deterſoris ſententia, & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare;* quare te ſuadere vellem, ne opinionibus hæreas, ſed propriæ mentis rationi legibus informatæ, illiſque Doctorum opinionibus, tanquam veritatis conſultoribus vtaris, non tanquam dominis ſubiacens, nam ſi vtile foret extirpitus euellere, quorundam Doctorum Authoritatẽ, vt ſuis epiſtolis inſinuat Franciſcus Duarenus, non eſt, qui hoc facere poſsit, quippe Iuſtinianus penne totius orbis arbiter potens fuit ſimili incommodo prouidere, hodie Imperium Romanum Germania vltimum ſpiritum trahit, vnde miror Gallos tantopere ſub huius rationis ſpecie, cum Auſtriacijs bella gerere appetẽtes

z *Gallos qui pro imperio cauſas bellãdi prætendunt abſurde facere.*

tes onus, quod ſi aſſequerentur, fructuo-ſa illis calamitatum materia ſtitiſſet. Nã ſeptem Electores egrè Imperatori obtemperant, & eiuſdem patrimonium ad nihil redactum Rex Hiſpaniarum Indiarum prouentu alit, pietatis, ac Religionis ſtudio, & ſi alter occupet, ſibi quiſque conſulet. Gallia de armis curat, proch dolor! & proprio, & alieno ſanguine abutitur, Anglia, Dania, Suecia, Europæ denique partes ſub diuerſis Principibus, ſic vt imperij corpus diſtractum male cohereus de his haud prouidere poteſt, Turça & ſi aliquam Romani Imperij vmbram immeritò preſefert potiùs ſalubriter conſtituta euertit, quam quid legibus conſulitum manis Tyrani rabies, & ſi aliqua illi de ſcholis cura Petrus Greg. lib. 8. cap. 5. de Repub. num. 3. vnde malum nulla medicabile arte, ſic cum noſtro Hiſpano Roderico Suarez, alleg. 24. num. 5. *O tempora! felicius, ſine tantis opinionibus Reſpublica viueret: data eſt iam cuique iudici licentia ad libitum iudicandi, cum in tanta commentantium copia, tantis varietatibus ingeniorum, ac conſiderationum diuerſitate, nihil tam iniquum, quod careat aliqua opinione Doctoris: reformatione Principis confuſio refrenanda eſſet.*

*Opinionum diſtintio, & capitis ſumma.*

Tamen inſtar medelæ ſit, modum in his adhiberi, ſic vt in communi opinione nõ protinus ei quis pareat; ſed potiùs iuris Principijs examinatis, cum ij omnes in-

ter-

terpretes non legum latores in communi contra communem, non pro amico ( vt Hieronymus Zeuallos, ) ſed liberius pro eadem ſua ſententia; in opinione communi tamen iniqua, quod legibus cautum reperiat, & ſi has iniquas iudicet Principem conſulat, vndè æquiſsima quæque ſequatur; in erronea opinione, ex diuerſa legũ intelligentia contracta leges abſolute *ſequatur*, emmẽdet, & corrigat prauos mores earum ignorãtia introductos, hæc propoſita ſic recenſebam.

Omnia quæ à cordis propria ſententia proficiſcuntur Iudicem inſtruere debent intra præſcriptos à iure tramites, l. 1. D. de prob. cap. 1. & cap. laudabilem, de frigidis Alciatus cap. 1. de off. ord. num. 84. non quod alij ſentiant, ſed quid ipſe ſentit à iudice poſtulatur, l. nemo 13. C. de ſent. & interlo. l. ſed, & licet 12. D. de off. præſid. ſic iudicium ab Authoritate decernit Diuus Hieronymus epiſt. ad Lætam, ibi: *Cæteros ſic legat, vt magis iudicet, quam ſequatur.* A Iudice poſtulatur ſententia propria ex actis, & probationibus allegatis, & confeſsione in iudicio de qua conſtet. Didacus à Couarrubias, lib. 1. cap. 1. var. reſolut. num. 9. ſecundùm, quæ rationis dictamen ſequatur, quod vt quale ſit cognoſcat de illo Cicero, lib. 4. de finib. boni, & mali, nec non Claudianus Panegyrico de 4. Conſulatu Honorij.

5 *Iudex opinionibus ne pareat, quia hoc eſt cõtra munus ſuũ ire.*

*Illa cum corpore lapſa,*

*In-*

*Intereunt hæc ſola manet buſtoque ſuperſtes euolat.*

Sit deniquè Theologis opinio non iuriſperitis, nam

*In dictis hominum non quis conſidero, ſed quid:*

*Contra in Diuinis, non rogo quid? rogo quis?*

Verùm enim verò ſi confeſſarius tenetur rei probabili opinioni accedere, etiã ſi confeſſarij crebrior Doctorum calculus tuetur, Ioannes de Medina, quæſt. 19. tract. 2. Franciſcus à Toledo, cap. 20. num. 7. Diana part. 2. reſolut. moral. tra-

4 *Aduocatus nõ debet probabilẽ clientis, ſui opinionẽ ſequi, quia non eſt inſtar cõfeſſarij.*

ctatu 13. Reſolut. 11. ratio ea, quia non ſolùm ex voto ipſius, ſed etiam ex errantis, ſeu committentis delictum iudicat Franciſcus à Toledo, lib. 3. cap. 2. Nauarrus prçludio 9. num. 9. Vigue. verſ. 9. c. 3. Silueſter in verbo cõſcientia, & paritate rationis in Aduocato ſunt, qui velint Diana loco ſupra citato, & reſp. 4. 6. 14. ſic vt æquè Aduocatum, & confeſſarium, rei, & clientis probabilem opinionem (reiecta probabiliori) ſequi deceat, dũ eos de probabiliori certos faciat Diana, dict. tra-

*Confeſſarius de rei conſcientia conſuliter ſecus aduocatus.*

ctat. 13. reſolut. 14. in primò hanc rationis paritatem nego in Aduocato, & confeſſario, & in iudice mecum ſentire dixeris, quos Diana congerit, dict. part. 2. reſolut. mor. tract. 13. reſolut. 6. quippè Aduocatus non eſt in hoc inſtar confeſſarij, nam confeſſarius de patratis delictis iudi-

cat,

cat, de hisque illum conſulimus, quibus tranſigendi locus, Aduocatus de futuris, in litè minus iuſta conteſtanda, in quibus falendi ſuſpitionem fugere debet, Vlpianus, l. qui cum 9. de tranſact. l. iuriſgentium 7. §. ſi ob maleficium, D. de pactis de tranſactionis ratione Alciatus, latè in commentarijs ad l. pacta 20. D. de pactis, Vlpianus, l. generaliter 26. Pomponius l. veluti 27. Papinianus, l. ſi flagitij 123. D. verb. oblig. tamen de his, quæ ad animarum ſalutem immediatè pertinēt alijs iudicium, me ſat erit conſtanter aſſerere, nec iudicem, nec Aduocatum aliter patrocinium ſuſcipere, ſententiamvè proferre Reipublicæ conuenire, quam propriæ mentis rationi parentes legibus informatæ, non probabilis, aut probabilioris Authoritati, quo primùm id vtile apparet, vt non ſit opinionibus locus, hocque onere forenſis liberetur ſarcina, ſatis abſque illis grauis, quod dictum accipias de Aduocato, & iudicè, qui eam præ ſe ferunt doctrinam, quam legibus inditam eſſe comperio, l. 2. tit. 9. lib. 3. R. & explicatur, l. 5. tit. 4. part. 3. §. fin. Inſt. de iudicijs, Gomezius, l. 2. Tauri num. 4. 5. in Romanorum legibus duplicem cognitionē eſſe dixerim aliam Iuriſconſultorum aſſertioni maximè accomodatam aliam Iuſtiniani propoſito ſecundùm illud, l. tanta 2. §. contrarium, C. de ver. iur. enucleand. hanc propriùs Donellus reſpicit, il-

5 *Aduocatus, & Iudex, qui legitimā ſcientiā præ ſe ferunt opinionibus ne pareant hic in iudicando ille inconſulendo.*

*Legum duplicem cognitionem iure communi.*

illam Cuiatius, vt videri poteſt, in legum interpretatione, l. qua ratione 9. §. ſed nõ vti, D. de adquir. rer. do. l. in rẽ 25. §. ſed & id, D. de rei vind. Donellus lib. 4. cõm. iur. cap. 36. Cuiatius dict. l. in rem 25. §. ſed & id, D. de rei vind. ad Edictum Pauli compoſitoribus legum omnem impartitur Princeps Authoritatem, Iuſtinianus in Digeſtorum concept. §. ſed nec ex multitudine, &c. Sed non ideo Cuiatium, Duarenum, Fabrum damnat, & ſi Paratlitæ modum exceſſerint, textus emmẽdauerint, hiſtoriam Proculeianorum, & Caſij enarrauerint, cum finis, legum explanatio illis ſit; reliqui verò, qui longius illationibus iere non ita Iuſtiniano paruere, quomodo tamen nos has Doctorum opiniones accipiamus videndum ideoque (quaſi impetrata venia tanti conatus) totam denique quæſtionem, ſic partiri libet, & proprius dubia reſerare.

6 *Authoritas prima in iure, ſeu potiùs parendi neceſsitas.*

Primam iuris Authoritatem libri à Principe approbati, qui Hiſpanis iura decernunt, obtinent; Recopilationis Partitarum, l. 1. Tauri ibi Gomezius, Fori Styliue dum horum vſus probetur, & quo modo Ioannes Gutierrius, lib. 2. quæſt. 93. num. 3. & 4. & Summorum Pontificum Canones, qui etiam præualent in decernendis cauſis ad animarum peccata obuiãda pertinentibus ſecundum Bartolum, l. leges 3. C. de legib. & melius. l. 1. § cum-

cumque, C. de vet. iur. enucleand. Imola in c. fin. de præſcipt. crim. Andræas Alciatus, in l. priuilegia 12. C. de Sacroſ. Eccleſ. Secundam ius Cæſarum, cum diſtintione antiquorũ, quod ius commune appellamus ex voto, l. 1. Tauri tanquam dicta ſapientium in Proœmio Partitarum, ibi: *Fizo, y ordenó las ſiete partidas ſabiamente, ſacadas de las leyes de los Emperadores, &c.* Antonius Gomezius tom. 3. c. 3. n. 56. de homicidio, idem dic. l. 1. Tauri in 1. Ludouicus de Molina lib. 3. c. 12. n. 11. de primogenijs, Germaniæ ius in Hiſpania nullum, cum Reges Hiſpaniæ Maurorũ iugum excuſerint propria virtute, veterum Annales cõſule, nam iuriſdictionis vmbram excuſiſſe conſtat ex Mariana temporibus Alphõſi Regis, cui Caſto cognomen, & merito eam repuliſſe Carpenſem Bernardum iam prius à Gothis vindicatam Mariana libr. 7. capit. 25. de reb. Hiſpan. & ratio repulſæ apparuit ſub alio Alphõſo, qui deſtitutus à cunctis Germaniæ, & exterorum auxilijs, proprijs Hiſpanorum viribus Maurorum acies profligauit, lib. 11. capit. 25. idem Mariana de reb. Hiſpan. adde quod à Gothis originem trahunt (vt inſinuaui) qui exempti à Romanorum ditione ſemper fuere, quæ omnia à longo repetita principio vtiliter vide ex Didaco à Couarruuias doctiſsimo Hiſpanorum in lib. 1. capit.

*Authoritas ſecunda cum parendi neceſsitate.*

1. pract. quæſt. nec non ex Ludouico à Molina lib. 1. de primogenijs, capit. 2. numer. 14. ſunt, & Feudorum libri, qui cum generaliter, qui decernunt, æquam iuris communis authoritatem obtinent traditum in Feudorum Præludio. Tertiã authoritatem libri nec approbati, nec reprobati, quos enunciatiuos appello, vt ſunt hiſtoriæ receptæ, & eam habent authoritatem, quam veteres illis attribuerunt, per c. cum cauſam extra de probationibus, Bartolus in l. legata 9. D. de ſupellect. legat. optimus textus l. 1. D. de contrahend. empt. §. item præiudicium, inſt. de contrahend. empt. Didacus à Couarruuias lib. 4. cap. 14. var. reſolut. vbi de apocryphis, & agiographis libris, & præcipuè capit. 16. & 17. Petrus Gregorius lib. 12. de Repub. capit. 7. numer. 11. & lib. 16. capit. 6. & capit. 7. & 8. per totos, D. Franciſcus Salgadus qui plures congerit, part. 3. capit. 10. de Reg. protect. vi op prel. appell. numer. 278. Quartam quicumque libri diſpoſitiui communi Doctorum conſenſu, vt ſunt Medicinæ Hypocratis, & Galeni, in Theologia Diui Thomæ, & ſacris literis Hieronymi, & in vtroque (ſalua Diui Hieronymi dignitate) Diui Auguſtini ſanctę Eccleſiæ Doctorum, & Scoti, quibus accedimus ex Regula illa nempè, quia vniquique in ſua ſcientia fides tribuẽda ſit, l. 1. D. de vẽt inſ-

7. *Authoritas tertia in iure dicundo ex facto.*

*Authoritas quarta in iure dicendo ex facto.*

inſpic. l. ſemel. 6. C. de re milit. ſummè hoc ideo placet Antonij Gomezij nota, to. 3. capit. 3. de homicidio, numer. 8. dicẽtis veneni probationem experitis aliàs falax, ex l. confeſsionibus 13. D. de interrogat. in iure, l. indè neratius, §. fin. D. ad leg. Aquil. & facit Rodericus Suarez allegat. numer. 8. Obtinent authoritatem iuris Interpretes, quoties nihil contra dici poteſt, quorum nullam eſſe debere authoritatem contendo iuri communi, & ſi aliter admiſſum à Doctoribus, ex l. 1. D. de off. quæſt. qua ſi verum amamus eo textu tantum docemur de facto Doctorum authoritati credendum, non verò de iure, nam ibi dubitat Vlpianus, an Romuli, & Numæ Pompilij temporibus Quæſtores ſtitiſſe credendum, & profert fuiſſe Iulio Hoſtilio Regnante, quippè negari non poteſt, quia crebrior de hoc apud veteres opinio eſt, Cornelius Tacitus libr. 11. ann. capit. 5. inter eos fuit, qui ſub Regibus fuiſſe afferit, ibi: *Sed Quæſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, quod lex Curiata oſtendit, ab Lucio Bruto.* Repetita illam opinionem præferri deberi, quæ communis eſt, cum quadam parendi neceſsitate dixit nouiſsimè Doctiſsimus Franciſcus Salgado, part. 1. de Reg. protect. capit. 2. §. 3. num. 2. & 5. ſed hoc præcipuè ob-

*Fides vnicuique ſua ſcientia tribuẽda.*

*Authoritas quinta Interpretum communis opinionis, quam nullam eſſe contando.*

*Senſus l. 1. D. de off. quæſt.*

*Communi opinionibaut parendum.*



Digitized by Google

ſeruandum ab illis iudicibus, qui iudicij ſui rationem reddere cupiunt paribus, aut ſuperioribus, vt ibi in actis extraordinarijs, meræque defenſionis, quod, & ſatisfactionis cauſa etiam ſubditorum feciſſe Auguſtum patet. Suetonius capit. 89. ibi: *Quo magis perſuaderet vtramque rem, non à ſe primo animaduerſam.* Sed noſtrum paradoxum magis, quod fieri placet reſpicit, quam id quod factum eſt, quare alteram etiam in communi opinione propriæ menti principijs iuris informatæ parendum, quoties de iure conſulimur, nam de facto plurimum authoritati virorum concedimus vndè Principis fides totius populi vicem gerit, l. 1. D. de conſtitutionibus Principibus, §. ſed quod, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. integræ frontis homines plebis rumoribus, & etiam ſenſibus, dum ipſi ſenſibus quid percipiũt præualeut, l. teſtium 3. D. de teſtib. Nouel. 90. de teſtib. cap. 1. congerit Ludouicus à Molina plura de hoc lib. 2. de primogenijs cap. 6. & de probatione circa qualitates ibidem, n. 34. cùm aliter facere ſit cõſtituere plures leges, plures dominos, cui incõmodo occurrere voluere Sylla, Auguſtus, & Tiberius Tacitus lib. 13. Ann. capit. 4. & deniquè Iuſtinianus noſter, pœnamque falſitatis huius rei cauſa in

*Princeps totius populi vicem gerit.*

ver

verboſos iuris commentatores textuum ſimplicem tantummodo explanationem permittens in Authoritatem Doctorum ſanciens, & puniens animaduertitur, l. tāta 2. §. hoc autem, C. de veter. iur. enucleand. vnde, & ſi æquè nobis nulla cōtraria aduerſa ratio Authoritati ſit, ei accedere debemus, non tanquam Authoritati, ſed tāquam iuris rationi, nam communis opinionis Authoritati accedere in iure, hoc caſu, nullo iure tenemur, potiùs vetamur, & ſi aliter cōniuentibus Iuriſconſultis noſtri temporis, ſeu potiùs aſſerentibus litem ſuam Iudicem facere firmatur, Iacobus Menochius lib. 2. præſumptione 71. num. 71. quando illa communis opinio ſolet obſeruari Foro, atque ita detegitur dolus, nam tunc erit conſuetudo, ſed tamen illo propoſito ſi ius deficiat, quod haud fieri poſſe dicam, cum ius ſit conſuetudo, l. de quibus 32. D. de leg. §. conſtat autem Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. niſi per conſuetudinem præſcriptam, vt ex Fori legibus per lapſum decem annorum pluralitate actuum ſaltem duorū Gomezius dic. l. 1. Tauri, num. 8. & ſi cum illis tenere videatur Viualdus, qui plures dubius numerat, lib. 26. cap. 2. lit. B. in Notatis ad Donellum, & ſi hæc ipſe tamen quæ retorqueri in illos poſſunt verbis: *Id quod de iure noſtro præcipuè dici poſſunt.* Dum multitudinē opinionum inculpat, & ſubſequentia, ibi, & infra. *Sæpiſſimè etiā*

*Litem ſuam facere iudicem qui non ſequitur cōmunem opinionem.*

*magno cõſenſu noſtrorum traditum eſt eius, quæ euidenter falſa, quæ lege conuinci, aut ratione meliori, vrgentique, ac vehementi cõ ueli poteſt, rationem in iudicando habendam non eſſe.* Rurſus audatiam reprehendit eorum, qui à communi dicedunt, quod nec probo ex prædictis, cũ melius fuiſſet nullam opinionibus authoritatem tribuere, cum pateat, contra hunc Reipublicæ perniciòſum morem inſiſtere vtile, & legibus cautum, ita fecere, qui publice olim reſpondebant, veritatem præ oculis habentes, inter quos, & noſtros iudices, nullum diſcrimen, quatenus ad effectum attinet, cũ ab eorum placitis diſcedere nefas fuerit magiſtratibus, l. Paulus 11. §. qui cũ D. de ſtatu homil. neceſſariũ, 2. §. & vt obiter, & D. de orig. iuris, §. reſpõſa inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. huc tendunt iuris Interpretes, qui reperta propria legis intelligentia à communi diſcedunt, idque multò magis iudex facere debet à quo ſententia petitur iuris informata nõ Doctorum opinionibus Gomezius, l. 1. Taur. num. 9. nõ multum à noſtra diſtat ſententia, cum rationem naturalem poſt legem, & conſuetudinem ponat, & ex ea prius iudicandum ego tantum addi ex ea iuris præceptis informata: deinde Gomezius fatetur vni quã pluribus Authoribus credere fas eſſe, num. 9. & num. 10. nec ea Tauri lege in fine minus aſſertio noſtra adiuuatur, & ex Authorũ authoritate damnum

8 *Authoribus illorum, qui publice reſpondebãt*

num

ñum demonſtrat, ibi: *Y entre ellas hizimos vna ley, y ordenança, que habla cerca de las opiniones de Bartulo, y Baldo, y Iuan Andres, y el Abad: qual dellas ſe deue ſeguir, y porque aora ſomos informados, que lo que hizimos por eſtoruar la prolixidad, y muchedumbre de las opiniones, ha traido mayor daño, è inconueniente. Por la preſente reuocamos, caſſamos, y anulamos en quãto à eſto todo lo cõtenido en la dicha ley, y ordenãça por nos hecha en la dicha villa de Madrid.* Gloſſæ ideo ſumma authoritas, quia raro ex ſuo capite Acurſius quid dixit, Bartolus, l. 1. D. de collat. idem Bartolus, & Iaſon, l. vt vim. 3. D. de iuſtitia, & iur. ſic vt legibus poteſtas concedatur, ſunt tamen plures caſus, quam leges, Iulianus, l. non poſſunt 12. Vlpianus, l. nam vt ait 3. D. de legib. vnde in illis, quæ non ſecus à legibus diſpoſitum reperimus congrua rationis, & iuris illatione Bartol. & in Canone Innocentij maxima authoritas eſt, & eorum, qui exactè de aliqua re ſcripſere, Cuiatij, Duareni, Viglij in textuum iuris communis intelligentia, Iulij Clari, Proſperi Farinatij in criminalibus, Angeli, & Hipoliti de Marſil. Cæpolæ in ſeruitutum iuribus, Donelli in iuris diſpoſitione, & titulo de acquirend. rer. dominio Antonij Fabri in copia circa iuris principia Sigiſmundi Scaciæ in tractatu de appellationibus Ludouici de Molina de Primogenijs Hiſpa. Thomaſi Sãchez diſ-

*Caſus, & ſi plures legibus non ideo minus iure cõprehenduntur ſcripto.*

*Authores aliqui, quia liquibus quæſtiones præcellent.*

putationibus de ſancto matrimonij Sacramento, Ioannis Gutierez de iuramento confirmatorio, Didaci à Couarruuias in omnibus, quæ doctiſsimè ſcripſit, nec non Rodericij Xuarez inter noſtros Hiſpanos nemini inferioris, Ioannis Parladorij in executionis effectu, Doctiſsimi Franciſcij Salgado tractatu de Regia protect. ſimiles omnes, vt inſinuaui duces, ſed non domini, & cum iudicio legendi, nam in gloſsis magis ingenui procedunt, & ſi in tractatibus acurati plures, aliquando ambitioſi, in conſilijs alij non nunquã audaces, quidam in allegationibus plerũque ſubdoli, quare ita Doctorum authoritas teneat nos, vt iuri omnis authoritas impartiatur ſeu potius iuris dicatur, prædicta incommoda fugientes, vt Iuſtinianum ad notare aſſeruerim dic. tit. de digeſt. cõcept. & dic. l. tanta 2. C. §. hoc autem, l. nemo 13. C. de ſentent. & inter. l. ſed licet, 12. D. de off. præ. nam, & ſi plures caſus ſint, quam leges dic. Iuliani, l. non poſſunt 12. l. nam, vt ait 13. D. de legib. vbi, illę deſunt recurrendum ad iuris principia, quæ pro legibus obſeruantur, cum totum corpus ciuile vna lex ſit omnes caſus cõplectens, cum ſatis iudicis animum informet, l. præcipimus 32. §. fin. C. de appellat. l. nõ eſt nouum, 26. l. ſed, & poſteriores, 28. l. ideo quia, 27. D. de legibus, & ſi ſcripto nihil ex legibus deduci poteſt, interminis remanemus iuris naturalis, ſic vt cum

ſquid

Digitized by Google

quid addimus, vel detrahimus iuri naturali ius ciuile efficimus, l. ius ciuile 6. D. de leg. §. jus autem inſt. de iur. nat. gēt. & ciuil. ita cum quid detrahimus ad ius naturale rationis præceptum peruenimus, dixi, quæ ſit authoritas communis opinionis, quę ſi non iure approbata fulcitur, tamen nihil contra dici poteſt, & eius cōmunis opinionis, quæ principijs iuris nititur legitimis conſequentijs, quam ideo complectimur, quid nos opporteat ſequi in communi contra communem nunc videndū, an pro amico? An nouæ leges obtandæ? Ad primam dubitandi rationem Didacus à Couarruuias pro noſtra ſentētia verba facit, quia & ſi legibus reſpondere poſſem, cum earum hodie minus authoritatis ſit, quam Doctorum doctrinæ, illius verbis vtar. lib. 2. var. cap. 12. num. 5. *Tamē lector optime in hac controuerſia, vt pluribus alijs eo ventū eſt, quo pares ſint vtriuſque partis defenſores, & vtraque opinio communis cenſeatur, atque hinc perpendere opportet maximè cauendum eſſe ab his contentioſis diſputationibus; & diligenter inueſtigandum, quid iuris vtriuſque conſtitutionibus potius probetur.* D. Franciſcus à Salgado in communi contra communē appellantem obtinere, nam in dubio, vim facere, non deferens creditur Iudex, part. 1. capit. 2. §. 3. de Reg. protect. numer. 16. & 31. tamen ille doctiſsimus non raro contra communem ex communi, appella-

*Iuri ciuil cum quid detrahimus in terminis iuris naturalis peruenimus*

9 *Communis contra communem reijcitur authoritas.*

pellati partes tutatur, part. 3. c. 2. num. 22. & 23. & c. 7. numer. 6. & toto, cap. 18. de Reg. protect. immo leges interpretatur cõtra cõmunem ex iuris ratione, part. 4. cap. 12. num. 124. vſque ad num. 129. eiuſdẽ, lib. de reg. protect. Ludouicus de Molina, lib. 2. cap. 8. de Hiſp. primogenijs cõtrafacere incuſat, num. 33. ibi: *Quod vitium noſtris Iuriſconſultis frequenter contingere ſolet, vt plurimum, nãque iura ac rationes, nec diſcurrentes, neque conſiderantes, more auium ſequũtur volatum anterioris.* Iacobus Menochius, lib. 2. præſump. 71. n. 2. *Numerum authorum tamen ex rationibus comprobandum. num.* 39. Excuſari iudicẽ deniq; fatetur qui, in dubijs opinionib' eã ſequitur, quam ſui conſcientia credit veriorem, num. 38. aut melius Couarruuias dic. lib. 2. variar. cap. 12. num. 15. principijs iuris inhærere opportere, nam ſi pro amico, vt refert Ceuallos, conſule litigatoribus.

*Si iudex tibi ſurdus erit deſertus a bibis:*
*Et fruſtra amiſſa lite diſertus eris.*
*Iudicibus plus, quam iuri ſtuduiſſe iuuabit,*
*Hos tibi, quam leges concilato prius.*
Et riſum imperitis indicemus, & obijciét,
*Ex quo cœleſtum terras Aſtrea reliquit.*
*Vltima ſignifero legit in Orbe locum.*
*Templum iuſtitiæ, legũque euertimus aras*
*Scit que fere ſolũ ius dare cuique Cocus.*

Vnde nobis ſentit etiam Menochius, 2. præſ. 71. num. 38. Gail. 1. obſer. 139. n. 9. Scac.

9. Scac. obſeruat pract. cap. 23, num. 11. & ſeqq. & reuera Doctorum authoritates ex iuris rationibus recenſendæ Tiraquellus ad l. ſi vnquam 8. C. de reuocand. donationib. num. 31. Vveſembechius, c. 6. num. 64. & conſ. 40. num 23. & ſi vt illi profitentur, qui opidionem veriorem iudicat, & ſequitur ex animi ſui ſententia excuſatur; quanto magis excuſari debet, qui iudicat ſecundum iuris præcepta? Et ſi opinionem ſimpliciter ſumptam abſque præceptis iuris fulcro ſequi licet, quanto magis propriæ mentis rationem legibus informatam; Cum hoc vltimum ipſi moneant. Ad ſecundam an nouæ leges obtãdæ? Minimè, cum legum multitudo vitãda ſit, & anſam præueremus erumpentibus alijs ſuper alias difficultatibus, & rurſus incideremus in illud incõueniens, cui Iuſtinianus obuiã it, alijque antea Principes, vt inſinuaui Sylla, Pompeius, Iulius Cæſar, Suetonius in eius vita, cap. 44. *Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſaque legũ copia optima quæque, & neceſſaria in pauciſsimos conferre libros*, & Auguſtus Ceſar ſed bellorum neceſsitatibus impediti: de inde Tiberius, Tacitus, lib. 3. ann. cap. 4. ibi: *Ac nebello quidẽ Italico, mox ciuili omiſſum, quin multa, & diuerſa ſciſcerentur donec Lucius Sulla Dictator abolitis, vel conuerſis prioribus, cum plura addidiſſet otium ei rei haud in longum parauit, & ſtatim turbidis Lepidi ro-*

*rogationibus, neque multo plus Tribunis adita licentia, quoque vellent populum agitādi. itaque non modo in commune, ſed in ſingulos homines latæ quæſtiones, & corruptiſſimæ Reipublicæ plurimæ leges.* Titus Liuius Decade 1. lib. 3. cum de origine legum ab illis Duodecim tabularum in cunabulis, ſic: *Qui nunc quoque in hoc immēſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo fons.* Erant olim, vt ſupra annotaui, qui publice reſpondebant, & illa eorū authoritas, vt iudici non liceret ab eorū ſententijs recedere, ſed tamen hæ ſententiæ, & conſultationes haud vim legū obtinebant, donec longo interuallo, & perpenſo iuditio ex his quaſdam Imperatoris electione, & approbatione cōfirmatas eſſe, cōſtat. dic. l. neceſſarium, 2. §. & obuiter, D. de orig. iur. quo textu docemur id non ambitioſe quærendum vltimis verbis: *Hoc non peti ſed præſtare ſolere*, de his verum prudentum reſponſis dic. §. reſpōſa inſt. de iur. natur. gent. ex quo deduco non recte obſeruari inſtar legum Rotæ deciſiones ob prædictas cauſas, & vltra quia, ſi quid in ſingulos committitur minus noxium, ſemelque erratur, at quod in vniuerſum conſtituitur, ampliorē, & maiorem indaginem deſiderat, ideo male aſſeritur abſolute ſentētiā ius facere, obuiter Rodericus Xuarez alleg. 19. num. 16. ex l. ingenuum, 25. D. de ſtatu hominum, cum ipſo textu patet, tantum in ea ſpecie pro-

*Authoritas illorum, qui publice reſpōdebant nō vltra præſcriptam cauſam, nec vim legis obtinebant.*

10 *Legiſlatorum munus longe maius, quam iudicum vnde diuerſa forma inter hos.*

*Deciſiones Rotæ.*

pro certò haberi, quem ingenuum, cum talem eſſe declarat ſententia: Vlpianus, ibi: *Quia res iudicata pro veritate accipitur.* Ex diametro illud Hieronymi Zeuallos pugnat in ſenteutia non dandam eſſe cauſam, ne impugnetur, tomo 2. quæſt. 718. Doctiſsimus D. Franciſcus de Salgado illud aducit Rotam rotare ex Menochio lib. 2. præſumpt. 71. nu, 15. Salgadus part. 1. cap. 1. prælud. 3, num. 273. libr. de Reg. protect. nam, & ſi iudices, nec clemẽtiæ, nec ſeueritatis gloriam affectare tenẽtur multo magis Legislatores, proculque hos affectus habere debent, vndè in illis Taciti ſententia placet in ſcribendo, & multo magis in condendis legibus, ſic ille, lib. 1. ann. capit. 1. *Indè Conſilium mihi pauca de Auguſto, & extrema tradere mos Tiberi principatum, & cætera ſine ira & ſtudio, quorũ cauſas procul habeo.* Thomas Sanchez ſuis diſputationibus de ſancto matrimonij Sacramento, tom. 1. lib. 2 diſp. 14. num. 4. *Sic etiam Summus Pontifex ſimpliciter ius dicens priuatis, aliquam fert ſententiam, non conſtituens, vt illius interpretatio generalis ſit, &c.* Concludit, nec vim legis obtinere, vbi iura, & authoritatis Doctorũ adducit, & etiam quoties de re iudicata agitur ſententias ſtrictè interpretandas, l. 1. C. ſi plur. vna ſententia l. ſi iudex 10. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & ſi propria verborũ ſignificatione Aretinus l. cum lege 26. D. qui teſt. facer.

*Sententiam etiã Summi Põtificis nec ius facere.*

cer.poſſ. Didacus à Couarrubias libr. 3. cap. 5. num. 8. var. reſ. ideo quaſi hoc præ oculis Iuſtinianus haberet, l. nemo 13. C. de ſent. & inter locut. talia verba profert: *Nemo Iudex, vel arbiter exiſtimet, neque cõſultationes, quas non rite iudicatas eſſe putauerit ſequendum, & multo magis ſententias eminentiſſimorum Præfectorum, vel aliorum procerum (non enim ſi quid non benè dirimatur, hoc, & in aliorum Iudicum vitium extendi opportet, cum nõ exemplis, ſed legibus iudicandum ſit) neque ſi cognitionales ſint ampliſſimæ Præfecturæ, vel alicuius maximè magiſtratus pro latæ ſententiæ: ſed omnes iudices noſtros veritatem, & legum, & iuſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus.* Quid euidentius aduerſus Rotæ Deciſiones, quid eficatios aduerſus legum peruerſionem ex Interpretum libidine, quæ in Reipublicæ perniciem tendit, & ſi iam ſtulta ſit clementia perituræ parcere chartæ, vndè ipſi abſque doli lauè, ſed non æquè forſitan nos, qui illis tantam talẽ qui authoritatem tribuemus: *Cum, qui ante nos iſta mouerunt non domini noſtri, ſed duces ſunt.* Seneca lib. 4. Epiſt. 33. peiuſque eſſe legibus cõſtituendis errare, quã hominẽ interficere Plato de iuſt. nullã cõſtitutionẽ Alex. Seuerum ſacraſſe abſque viginti Iuriſperitis, & quinquaginta doctiſsimis viris, Petrus Gregorius, lib. 10. de Repub. c. 5. n. 13. darique illis ſpatium ad cogitandum, conſonat illo decem virorum

*Leges condere arduũ perpenſique iuditij oppus.*

per-

permiſsio, qui populo exhibuere Duodecim tabularum leges, vt in eas inquirerēt Liuius Decad. 1. lib. 3. ibi: *Ire, & legere leges propoſitas iuſſere, & poſtea plus polere multorum ingenia, conſilia que verſarent in animis ſecum vnam quamque rem agitarēt.* Sit Theologis, & alijs ſcientiarum profeſſoribus communis opinio non Iuriſconſultis, a quibus potiſsimū ſua propria ſententia petitur, & ſpectatur, ne Reſpublica multiplici opinionum onere laboret, ne ſapientiores Turcæ videantur, qui ex arbitrio lites dirimunt, & ſi in hos dici poteſt.

*Tollere ſcis morbos: at quomodo? Tollis, & ægros.*
*Quodque facis (Iudas vt) cito Cina facis.*
*Qui tuus eſt patiens, ò terque, quaterque beatus!*
*Ægrotare illum, non patiere diu.*

Vigelij exclamationem logum eſſet audire in Præfatione inſtitutionum iuris ad vſum Fori, illa tamen animaduerte: *Turcæ ius ſuum multis commentarijs onerari non ſinunt, cum iſtis commentarijs per contrarias interpretum ſententias ius obſcurari potius, & incertum reddi, quam illuſtrari ſoleat.* Sit opinio, quædam veritatis præſumptio ad veritatē indagandam, ſed non inſtar illius iuris, & de iure, a qua recedere non licet, Paulus l. ſeptimo 12. D. de ſtatu homin. Scæuola l. Imperatores 29. §. mulier, D. de prolat. & præſumpt. & ſi con-

*Præſumptioni iuris, & de iure oponitur probatio, & conceditur.*

contra probatio admitti poteſt, ſi excep-tio non oppponatur, Alphonſus ab Azeue do l.6.tit.2,lib.4.&.5.nu.21. quippè opi-nio nihil aliud eſt, niſi quid ex mentis cō-

11 *Opinio quid.*

iectura inuentum, inueſtigationique prædentum relictum ideo rectè exclamare licet, dum cæca obſtinatione eius authoritati paremus.

*Heu quantum in terra dominatur opinio! verum.*

*Neſcire me putas, & dubitare vetas?*

*Qui dubitat non errat adhuc in vtrumque paratus.*

*Error opinando, non dubitando venit.*

*Opinio communis, nec conſuetudini adæquanda.*

*Communis opinio haud legi ex noua cauſa deroga re poteſt ſecus conſuetudo.*

*Communis opinio iuſta diuerſa à lege nullam trahere debet authoritatē ſecus cōſuetudo.*

Quæ nec conſuetudini comparanda, vt ex aliquibus differentijs, ſeu earum effectibus patet nam conſuetudo ex noua cauſa derogat legi, etiam de futuris prouidēti, quod tamen communis opinio facere nequit, communem authoritatē habeat, ſed contra legē, & ſi iuſta ex cauſa in cō ſulto Principe nullam vim obtineat, l.1. C.de leg.l.1.Taur. conſuetudo cui nō derogat lex, nec damnat non tollitur lege generaliter promulgata, cum iuſta ſit cōſuetudo, & arbitrio iudicantis relinquitur, vtrum magis Reipublicæ expediat, §. ſine ſcripto, inſt.de iuſt. & iur.l. diuturna 33.D.de legib.l.cum de conſuetudine 34 cum ſeqq. D.eiuſd.tit. quam authoritatē neque habere debet communis opinio à legis mente diuerſa, & ſi æquè iuſta cenſeatur: quia nullam legis vim præſe fert,

ſe-

ſecus enim conſuetudo, cū ex tacito populi conſenſu iuſta legis vim ſubſcipiat, dictis iuribus, & l. de quibus 32. D. de legib. cap. 1. de conſuetudinib. in 6. quid ſi iniqua ſit opinio? Quid ſi errore ducta? Nam iniquæ conſuetudini in præſens, & futurum tempus per legem corrigitur, cap. vlt. de conſuetudine, idem fortius in opinione iniqua adde, quod conſuetudo prohibita ſimpliciter ex tacita legis mente iniqua habetur. Abbas in cap. 2. nu. 7. de probationibus Bartolus in l. vlt. D. de legat. 2. idem in communi opinione dicas, ſed quid iuris vbi ex errore in legis intelligentia, & communi Doctorum opinione in conſuetudinem equam abijt, cōmunis opinio? Nonne hæc opinio? Hæc conſuetudo ex tacito populi conſenſu vim legis habebit? Maiorem, & fortiorem iuſta cōſuetudine: quæ ex iuſta cauſa derogat legi, aut cum æquè iuſta, & diuerſa à lege promulgata, & accepta iudicis officio relinquitur, quam ſequatur? Minimè diſcriminis ratio, quoniam aduerſus legem intellectam, aut extra, conſuetudo valeat non in legem, quam non intelligit, quia nemo contra incognitum nititur, nulluſque populi conſenſus errantis, l. ſi per errorē 15. D. de iuriſdict. l. in repudiāda 23. l. is qui hæres 13. l. nec is qui 17. §. fin. D. de adquir. vel omittēd. her. l. conſuetudinis 2. C. quæ ſit long. conſuet. vndè in conſuetudinem peruer

12. *Cōmunis opinio, quæ in conſuetudinē abijt errore, nec vim legis obtinet, etſi cauſam cōſuetudini dederit.*

M ſa

ſa legis intelligentia cōtractam comperta veritate audacter iudex eat, & æquè contra quamcumque, & ſi communem opinionem, nec contra ſtare dixeris ſententia Vlpian. l. Barbarius 3. D. de offic. Præſid. qua tantùm aſſertum reperies præterita facta à ſeruo iudicata non retractari, quod forſitan placet in rebus iam ſemel iudicatis non æquè iudicādis, nec magis obſtat Pauli textus, l. minimè 23. D. de legibus quippè, & ſi verba illa vrgere videantur: *Minimè ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt*, facilè reſpondes certam interpretationem illam eſſe, quæ rectè, non quæ perperam, & ſi noſter Antonius Gomezius niſi Principe conſulto ab illa iudicem nec diſcedere poſſe teneat in expoſitione, l. 22. tit. 1. part. 7. tom. 3. c. 3. variarum, n. 56. ibi: *Quia communis error & practica eſt iam redacta in conſuedinē*, cuius aſſertioni ex prædictis ſatis reſpondimus, nec nō ex vltimis verbis, l. 1. Tauri, reſpuentis præſcriptionem contra leges Regias, & ſic excuſari litigantem à culpa non iudicem ſi conſuetudo procedit ab in iuſto principio ſic accipio, quos aducit. D. Salg. part. 2. de ſuplicat. ad ſantiſ. cap. 20. n. 42. 43. & 44. Nec nouæ leges obtandæ, vt inſinuabi, potius vtilē dicerem ſingulis annis aliquibus minus neceſſarijs authoritati derogare, illaſque ex aluo radere, & delere ſat Philoſophiæ da-

*Gomezius ter tarem conſtituere poſſe conſuetudinem dixit.*

*Leges ſingulis annis minuendæ potius, quàm numero augendæ.*

datum corpore iuris communis, ſimulqſ opinionibus fidem emedio tollere hoc proprius Principi competit, à quo *maius aliquid, & excelſius poſtulatur*, vt verbis Taciti vtar. lib. 3. ann. c. 9. Petr. Gregor. nec aliter, lib. 4. de Repub. c. 6. n. 12. cum ſeqq. multitudinemque legum inculpat lib. 10. de Republ. n. 6. fuiſſeque Athenis ſex viros Nomothetas, qui penè id efficiebant, in annumque facultatem accuſandi legis Authorem habuiſſe docet, n. 14. c. 5. quibus nec te mouere debet magnorum virorum ignorantia, ſi qua in opinionibus, quàm in magnis viris non nunquã præſentit Seneca lib. 14. epiſt. 9. ibi: *Relictis his, quæ nunc magna magnorum ignorantia credimus.* Sic bene qui de fama ſi. & errore.

*Magni viri aliquando magni erroris occaſionẽ præuent, vt iuris interpretes verbo*

*Rumor rumores, errores parturit error:*
*Vt niuis exiguus creſcit eundo globus.*

Et aptius propoſitæ quæſtioni.

*Nec te dicentis moueat reuerentia, ſed quid*
*Dixit attendas, qua ratione probet.*

Ij licet magni homines fuere errare potuere in aliquibus, & ſi rarò, etiam in omnibus idem. Seneca lib. 2. epiſt. 115. *Dabo in quam maximæ famæ, & inter mirandæ propoſitos, quos ſi quis corrigat delet.* Non doctiſsimis viris doctiſsimorum virorum opiniones inter dico: ſed id ſuadeò, vt intrepidè eorum ſcripta, & opiniones poſsideant lucem legibus alaturas non imperioſum ducem non confu-

ſionem, & onus, ſed expeditionem, & leuamen, ſic vt pareamus ſpontè non coacti reliquis non ita in iure verſatis, & his qui alijs ſuperioribus iudicibus rationem reddere tenentur, diuerſæve iuriſdictionis has doctiſsimorum virorum opiniones iterum, atque iterum commendans.

# CAPVT NONVM.

## COMEDOS HVIVS ÆVI non fuiſſe in Hiſpania iuris, ſeu facti, vt alij, infamia notatos. ex interpretatione l. 4. tit. 6. par. 7. nec non ex l. 1. §. qui artis ludicræ, D. de his qui notantur infam. & incidenter, de Hiſpana comœdia, cum ex facti turpitudine perpendatur infamiæ pœna.

## SVMMARIVM.

TEXTVS interpretatio. nu. 1.

Factum turpe, legiſque diſpoſitio in iuris infamia cōcurrere debent. ibid.

Factum turpe tantum iuris infamiā non irrogat. ibid.

Pœna ignominioſa non irrogat infamiam ibid.

*Principem non decet iuris infamiam condonare.* ibid.

*Infamiæ pœna grauis.* ibid.

*Infamiæ effectus.* ibid.

*Verba in delictis ſtrictè, & propriè accipienda.* ibid.

*Verba, quæ duas ſententias exprimunt, ſecundum ſubiectam materiam proprius admittenda.* ibid.

*Gloſſæ lapſus.* nu. 2.

*Pretium augmentum, & diminutionem recipit.* ibid.

*Modus infamat, aut honorat, in pretij exactione.* nu. 3.

*In comedijs, & ludicrijs, tria concurrere debent ad infamiam irrogandam, quæ ſub duobus reſolui poſſunt.* ibid.

*Hyſtriones Romæ infames, in Grætia in honore habiti.* ibid.

*Infamia homines ad turpitudinem incitat. ſemel contracta.* ibid.

*Gloſſe duplex lapſus.* ibid.

*Comædi nulla lege Romana, & multo minus regia infamari regulariter, & longè infamiæ immanes noſtri temporis.* nu. 4.

*Infamiæ iuris Nero non derogauit.* ibid.

## Verba legis Partitarum.

*Otroſi los Iuglares, è los Remedadores, è los fazedores de los Zaharrones, que publicamente andan por el pueblo, ò cantan, ò fazen juegos por precio: Eſto es, porque ſe*

*ſe envilecen ante todos por aquel precio que les dan: mas los que tañen instrumẽtos, ò cantaſſen por fazer ſolaz a los otros ſeñores, no ſerian ende infamados.*

Quæ deduci videntur ex l. 1. §. qui artis, l. quod ait Prætor. 2. §. fin. D. de hisqui not. infa. artiuſque nodum aſtringunt Vlpiani verba Prætoris Edictum interpretantis, quam Partitarum leges, & ſi maximè conducere, dixeris, ad legem Regiam interpretandam.

Verba Vlpiani l. quod ait prætor 2. §. fin. D. de hisqui not. infam.

*Ait Prætor, qui in Scenam prodierit infamis eſt, eſt ſcena, vt Laueo definit, quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque ſpectaculum ſui præbiturus poſita ſit, in publico, priuatovè, vel in vico, quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa in certamina deſcendunt, & omnes propter præmium in Scenam prodeuntes famoſos eſſe Pegaſus, & Nerua filius reſponderunt.*

Cuius legis verba intelligenda veniũt ſecundum ſubiectam materiam ex Prætoris Edicto de exercentibus *artem ludicram*, patet l. qui autẽ 3. D. de hisqui not. infam. vnde reperiuntur excepti, qui ho- 1. *Textus interpretatio.*

*Factum turpe legiſq; diſpoſitio in iuris infamia cōcurrere debent.*

neſto modo ludunt, qui nec artem ludicram exercere conſtat, idque conſentaneum iuris philoſophiæ cum ſimul turpe factum, legiſque diſpoſitio cōcurrere debeat, neutrumque reperiri dixeris in comedijs Hiſpanis: *Eſt ergo infamia legitimæ æſtimationis amiſsio, ob facti turpitudinem.*

*Factum turpe iuris infamiam nō irrogat.*

Neque turpe factum abſque legis diſpoſitione infamiam irrogat, l. ictus fuſtium 22. D. de his qui not. infamia, l. eos qui docet, D. de decurionibus, l. ea quæ 13. C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. Petrus Gregorius libr. 31. Sintagma, capit. 29. num. 7. & 9. Bodinus lib. 7. de Repub. num. 289. l. 6. titul. 6. part. 7 Bartolus l. 1. D. de his qui not. infam. neque ignominioſa pœna,

*Pœna ignominioſa non irrogat infamiā.*

niſi alia acceſſerint, Gothophredus l. deſertorem 3. D. de re milit. neque ipſa lex abſque facti turpitudine, l. aliud 131. D. de verb. ſignif. l. 1. D. ad leg. falt. at ſi facto

*Principem non decet iuris infamiam remittere.*

turpi legis diſpoſitio interueniat, nec Principē decet queāb ea eximere abſq; publica cauſa Tiraquel. de iur. conſt. 3. p. limit. 7. num. 10. Rebardus lib. 3. coniecturarū

*Infamia pœna grauiſsima.*

cap. 14. infamiæ pœna grauiſsima dic. l. aliud 131. §. 1. D. de verb. ſignif. l. 1. D. ad l. falt. l. ſi in duabus 104. D. de regul. iur.

*Infamiæ effectus.*

effectus l. 1. §. ait Prætor D. depoſit. l. liberti 2. D. de off. aſſeſ. l. qui accuſare 8. §. alij propter D. de accuſationib. l. teſtium 3. D. de teſtib. l. Fratres 27. C. de inoff. teſt. & ſi vltimum expreſſum dic. l. fratres 27. D. non in iuris ſeu facti infamia, neq; in altera cauſæ, ſed in tertia, quæ non eſt vera

in-

infamia,& tantum prouenit honeſtorum virorum iudicio,de qua non diſputo à quibus veræ infamiæ,& pœnæ effectibus,diſſertationis gratia comædos Hiſpanos vindicandos ſuſcipimus,neque lege vlla notatos,neque delicto,neque iuris illatione ad quod probandum, in primis Partitarũ legem,ſingulaque eius verba excutienda ſunt.

1 *Otro ſi,los Iuglares,&c.* Dum lex generali vtitur verbo coarctari debet ad eius propriam ſignificationem, idque magis in delictis,Crauet.conſil.171.num.13.c. ſi à ſede de præbend.6.Flamin de Reſig. libr.9.quæſt.17.num.94.l.1.§.quod autẽ D.de aleat.cum non raro generale verbũ etiam ſpeciali acommodatum ſignificationi adaptetur,§.fin.Inſt.de legit. agnat. tut.§.ſunt autem,Inſt.de legit.agnat.ſucceſſ.l.inter agnatos 5.D.de vnde legitimi l.ſiquis nepotem 10.D.de adopt.l.in adoptionibus 5.D.eod.tit. quibus conuenit illud nempè, quod, quoties idem ſermo duas exprimit ſententias, ea potiſsimum accipiatur,quæ rei gerendæ aptior habetur,l.quoties 67.D.de reg.iur.l.ſi ſtipulatus 4. D. de vſur.& fruct. idque neceſſarium in pœnis Tiraquellus l. ſi vnquam 8.C.de reuocand.donat. expreſius Duarenus de legibus cap.8. Hugus Donellus lib.1.,cap.13.comment.quippè, ſi acceperimus verbum, *Iuglares*, de omnibus illis qui ludo delectant,& ſi id pretio fecerint

*Verba in delictis, & propriè, & ſtrictè accipiẽda*

*Verba quæ duas ſententias exprimũt ſecũdũ ſubiectam materiã propius admittuntur.*



Digitized by Google

maxime aduerſus ius ciuile, ſummamque ipſius æquitatem iremus, quo docemur non ſolum ſtrictè, & propria ſignificatione accipiendum, ſed etiam benigna interpretandas eſſe iuris diſpoſitiones, l. in omnibus 90. D. de reg. iur. l. benignus 18. D. de legibus: nam ſi aliter fieret plurimi, & abſque culpa tum ſordibus punirentur cõ-
1 prehenduntur ergo, ſub hoc nomine *Iuglares.* Vernacula ſignificatione los *Truanes.* Latino *Scurræ*, quia indifuſa legis ſignificatione ea eſt accipiẽda, quæ propria, & ſpecialis eſt, l. legato 37. D. de legat. 1. vndè Paulus Caſtrenſis docet eluſoriam ideo reddi teſtatoris voluntatem, ob nimis difuſam verbi ſignificationem, fortius Baldus l. cum proponebatur circa finem, C. de hæred. inſt. dicens, quod caſus pœnalis non recipiunt interpretationem extenſiuam, ſeu ſemilitudinariam quem, & alios adducit D. Franciſcus Salgad. par. 1. c. 3. num. 51. de Reg. protect. ita Gregorius Lopez ſalua tanti viri dignitate Hiſpanus Acurſius; quem diuini ingenij virũ appellat Iacobus Minſingerius, noſque Gregorium noſtrum iure poſſemus, hic immerito decernit omnes notari comædos infamia iuris, ſeu facti, nulla adhibita diſtinctione, tantum ductus verbo: *Hyſtriones.* Quod nec lege reperitur, & ideo magis immerito decernat cum ſubnectat olim, & ſecundum verbum, *por fazer ſalaz*, eos qui nihil contra bonos mores cõmit-

*Gloſſæ lapſus*

mittunt nec nũc, nec olim infamari, magis, ac magis in comedos vehitur, quos excipere videtur, ibi: *Nam qui ludunt cauſa recreationis, & ſolatij nihil contra bonos mores faciunt.* Et dum lato modo verbum *Iuglares.* Recipit in ius, & æquitatem cõmittet, & ſi aduerſus illos, qui aliquam infamiæ notam mereantur honeſtorum virorum iudicio, non illam facti infamiã, vt ex ſubiectis apparebit.

*Los remedadores, è los fazedores de los Zabarrones, que publicamente andan por el pueblo, ò cantan, ò fazen juegos por precio, &c.*

Animaduertendum eſt horum hominum genus noſtro tempore non reperiri, & ſi antiquitatem conſulas hyſtriones fuiſſe cognoſces, qui artis ludicræ exercitationem profitebãtur, de cuius artis turpitudine poſtea, vnaque de eius vocis ſignificatione, & qui etiam ſub tit. D. de extraord. criminib. comprehenduntur totius legis partitarum contextus: *Scurræ, Mimi, Saccularij, & qui eo funguntur lenocinij officio, magicis artibus, turpive more per populum obambulantes, & vendentes obſcænam geſticulationem, inhoneſtamque actionem aduerſus bonum publicum infames ipſo facto iudicari debent,* hoc denotat *andan por el pueblo por precio,* idque differentiam oſtendit inter hos, & illos comædos, qui poeſis præceptis ingenioſis fabulis vtuntur, & multo magis honeſtis inſtar

ſtar Attellanarum (quos immunes infamiæ fuiſſe reperio) cum neque artem ludicram exercerent, de qua l. 1. D. de his qui not. infam. & ſimul lex Partitarum inſinuat haud comprehendi ſub illa pœna, & multò minus, qui noſtro tempore, adhibita cenſura, quæ omnem turpitudinis ſuſpitionem excludit, potiuſque eos ſeparat, longè pluris noſtra comædia, quam ſuam Athellanam fecere Romani, prima iuriſprudentia æſtimanda honeſtior, & quæ primas fert Hiſpana comædia Romanorum comædijs, & reliquis illis, quibus, nūc alijs orbis partibus exteræ ludūt nationes modus in noſtris decens, certæ ſedes, locus proprius, pretium iuſtum, ſi pretium appellare licet, quod neque augmentum, nec diminutionem recipit, Didacus à Couarrubias lib. 2. var. c. 1. *Iuſtū pretium rerum nequaquam conſiſtere in pūcto indiuiduo, ſed in mediocritate quadam, quæ latitudinem habet per gradus.* Cū propria, & vera ſignificatione merces dici debeat, l. remunerandi 6. D. mand. & ſi honeſtiori rei operam dare conſtet, præceptoribus ea conſtituta, l. 1. D. de extraord. cognitionib. modus notat excuſat, vno modò acceptum, eſt precium, alio remuneratio, alio honorarium, agrimēſoribus decernitur, l. 1. D. ſi mēſ. falſ. mod. dixer. nec his, nec illis comædos noſtri temporis comparo, tantum rei differentiam cōſtituo, quid magnificentius, & ſublimius ve-

*Pretium augmentum, & diminutionē recepit.*

3 *Modus infamat, aut honorat.*

vectigali, & tributo modus notat, eximit, lucrum, factum, ſcelus, perſonam, l. aut facta 16. §. qualitate, §. modo, D. de pœnis, l. item apud Labeonem 11. §. aliud, D. de iniurijs. Duarenus hoc tit. c. 5. Bart. l. quod ait 2. §. vlt. D. eod. tit. n. 6. ibidem Antonius Faber. Tria concurrere oportet, vt noſtro caſu iuris infamia irrogetur (iuris appello ſecundum Donellum lib. 18. Comment. cap. 16. facti infamiam ſecundum alios) turpe factum, pretium, legiſque diſpoſitio, aut melius duo turpe factum, legiſque diſpoſitio. Nam parui refert, cum rerum eſſentiam exprimimus, id diuiſione, aut ſubdiuiſione conſequi. Dum tamen, vt Seneca docet ne impuluerem redigatur quæſtio. Cum ſub turpi facto etiam pretium comprehendatur, ex legis diſpoſitione, abſq; turpi facto, nec pretium accepiſſe ſat eſt, l. 1. §. denique, D. depoſit. nec turpe factum, nec pretium abſque legis diſpoſitione, nec ſingula, niſi copulatiuè conueniant, turpè factum pretio accedente, quæ noſtro caſu lex deſiderat.

*In comœdis, ac ludicris tria concurrere debent ad irrogandam infamiã*

*Mas los que tañen inſtrumentos, &c.* Quibus limitatur lex, fuit igitur noſtræ Speculationis cauſâ aſſertum reperire, hac Partitarum legem ſub facti infamiæ pœna cõprehendi Tragædos, & Comædos abſque vlla diſtinctione, ſi lente de illis lege, & ſimul aſſertũ antiquitus immunes huius infamiæ fuiſſe Græcos, & Roma-

*Hyſtriones infames Romæ in Græcia in honore habiti.*

manos hyſtriones, cum nō abſque diſtintione hoc admitti debeat. Nam prima, media, & vltima iuriſprudentia hyſtriones infames fuiſſe cōſtat, apud Romanos ob inhoneſtos eorum ludos, at contra apud Græcos indiſtinctè in honore habitos. Vtrumque colliges ex Tito Liuio lib. 4. Decad. 3. ibi: *Ariſtoni cuidam Tragico actori, cui & alia arcana committere aſſueuerat in cautè aperit huic, & genus, & fortuna honeſta erãt, nec ars, quia nihil tale apud Græcos pudori eſt ea deformabat.* Et vltra prædictum incidenter nota: ideò hyſtriones Græcos honeſtatem collere, quia, nec infamia notabãtur, ibi: *Honeſta erant, quia nihil tale apud Græcos pudori eſt.* Ad inſtitutū redeo, & ſi doctiſsimos, labi interpretes noto, qui hyſtriones æquè apud Romanos, & Græcos haud notari aſſerūt, cum eos notatos inuenies paſsim toto titulo. D. de his qui not. infam. C. de infamib. expræſſius, quam l. 4. tit. 6. p. 7. quibus tenendum hyſtriones, qui turpes exercebant actiones artis ludicræ gratia Romæ notari, excipique Comædos illos, qui honeſto modo ludebant, luſeruntvè apud Romanos. In Græcia verò immunes infamiæ omnes fuiſſe, vndè Gloſſæ duplicē lapſum cognoſce, nempè illa aſſertum Romę abſque diſtintione vlla hyſtriones non eſſe infames, & Comædos pœna infamiæ iuris cōprahendi Partitarum lege, & ſi honeſto modo

*Infamia homines ad turpitudinem incitat.*

*Gloſſæ expoſitio duplici lapſu laborat.*

do ludant, quos omni Republica omni lege exceptos reperies. Gloſſæ verba lit. E. *Tragedi, & Scenici cantantes in Theatro non erãt infames antiquitus apud Græcos, & Romanos, hodie autem iſti hyſtriones ſunt infames, vt hic & indictis iuribus.* Nihil innouatum fuiſſe Partitarum legẽ ſatis probare conati ſumus, ert ergo ſecũdus lapſus inouatũ eſſe inſinuare, verbo: *Vt hic & indictis iuribus.* Nam. l. 4. tit. 6. part. 7. nulla fit mentio de Tragedis, nec de Scenicis vllis vndè non hic Scenici, & Tragedi notantur, & ſi hyſtriones (de quo verbo poſtea) interpretatio, & ius prouenit, ex l. 1. §. *Qui artis ludicræ pronuntiandi cauſa in Scenam prodierit.* Et dict. l. quod ait Prætor 2. D. de his qui not. infam. nam illi ſunt infamiæ pœna notati dictis legibus, qui ipſo turpi facto tantummodo lege compræhenduntur, ij que ſpeciali ſignificatione hyſtriones artem ludicram exercentes, non reliqui lato, & extenſiuo modo hyſtriones, hoc eſt actores, ſeu imitatores, ſunt & alij infames, quos congerit Vlpianus dict. l. 1. D. & illos, quos ex ſententia cauſæ infames Donellus appellat. de quibus haud nos agimus, Donellus lib. 18. comment. cap. 6. eſt, & tertia non adeo grauis infamia, ſed honeſtorum virorum iudicio contracta, de qua, nec Partitarum lex meminit, aliquos eius effectus, l. ea quæ 13. l. verbum 17. l. interlocut. 19. C. ex quib. cauſ.

4 *Comædos nulla lege Romana notati, & multo minus Regia, & longè infamia immunes noſtri tẽporis.*

*Infamiæ iuris Nero non derogauit.*

cauſ. inf. irrog. at de illa iuris, omnis noſtra quæſt. vbi nec Gloſſæ lapſum tutaris, eo, quia Imperatorem Neronem arte ludicra vſum fuiſſe cognoſcimus, idque publicè ad id, vt iſtius modi hyſtriones immunes infamiæ fuiſſe Romæ vllo tẽpore dixeris. Cum Tacitus haud notam excuſet, nec ius ideò derogatum pateat, lib. 14. ann. cap. 2. ibi: *Ratuſque dedecus à moliri, ſi plures fœdaſſet, nobilium familiarum poſteros egeſtate venales in Scœnam deduxit.* Et infra: *Non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Græci, Latini vè hyſtrionis artem exercerent, vſque ad geſtus modoſque haud viriles.* potuit Nero Princeps Romanus, hos infamia eximere, l. 1. D. de conſt. Princip. ibi: *Vel ſi cui ſine exẽplo ſubuenit*, i §. ſed & quod inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. nam Princeps, qui abſoluta vtitur poteſtate, validos actus facit. Didacus à Couar. in Epitome de matrimonijs, cap. 6. §. 9. ſed hoc perſonas nõ tranſgreditur, iuri vè publico derogat, ſic hac parte ihaud curandum eſt, quid Nero fecerit, quid vè ex merita in alijs iuribus Gloſſæ authoritate ductũ. Cum legibus pateat hyſtriones artem ludicram exercentes Romæ infames fuiſſe, l. vlt. §. fin. C. quod met. cauſ. l. Labeo 7. §. 1. & fin. D. de ſupellect. l. ſi tibi pecuniam 20. D. de reb. cred. l. vlt. C. de infamib. & C. ex quib. cauſ. ibi Doct. & D. de his qui not. inf. quo maior augetur difficultas, iureque

que ciuili, decidenda venit, ius autem ciuile, vt inſinuaui, turpe factum punit, & vnâ legis diſpoſitione iuris infamiam irrogat, Horat. art. poet.

*Alterius ſic*

*Altera poſcit opem res, & coniurat amice.*

Vnde caſus omiſſus à lege Regia, maximè iure communi decidendus venit, l. commodiſsimè 10. D. de lib. & poſth. Couarr. lib. 2. variar. cap. 5. vnde illud Catholicorum noſtrorum Regum, l. 1. Tauri, & l. 1. tit. 1. par. 1. idque firmatur eo, cum decernant in iuſta ipſorum decreta, & ſi iterum, atque iterum repetantur nullam legis vim obtinere, l. 1. 2. 3. lib. 4. tit. 4. R. idem Summi Pontifices, D. Salgado de ſupplic. ad ſanct. 1. par. c. 3. à n. 13. vſque ad numerum 25. & ſequentibus capitibus latiſsimè docet.

## §. PRIMVS.

### Artis ludicræ diffinitio, & damnatio.

## SVMMARIVM.

*Artis ludicræ diffinitio.* n. 1.

*Artis ludicra potius motu corporis in decoro conſtabat.* ibidem.

*Hyſtriones ad libitum in quemquam dicebant.* n. 2.

N Ar-

*Artis ludicræ origo.* ibidem.
*Diſtinctio inter artem ludicram, & Atthellanam comædiam.* ibidem.
*Quoties ſine lege loquimur erubeſcimus quomodo accipiatur.* n. 3.
*Infames non eſſe, qui furtum committunt in commodato, depoſito, & pignore circa rei vſum, aut ſi quid minimum ſubripiant.* ibidem.
*Bellis bonæ artes pereunt, & hominum mentes obturbantur.* ibidem.
*Plato obſcænas comædias ſcripſit.* ibidem.
*Hyſtriones ludicram artem inhoneſtaſque actiones repræſentantes, ſacri canones, concilia, & Sancti viri, legeſque ciuiles damnant.* ibid.
*Hyſtrionum actiones quales.* ibidem.
*Hyſtrionibus intentam mulierem catholicam Dæmon poſſidet.* n. 4.

n. 1. *Artis ludicræ diffinitio.*

ARs ludicra iuri communi infamiam irrogabat, eaque ſic diffiniri poteſt: *Eſt ars ludicra actus obſcænis motibus conſtans necnon verbis, & factis turpibus voluptatem populo ſuadens, in perniciem bonorum morum tendens.* Permiſſa, vt credere par eſt à Romanis cauſa maioris mali euitandi, ſed non abſque infamiæ pœna, turpibus motibus conſtare, potius, quam verbis, ex Plauti diſtinctione, inter hanc, & ſuas comœdias, docemur. Aulularia actu 4. Scena 1.

*Ars ludicra potius motu corporis conſtabat.*

*Continuò cor meum cæpit, artem facere ludicrã.* Nec non ex Tacito, cum de Nerone Claudio, verba faceret, lib. 14. Annal. cap. 2. ibi: *Ne tantùm Imperatoris artes ludicræ noteſcerent carminum quoque ſtudium af-*

*fecta-*

ſectauit. De huius turpitudine Valerius Maximus, lib. 2. cap. 4. ibi: *Quorum, ſi quæ fabulæ argumenta maiori ex parte ſtuprorum continent actus.* Eodemque libro, cap. 10. de Catone: *Sic eodem ludos florales, quos Meſsius Ædilis faciebat ſpectante, populus, vt Mimæ nudarentur poſtulare erubuit.* Quod argutè Martialis carpit Epigram. 3. lib. 1.

*Noſſes iocoſæ dulce, cum ſacrum Flore,*
*Feſtosque luſus, & licentiam vulgi,*
*Cur in theatrum, Cato ſeuere veniſti?*
*An ideo tantùm veneras, vt exires?*

Huius artis peculiare, dicere ad libitum, in quemque improbe, & inuerecunde; Tacitus lib. 1. Annal. cap. 14. ibi: *Valuit tamen interceſsio, quia Diuus Auguſtus immunes verborum hyſtriones quondam reſponderat, neque fas Tyberio infringere dicta eius.* Expreſsit hoc ipſum Ariſtoteles, æquè antiquitus apud Græcos eandem laceſſendi, verbo tenus, expectatores licentiam conceſſam demonſtrans, non ſolùm impunè, ſed etiam inter maximas virtutes habitum, & ſi in illam Philoſophus vehitur, lib. 7. Politic. cap. 13. ibi: *Omnino ſimilis exterminanda licentia turpè dicendi in quemquam, ex quo prouenit, & facere.* Tamen apud Romanos vilis ea fuit ars, abſque carminũ artificio, & elegantia. Horatius ſatir. 10. lib. 1.

n. 2. *Hiſtryones ad libitum, in quẽ quam dicebãt.*

*Nec tamen hoc tribuens dederim quoque cætera ſic.*
*Vt Laberi mimos, vt pulchra poemata mirer.*

Et lib. 1. epiſt. ad Numitium.

*Ludicra, quid plauſus, & amici dona Quiritis,*
*Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis, & ore?*

Idem inſinuat Martialis lib. 1. epigram. 5. ad Cæſarem.

*Qua Thymelē ſpectas, deriſoremque latinum.*
*Illa fronte precor, carmina noſtra legas.*

Hanc Romanorum leges comprehendūt, infamiæque nota inurunt, ſimiles indecentes actiones, actus progreſſu indecoras, finis doctrina noxias, Epicuri dogma, Atheiſtæ ſectam, Academici Philoſophi aſpernātur, Stoici accuſant, Theologi damnant, huic quaſi primæuo ludo, ſuccedit rudis, quadā actio, & ſi non æquè turpis, tamen dum ab hyſtrionibus tractabatur, nec multum à ludicra arte diſtabat, paruique eam Romani pendebant, Valerius Maximus lib. 2. de ſpectac. c. 14 *Deinde ludicra ars ad ſatyrarū modos prærepſit, à quibus primus omnium poeta Liuius, ad fabularum argumēta ſpectantiū animos tranſtulit, iſque ſui operis actor, cum ſæpiùs à populo reuocatus vocem obtudiſſet, adhibito pueri, & Tibycinis cantu geſticulationem tacitus peregit.* Ars ludicra, & feſcenina, & Scænica rudis, & obſcæna, ludicra, quæ ab incunabulis Romam exhilarauit (& ſi origine Græca) & illæ circa Camili tempora, Conſulibus Tito Sulpitio Petico, & Lucinio Stolone, à Romanis vilis iudicata, ab hyſtrionibus exercita cū his infamia notata fuit, primum hiſtorici narrāt, ſecūdū ipſemet Romanæ leges demōſtrāt, itaq; vtraque hyſtriones Romanos infames haberi iiſdē tamē legibus,

*Artis ludicræ origo.*

&

& Authoribus aliquando ſeparari Comœdos, qui honeſtó modo ludebant conſtat, de quibus inferius agam: ideò inter hos, & illos diſcrimen adhibitum, quia ipſorum actio, carminum, & elegantiæ ſtudium affectabat, fabularum argumēta honeſtis moribus congrua, qua diſtinctione Doctorū lapſus probabitur, nec legibus conſtans, nec ratione conſiſtens, æquitati repugnans, & ſi nō tam ex iuris ignorantia, quam hiſtoriæ Romanæ contingens, & ſi ius commune Romanæ hiſtoriæ cohæreat, nec id quaſi conſuetudine ius introductum, defendes: quippé nec conſuetudinem appellare licet errorem in legum intelligentia, corruptelam potius, quæ nec infamiæ pœnā irrogare poteſt. Sic brocardicū illud repetere fas, quoties ſine lege loquimur erubeſcimus, vtiliter tractatum, Nouell. de triente & ſemiſſ. §. conſideremus, & in l. ſi mulier 9. C. de collat. Soto 4. diſt. 17. q. 1. ibi: *Sicut turpe eſſet Theologo dicere aliquid eſſe in Biblia, & neſciret vbi illud inueniretur, ita inconueniens eſſet Canoniſtæ dicenti, id eſſe ex traditione vniuerſalis Eccleſiæ, & illud non inuenire in canone.* In his vero, quibus nec lex ſcripta, nec conſuetudo eſt, tamen per euidentiam eorum ratio patet, nec alia maior probatio, nec quid aliud requiritur. Anton. Gom. lib. 1. de delictis, tom. 3. n. 41. var. reſol. & tunc infirmitas intellectus eſt, quærere legē vbi non eſt, & ratio naturalis ius naturale demonſtrat, Gomez. etiam l. pen. Tauri, n. 9. ex quibus nos antinomiam obiter componimus, in

*Diſtinctio inter artem ludicram, & Athellanarum comœdiam.*

3 *Quoties ſine lege loquimur erubeſcimus quomodo accipiatur.*

quo laborat Hieronymus Zeuallos, tom. 1. q. 287. comm. cōtra comm. at ſibi fingere legem, minuſvè legitimam illationem deducere culpabile, & multo magis in quæſtione pœnali. Æquius Didacus à Couarr. qui expreſsis textibus repugnātibus, l. ſi pignore 54. D. de furtis, § placuit, inſt. de obligat. quæ ex delict. & illatione, quæ ducitur ad dictam, l. 1. D. de his qui not. infam. æquitati, tamen conſulens aduerſus eorum deciſionem tendit, ideoque depoſitarios, commodatarios, poſſeſſoreſque pignorū ab infamiæ ſuſpitione remouet, & ſi dum re commodata, vltra præſcriptos fines cōmodatari abutuntur, depoſitari contra domini voluntatem, & pignorum poſſeſſores abſque ipſius domini licentia in rei vſu furtum committere conſtet, & conſequenter in pœnam infamiæ incurrere dicas; dict. l. 1. §. qui furti, D. de his qui not. infam. tamen, vt dixi eos Didac. à Couarr. excipit; lib. 3. c. 15. var. reſol. in fin. idem neque infamiam irrogandam, ob pœnæ grauitatem, modica re ſubrepta, imò, nec furtum vnius gallinæ committi, denegādamque furti actionem: nam iuris conſulti boni, & æqui notitiam profitentur, l. 1. D. de iuſt. & iur. & ſi ego adderem, nec hoc eſſe contra § gallinarum, inſt. de rer. diuiſ. quippè ibi, ſi vltima verba perpendas, non ob vnam gallinā furti actionem dari aſſerit Imperator. ibi: *Et qui lucrandi animo ea animalia detinet furtum committere intelligitur.* Meritò ergo contra communem tenet Didacus à Couarr. ex l.

*Infames non eſſe, qui furtū committunt in commodato depoſito, & pignore circa rei vſum, aut quid minimum ſubripiunt.*

ſi

ſolenm 9 §.vlt.D.de dolo,furti actionem prædictis non dari.Idem lib.1.c.13. n.12. var.reſol.audiatur ergo iuſtitia,& æquitate duce,l.4.tit.6.par.7.nihil innouãs,vt inſinuaui,ſecundum dictam,l. 1. D. quæ de hyſtrionibus turpibus agit.verbo *Remedadores*,cuius facti ſpecies,artem ludicram reſpicit,vt ſatis probare conati ſumus ,à qua nec diſtare videtur illud,los *Zaarrones* ſeu *Moarraches*.Ex officio aduerſus bonos mores tendentes,ſimiles hyſtrionibus Romanis infamia notatis,qui noſtro tẽpore haud reperiuntur:qui forſitan,artem ludicrã profeſſi fuere,ſub Regis Alfonſi æuo,cui Sapientis agnomen,& meritò exiſtimo,cum probum,doctumque,nec non pium,& liberalem animi magnanimitate virum fuiſſe cõpertum,& ſi minus felix humanis actionibus incuſpetur,tales in Hiſpania hyſtriones forſitan longa ſerie originem trahebant,ab illis Romanis,de quibus latè hic,& in prin. §.illi Hiſpaniæ temporibus,rudioris ſeculi,quibus bellorum viciſitudine, litterarũ ſtudijs amiſsis carminumque elegãtia,diuturnior aliis oblectamentis eorum vſus fuit, quia minus ſcientiæ præſeferebat,quam illi carminum,& fabularum ludi Romanæ ſapientiæ propriores,idque in orbis partibus, quæ ipſorum quondam imperio paruere, nam belli rabies non ſolum bonas artes, ſed etiam rationis lumen obcecat, & inſania deturbat,hoc turpe factum, ſimileſque comædias,& tragedias,eiuſdem turpitudinis cauſa Ariſtoteles,damnat lib.7.politic.

*Bellis bonæ artes pereunt & hominum mentes obturbantur.*

 c.17.

*Plato obſcœnas Comœdias ſcripſit.*

c.17. Plato à ſua República exterminat, & meritò in primis ſuas damnare poſſet, quarũ argumenta concubinorum continẽt actus, fœditate verborum nefanda. Aulus Gellius, aliqua vertere curauit, lib.9.c.11. noct. atticar. quæ talia procedunt.

*Dum ſemihulco ſuauio*
*Meum puellum ſuauior.*

*Hyſtriones artem ludicram, inhoneſtaſque actiones repræſentantes Sacri Canones, & Sancti viri dãnant.*

Se tamèn abſoluit carmina ſua igni tradẽs, Petrus Gregorius lib.17.de Repub.c.5.n.1. & 3.vbi prohibitionis eandem reddit rationem, & lib.13.c.21.n.14.& 15. hoc turpe factum, ſiue in arte ludicra, ſiue in choreis, ſiue in comœdijs, tragedijsvè, damnat Elianus lib.9.c.2. variæ hiſtor. Diuus Cyprianus. Beatus Hieronymus, c.20. Ezechielis, Sanct. Auguſtin. lib.50.homil.21.in Pſalm. 50.lib.5.Symbo. ad Cathec.c.2. tract.100. Gregor. Nazianz.in poem.ad Nicabulum, Tertull.de ſpectac.c.26.vbi teſtatur: quaſi iure Catholicæ mulieris corpus vindicaſſe Dœmon, ideo, quia cum nupta eſſet catholico viro, ſpectaculis obſcænis, ſimul cũ Ethnicis hærebat. & lib.17. *Funditus* euertendum theatrum his præbitum ſpectaculis prædicat, ibi: *Impuditiciæ etiam conſiſtoriũ, quod emoliri iuuenimus, in quo etiam tragediæ, & comœdiæ ſcelerum, & libidinum nutrices.* Lactãtius Firmian. lib.6.cap.20.diuer.inſt. Diuus Thomas in 2.2.q.132.membr.3.& 4. Paludanus in 4.ſent.D.16.q.2. art.3. & viſ Antoninus in 2.p.tit.3.c.7. § 5. de hyſtrionibus, c. prodilectione, c. qui ſequitur, de cõſecratione, 2 diſt. quod deducit ex epiſ.

4 *Hyſtrionibus intentam mulierem Catholicam dœmon poſſidet.*

glo-

glorioſi Cypriani Cartaginenſ. c. 3. 11. Diuus Auguſtinus, ex Marci Tulli Ciceronis, verb. *Genus id hominum non modo honore Ciuium reliquorum carere, ſed etiam tribu moueri.* Ex quibus deducas hyſtriones infames fuiſſe, ideoque ad honores non admitti, & pœnæ cauſa *tribu moueri.* Et ſi tribu moueri per ſe tantũ, haud infamiam irrogabat, vt §. præcedẽ ſi n. 1. de tribu Romana, Didacus à Couarr. lib. 4. c. 11. var. reſol. Euchariſtiæ Sacramẽtũ his, & ſimilibus prohibitum, c. ſi larorem 33. q. 2. c. de his vero 12. q. 2. c. admonete 33. q. 2. & de cõſecrat. diſt. 2. c. pro dilectis. Diuus Hyeronimus copioſè, & facunde in eos vehitur, omnia tamẽ ex illius ſeculi in his artibus turpitudine, ibi: *Iouem illum ſuum, nõ magis regno, quam vitijs principem inter nos omnes cum ipſis ſuis fulminibus ardentem, nunc in plumas oloris flaueſcere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubeſcentiũ raptus miniſtris auibus proſilire quære iam nunc, an poſsit eſſe, qui ſpectat integer, vel pudicus cũ Deos ſuos, quos venerantur imitantur, fiunt miſeris, & delicta religioſa.* Et deinceps: *Libidinibus inſanis, in vires viriliter ...* Hanc autem ludicram, inhoneſtaſque actiones ſtulit Traianus, & ſi Nerua illas permiſerat, & reſtituerat Plinius Secundus Panegyrico, fol. mihi n. 93. & fol. 154. ibi: *Tu procul à tuo cultu ludicras artes remouiſti, ſeria ergo te carmina,* & ſimilibus ludis adeſſe turpibus, & obſcœnis curioſitatis cauſa, an ſit lethale peccatũ, plerique ex his Authoribus exponunt, & ſi melior finis in expectãte dari poſsit, an expers

culpæ labeatur, ex contemptu tamen pec-
cata venialia fiunt mortalia, Bald. in l. 3. n.
4. & ibi Caſtrenſ. ad fin. C. de Epiſc. audien.
c. vnum, § criminis, & ibi Gloſſ. diſt. 25. &
vitanda, Diuus Auguſtinus, Dominicæ 4 de
Aduentu: *Nollite contemnere venialia, quia mi
nima ſunt, ſed timete, quia plura: Plerumque enim
beſtiæ minutæ multæ necant, nunc quid minutiſ-
ſima ſunt grana arenæ, ſed ſi amplius in naui mit
tatur, mergit eam vt pereat.* Non quia plura
venialia vnum peccatum mortale conſti-
tuũt, ſed alliciunt & diſponũt ad mortale;
de quo videndus Gabriel Vazquez, tom. 1.
in primam ſecũdæ diſputatione 146. Diuus
Thomas 2. 2. q. 5. cum de turpi repræſenta-
tione ageret, & ſimul de hyſtrionibus expo-
ſitis ſcelerum licentiæ, magicæ, ſupernatura
lis executioni, & actionibus venereis, & eius
criminibus aſſerit. *Quod res hyſtrionatus de ſe
non eſt illicita.* Quod intelligendum, ſecun-
dum propriam nominis ſignificationẽ, de
repræſentatione, & imitatione in genere,
quo ſenſu, nec ars ludicra illicita eſt, nam
omnis pœnæ, & criminis eſſentia in actus tur
pitudine conſiſtit, Franciſcus à Toledo tau-
rorum agitatores, non peccare mortaliter,
nec dum funambulos ob probabilem acci-
dentaliter periculi rationem docet, lib. 5.
cap. 6. n. 13. ſed in his nihil aſſeram, cum
extra inſtitutum noſtrum ſint, legis
explicatione conten-
tum.

§. SE-

## §. SECVNDVS.

### Honeſta defenditur comœdia facti diſtinctione.

## SVMMARIVM.

*Honeſta comœdia infamiæ immunis.* n. 1.

*Comœdiæ Hiſpanæ origo.*

*Athellana comœdia Romæ in honore, infamiæque immunes eius comœdi.* ibidem.

*Romani ciuis æſtimatio.* ibidem.

*Militia Romana conſtabat ex his qui iuſtum patrimonium habebant.* n. 2.

*Comœdiæ honeſtæ diffinitio.* ibidem.

*Cenſura adhibenda in comœdijs.* ibidem.

*D. Laurentij à Prado ſententia circa Athellanam.* ibidem.

*Comœdia honeſta Romani theatra ædificant.* n. 3.

*Patritij comœdias Romæ ſcripſere.* ibidem.

*Publius Scipio Africanus comœdias ſcripſit.* ibi.

*Octauius Acuratius Theatri ſedes diſcernit.* ibid.

*Comici poetæ, qui Romæ floruere.* ibidem.

*Comœdijs plus Græci, quam bellis impendunt, & abſque diſtinctione hyſtriones, comœdias, & tragœdias colunt, comicos ornant, expectatores remunerant, poetas magnifaciunt.* ibidem.

*Comœdia cultos ciues reddit.* n. 4.

*Artium ignorantia reſpublicas euertit.* ibid.

*Themiſtocles quare Venetum auxit.* ibid.

*Litterarum ſtudiis interdicunt Carthaginenſes.* ibid.

*Romani, & Græci reliquas Orbis Naciones barbaras appellant.* *n. 5.*

*Reges, & Principes comædias ſcripſere inter Græcos, nec non philoſophi.* *ibidem.*

*n. 1. Honeſta comædia infamiæ immunis.*

DIſtincta ſanè fuit comædia haud inlaudabilis facti ſpecie cōſtās, ingenuis fabularū actionibus, ſententiarū ſeueritate, diſtincti, qui eam ſeparatam ab arte ludicra Romæ exercuere, & qui hodie noſtris temporibus luſere, qui honeſtiorem comædiam exponentes, magis excuſandi veniunt. Nulla legali pœna per ſe notata, nec Romæ, neque in Hiſpania, cum haud noſtris cognita vſque ad tempora Ferdinandi, & Eliſabethæ, Regum Catholicorum fuerit. Primææ tatis curriculis, & calamitatibus obliterata, cuius origo apud Romanos receſetur, poſt hyſtrionatus ludos, quibus ſpecie's in honore habita fuit. Titus Liuius Decad. 1. lib. 7. *Poſtquam lege hac fabularū actu relicto ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus iactare cœpit, quæ deinde exordia appellata, conſeruntque fabulis potiſsimum Attellanis ſunt, quod genus ludorum ab Oſcis acceptam tenuit Iuuentutem, neque ab hyſtrionibus pollui paſſa eſt, eo inſtitutum manet, vt actores Attellanarum, nec tribu moueantur, & ſtipendia tanquam ex ertes artis ludicræ faciant.* Patet Romæ hyſtriones infamiæ notatos fuiſſe, verbo *neque ab hyſtrionibus pollui paſſa eſt.* Comædos verò Attellanarum fabularum, ius ciuium Romanorum ſeruare, immunesque infamiæ fuiſſe, ob facti diuerſitatem, ius ci-

*Comædiæ Hiſpaniæ origo.*

*Athellana comædia Romæ in honore infamia immunes eius comædi.*

uium

nium Romanorum, quod tot, tantiſque priuilegijs gaudebat, vt prouintiæ ad id conſequendum deſererentur, & ſub libertorum nomine hoc adipiſci curarent. Ipſe Titus Liuius lib. 1. Decad. 5. ibi. *Liberos ſuos quibus Romanis in eam conditionem dabant, vt manumitterentur.* Et ſi poſteà id ius omnibus, qui in orbe Romano fuerant ab Imperatore Antonino indultum, l. in orbe 17. D. de ſtat. homin. ſimilis iuris prærogatiua illis fuit, ei qua in Hiſpania bernaculè, *los hidalgos*, funguntur nobilitatis gratia, qui olim Franci appellati ſunt, teſte Mariana lib. de reb. Hiſpan. cap. . Alphonſus ab Azeuedo procœmio ſub titulo de los hidalgos, R. n. 30. *Hijo de algo y de bien*, ex l. 2. tit. 12. p. 2. ex eo patet verb. *vt actores Attellanarũ, nec tribu moueãtur*, qui tribu mouebãtur, ignominioſos potiùs, quam infames eſſe, Petr. Greg. lib. 4. de Republ. c. 1. n. 11. & n. 3. & 4. Etſi ex tribu in tribũ moueri velis infamiã irrogare, quod negare videtur, n. 13. cum *nec tribu moueantur*, Attellani comædi, neq; infamię, neque ignominiæ obnoxi fuere, nota, *& ſtipendia tanquam expertis artis ludicræ faciunt*. Militiæ decus aſſequebantur, ſummopere commendatæ à Romanis, qui militię patrimonium cenſebant, animi, & virium robur, & dotes, vt ad militiæ honorem, & dignitatem proueherentur. Sic vt nec Proletarij, aut Capiticenſes admitterentur Aulus Gel. lib. 6. c. 10. & l. qui cum 4. l. non omnes § 1. omne 6. D. de re milit. Viglius in comment. inſtitutæ procemio.

*Romani ciuis æſtimatio.*

n. 2.

*Militia conſtabat ex his qui cenſum patrimonium habebant.*

titul.

titul. de milit. teſt. & maximè nu. 26. cum ſeqq. Accuratè Petrus Gregor. lib. 9. c. 1. n. 17. & lib. 11. c. 6. Diuerſi ſanè Attellani ab hyſtrionum fæce, quos conſtare dixeris ex nefaria hominum colluuie exolletorũ, qui apud vtrumque ſexum famoſi, quos comprehendi patet ſub l. 4. tit. 6. par. 7. l. 1. §. qui artis, D. quippè ars ludicra adeo honeſtæ comædiæ oppoſita, vt comædia militibus ex officio exerceri permittatur, artem ludicram militẽ exercere, cap. puniatur, l. quædam delicta 14. D. de pœnis, ratio vero huius diſtinctionis ex facto haud in laudabili, ſeu turpi, cui nulla ciuilis pœna accedere poteſt: *Cum ſit honeſta comædia actus virtutis poeticæ facetijs, & fabularum actione, ipſius vtilitatem & decus populo ſuadens.* Integra, ſceleriſque pura, haud verborum lenocinio inquinata, nec honoris indigni, & præmio in ea comædi, ſi huic vitæ probitatem adiungerent, qui ſingulis non ſolùm prodeſſent, ſed directè ſtatui publico conducibiles, indifferens autem comædia: *Actus licitus humanæ vitæ caſus perſonatis continens populum facetijs arteque poeſis delectans.* Bono publico tantùm conſulens ex fine ſubleuans popularem animum à laborum moleſtia, comædicis decus, & immunitas ex facti eſſentia quærenda, præcedente cenſura, vt Valerius Maximus probat. lib. 2. c. 4. ibi: *Attellani autem ab Oſcis acciti ſunt, quod genus delectationis, Italica ſeueritate temperatum, ideoque vacuum nota eſt, neque tribu mouetur, neque à militaribus ſtipendijs repellitur.* Præceſſiſſe cen-

*Comædiæ honeſtæ diffinitio.*

*Comædiæ indifferentis diffinitio.*

*Cenſura adhibenda in comædijs.*



Digitized by Google

ſura in Atthellanis verba indicant: *Italica ſeueritate temperatum*. Secundum illud Platonis præceptum, lib 1. de legib. *Nemo poeta præter ciuitatis leges, & iuſta, vel bona fingere quidquam audeat, nec liceat, quæ compoſuit illi priuatorum oſtendere, antequam conſtituti hac de re iudices, & viderint, & aprobauerint*. l. ſenatus 20. D. de reb dubijs, l. 1. & 2. D. de manumiſſ. quæ ſeru. ad vniuer. pert. imp. l. 4 C. de pag. ſacrificijs, l. 2. C. de profeſſor. Doctiſsimus D. Laurentius à Prado in Supremo Caſtellæ conſilio Senator, de quo gloriari poteſt noſtra Hiſpania, quæ ſi exteris Barbara in illis litteris, quæ ab humanitate nomen accepere nõnumquam viſa vnum pro cunctis illis opponere poſsit, qui longe primas fert, non ſolum Marci Martialis interpretibus, ſed etiam ſuis vniuerſis criticis, & ſcriptoribus mentis acumine, rerumque põdere, vt neque ipſe Martialis melius, & acutius, quid excogitare potuiſſet, nec excogitaſſe patet, quam noſter D. Laurentius, qui palmam, & laurum omnibus abſtulit, & deportauit Hiſpaniæ in explicatione epigrammatis 42. lib. 1. pag. 84. verbo: *Quod non optimus*. Docet Atthellanam mixtã fuiſſe, Togatis, & Prætextatis comædijs, nec non alijs, tamen eam vrbanam, & ciuilẽ appellat, hoc que Domitiani tẽporibus, ſub quo Principe Martialis ſua edidit carmina, ſed hoc Valerio Maximo, non eſt cõtrarium, qui eadem ſcripſit tempeſtate, & ſuis temporibus inſtitutum manere demõſtrat, illis verbis, ibi: *Ideoque vacuum nota eſt*.

*D. Laurentij à Prado ſententia circa Attellanam.*

Sit

Sit ſanè diuerſum potuit tamen honeſtis aliijs, aut inhoneſtis miſceri ludis, & ſi ex Tito Liuio, & Valerio cõſtet, eius actores immunes infamiæ fuiſſe, ſeparatamque aliquando exerceri Suetonius, in Domitiani vita, c. ibi: *Domitius interdixit hyſtrionibus Scenã*, & ante Neronis tempora, *quia redditi quamquã Scenæ Pantomimi, certaminibus ſacris prohibebantur.* Tacitus lib. 14 ann. c. 3. quæ prædictis conueniunt, diſtinctas populo exhiberi inſinuat Ioannes Britanicus in commentarijs ad Horatium, lib. de arte poetica verſu.

*Neuè minor quinto, neu ſit productior actu.*

Ibi vſque ad ſacietatem de his reperies, nobis moſtraſſe ſufficiat ex Liuio, & Valerio aliquando ſeparatas fuiſſe, infamiæque expertes eorum actores, omni denique tempore honeſtas actiones excipi, vt fuit Atthellana, ex quibus niſi fallor Hiſpana comædia noſtro ſæculo ſimilis Atthellanæ, non Ethnicorum circunſpectione, non Romanorum cenſura tantùm in politica præſtantium, verum enim vero Catholicorum examine per longum diuturni temporis ſpatiũ exculta, ſtatim, vt poeſis, acurataque ſcribẽdi ratio actionem ornauit apud Romanos, ij non abſque dilectu bonum ab iniquo ſeparantes, comædiam in aliquo pretio habere cæperunt, de illaque curam ſuſcipere, patet ex Horatio de arte poetica.

*Succeſsit vetus his comedia non ſine multa*
*Laude, ſed in vitium libertas excidit, & vim*
*Dignam lege regi, lex eſt accepta: chorusque*

Tur-

*Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.*

Senatus populo, qui ſtans ludis alijs huc vſque hærebat, theatra conſtruxit, ſedes diſcernit, vt illius temporis comædias intentis auribus præciperet exiſtimans forſan hoc ludorum genus Reipublicæ conducibiliùs alijs, quibuſcumque oblectamentis, quia proficuam doctrinam vehementiori remedio ingerit, quā Hiſtoria, & Oratoria, vt differam, quod ſi indeteriùs mutatum ſaltim illis priſcis Reipublicæ temporibus innoxium, de quibus conſule Titum Liuiū dict. lib. 4. decad. 4. ſic Patritij, & Senatores, reliquique Reipublicæ Principes vſi ſunt ea quaſi voce ad ſuadendum diſuadendumvè populo, quod ſtatui publico maximè vtile iudicarent, dum ſimul, cum ipſis comædiarum poetis actiones ſcribere ſatagunt, illis fabularum inuentionem, carminum copiam, & contextum ſupeditantes maiori eruditione præditi. Terentius in Adelphorum prologo. n. 3. *Comædiæ honeſtæ Romani theatra ædificant.* *Patritij comædias Romæ ſcripſere.*

*Non quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles*
*Hunc adiutare, aſſiduèque vna ſcribere:*
*Quod illi maledictum vehemens exiſtimant*
*Eam laudem hic ducit maximā, cū illis placet,*
*Qui vobis vniuerſis, & populo placent.*
*Quorum opera in bello, in ocio, in negotio,*
*Suo quiſque tempore vſus eſt, ſine ſuperbia.*

Idem teſtatur Quintil. lib. 10. inſt. c. 2. & inter illius temporis poetas comicos inſignē fuiſſe teſtatur Publium Scipionem Africanū à quo Romana potentia exiluit, acuratiùs Octauius Auguſtus ſedes plebis, & populi *Publius Scipio Africanus comædias ſcripſit*

*Octauio acuratiùs Theatro ſedes diſcernit.*

diſtinxit theatro. Equitibus, & Senatoribus ſua loca diſtribuens, Suetonius in eius vita, c. 44. Tacitus anteà id feciſſe Pompeium, lib. 13. ann. c. 14 incuſatumque fuiſſe id à ſenioribus, cum olim eſſet Scena in tēpus, & ſubitarijs gradibus populus expectaret, ſic, idem lib. 14. c. 3. annal. nimiùs tamen Nero his, & alijs minus honeſtis ludis, à quo ludicra arte omnia polluta ſunt, ſtant pulchrę Taciti orationes, quæ incuſare, & excuſare videntur, magiſque in hoc vltimum inclinat, Taciti iudicium, cum præ oculis haberet aliquas honeſtas, aut indifferentes actiones, floruere in ſcribēdis comædijs plures, qui nec ad manus, & tempora noſtra peruenere, quorum Cæcilius reliquis præcelluit, lib. 15. c. 24. Noct. Attic. Aulus Gellius.

*Comici Poetæ qui Romæ floruere.*

*Multis incertos certare hanc rem vidimus*
*Palmam Poetæ comico, cui deferant*
*Eum me iudice errorem diſſoluam tibi,*
*Vt contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat,*
*Cæcilio palmam ſtatuo de comico.*
*Plautus ſecundus facile exuperat cæteros,*
*Deinde Neuius, qui ſeruet in prælio in tertio eſt,*
*Siquid quarto detur, dabitur Licinio,*
*Poſt inſequi Licinium facio Attillium,*
*In ſexto conſequitur his Terentius;*
*Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet:*
*Nono loco eſſe facilè facio Lucium,*
*Decimum addo antiquitatis cauſa Ennium.*

Ouidium & Varium Quintilianus, ſeu Tacitus de Oratorib. Dialogo, fol. 670. *Nec vllus Aſinij, aut Meſſale liber tam illuſtris eſt, quam*

*quàm Medeæ Ouidij, aut Varij Thyeſtes.* Non abſque diſtinctione Romanis comædiæ placere; at ingenioſæ omnes Athenienſibus, ita, vt plus comædijs, & tragedijs impenderent, quam bellis, comicis poetis, perſonaſque agentibus ingẽtia munera condonãtes, theatra exquiſitiſsimis ornamentis decorãdo: publica ſtipendia ſingulis audiẽtiũ quinque oualos cõſtituendo Demoſthenes in prima Oratione Philippica, & prima Olimpica, Plutarch. p. 2. Ethicorum, c. de gloria Attheniẽſiũ, ratio politica, ne plebs inculta prorſus fieret, quid Indis Occidentalibus nocuit, vt in crudeles ritus dilaberẽtur? iureque à Corteſio debellarẽtur? cõſule doctiſsimũ D. Ioannẽ de Solorz lib 2. de iure Indiarũ, c. 1. qui plures congerit, pro vtraque parte differentes, Bohemicis, & Auſtriacis ruſticis, vt incãtationibus, & dogmatibus, Pociebraqui, Ciſcas, Acacis V villingeri crederẽt, nõne potiſsima eorũ ratio ſimplicitas? Euerard. V veſemb. de ſecũdo bello Auſtriaco, quid incuſsit timorẽ ex ſolis defectione Regi Archelao? nonne rerũ inſciẽtia, Senec. lib. 5. de beneficijs, c. 6. quid ſubijcit Aſiæ terminos, ex tribus, tũc cognitis vnã Orbis partem, Alexandro Philoſopho Regi Ariſtotelis diſcipulo? nõne ignarũ fuiſſe Darium artiũ quas ille callebat? Plutarch. p. 2. Ethicor. c. Alexandrum non fuiſſe fortunæ opus, Quinti Curtij ſuplemẽto, lib. 1. Iuſtin. lib. 11 ideo Themiſtocl. venenũ auxit, quia peritia Philoſophiæ ſuos iã hoſtes Attheniẽſes fortiores Perſis amicis indicauit Diodorus

*Comædijs plus Græci quã bellis impendunt, & abſque diſtinctione hyſtriones comædias, & tragedias colunt comicos ornant pectatores remunerant.*

4 *Comædia cultos ciuis reddit.*

*Artium ignorantia Reſpublicas euertit.*

*Themiſtocles quarè venenũ auxit.*

rus Siculus, de fuga Themiſt. in Perſiam, eadē ne ſophos Romanis iuuati & Carthaginē ſes opprimit ſuis interdicere litterarū commertia, Græco, & Latino ſermone interdicto, Iuſtinus lib. 20. in fin. eſſe barbaros, & vinci ſemper euenit & ſi modus in his habendus, diximus, c. 2 rectè in hypocrita m

*Litteras ſuis inter dicunt Carthaginenſes.*

*Deuotos in quis facit ignorantia: primum*
*Inter deuotos do tibi Ruffe locum.*

n 5.

*Romani, & Græci reliquas Orbis Nationes barbaras appellant.*

Sic Græci armis florētes reliquas Orbis Nationes barbaras nuncupauere, donec Romani politiores fiunt, ſimulq; victores Europa, Africa, & Aſia, Titus Liuius lib. 1. decad. 4. inde Senec. lib. 2. de ira, c. 2. Reipublicæ noxiā, & in dict. c. 2. huius libri notaui nimis agreſtē plebē, qua de cauſa comœdias, & tragedias Græciæ Principes ſcripſere, ne agreſtis exiſteret populus incultus, Proteus, Philippus Alexādri Magni pater, Plutarch, p. 2. orat. 2. Ethicorum, ſimulq; Philoſophi Ariſtophanes, Menander, Sophocles, & Apolonius, Sophocles, de quo Diuus Hieronym. ad Nepotianum epiſt. *Sophocles cū propter nimiā ſenectutē, & rei familiaris negligentiā à filijs accuſaretur amētiæ, Oedipi fabulā, quā nuper ſcripſerat recitauit iudicibus, & tātum ſapiētiæ in ætate iā fracta ſpecimē dedit, vt ſeueritatē tribunaliū, in theatri fauorē verteret.* Nec eſt ignobile exemplum Megareos ab Athenieſibus, cum de Salamine inſula cōtēderētvictos, Homeri verſu, Quintil. lib. 5 orat. c. 11. Luminibus orbatis decreto ducis Athenarum, cātillenis ſuis Homeri quoq; carmina indita, ſic Homeri teſtantur interpretes, in eius operis procemio

*Reges, & Principes comœdias ſcripſere necnō Philoſophi.*

mio

mio Octauius Auguſtus, vt ad Romanos redda, plures comœdias edidit, & ſcripſit Suetonius c. 39. ibi: *Sed plane poematū quoq; nō imperitus delectabatur etiam comœdia veteri, & ſæpè eam exhibuit publicis expectaculis.* Repete comœdia veteri Attheltana honeſta, & iucūda propria illius genij, & dignitatis, quæ vetuſtior omnibus apud Romanos fuit, conſtat non perfeciſſe tragediam, & ſi hanc inchoaſſe patet, Suetonius c. 85. *Nam tragediam magno impetu exorſus non ſuccedente ſtylo aboleuit, quærentibuſque amicis, quidnam Aiax ageret, reſpondit Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe.* Marcus Varro doctiſsimus, nonnè, ideò comœdias ſcripſit, vt iuuentutem Romanam erudiret? Auſonius Popmæ in Bibliotheca Varronis, huius illationis, tanti viri carmina monumentum:

*Vos qui in theatro, qui voluptatem auribus*
*Huc aucupatam concurriſtis domo*
*Adeſte, & à me, quæ feram inoſcite,*
*Domum vt feratis, è Theatro litteras.*

## §. TERTIVS.

## Hiſpana comœdia excuſatur nonnullis obiectis.

## SVMMARIVM.

R*Eſpublicas ſibi ſimiles ſuas ætates habuere.* 1. *Hiſpania inculta, & quare priſcis temporibus.* ibidem.

Comædia Hiſpana ſub Philoſopho quarti. ibid.

Comparatio inter noſtras, & Romanas comædias. ibidem.

Comædia ex honeſtis actibus, & verbis, & præcipuè ex propoſito fine perpendenda. ibid.

Mulieres, quæ aliquando veſtibus virorum comædijs vtuntur, non infamari, ex l. 7. tit. 15. lib. 8. Recop. n. 2.

Mulieres an dehoneſtentur ornatu, & virorũ aſpectu in comædia. ibidem.

Fœminis faciem velare, & rarò egredi in publicum aliquando artem eſſe alliciendi ad ſe viros ſub virtutis ſpecie. ibidem.

Nuptias ſuadẽdi cauſa populo, Oratores Romæ conſtitutos fuiſſe. ibidem.

Comædia aut honeſta, aut vitioſa, aut indifferens. n. 3.

Cõſenſus populi in cõſuetudine inſpicitur. ibid.

Error populi non facit legem nec conſuetudinem. ibidem.

Fœminæ artes, quas callent fallendi, non diſcũt in Hiſpanis comædijs, ſed ars comædiæ fœminarũ artes & dolos detegit viris. ibidem.

Fœminæ ſimulatione primas viris ferũt. ibid.

Religioſis quare comædiæ interdictæ, & quomodo permiſſæ. ibidem.

Comædiæ quare interdictæ noſtro tempore ex ratione illatio. ibidem.

Cuculati profani cultu, Hiſpanicæ diciplinantes inculpantur, & ſi actus ſanctiſsimus. ibid.

AVreo quaſi ſæculo Catholicorum Regũ Ferdinandi, & Eliſabethæ, vt inſinuaui, excuſsis pudendæ ignorantiæ tenebris,

corri-

Digitized by Google

corrigi cæperunt Hiſpanorum mores, ex ſeruitutis diuturnitate indeterius labantes, & Maurorum comertio barbaros, vnaque imitari Politicos Romanorũ Hyſtrionum-que ludos negligi, & in aliquem modum aliquamque artem actionem inſurgere, non aliter quando Romanis accipimus, cũ omnes Reipublicæ, omneſque Monarchiæ, ſuas periodos, ſuaſque habuerint ætates, inde Lucius Florus in Prologo Hiſtoriarum, ſic de populo Romano: *Vt cæperit, vtque adoluerit, vt quaſi ad quemdam iuuentæ florem peruenerit, vt poſteà, vel vt conſenuerit.* Vnde inter Reſpublicas progreſſus ſimilitudinem notes, quam præcenſet Tacitus lib. 11. ann. c. 7. *Omnia Patres conſcripti, quæ nunc vetuſtiſsima creduntur noua fuere.* Et infra ex Claudi oratione *Inueteraſſet, hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur inter exempla erit,* rectè ideo in antiquarios, & nouatores. — n. 1. *Reſpublicas ſibi ſimiles ſuas ætates habuere.*

*Stulta hæc inuidia eſt cui cũcta recẽtia ſordẽt,*
*Inuida ſtultitia eſt, cui noua ſola placent.*

Seculorum ruditas, quæ præceſsit Catholicorum Regum temporibus, & quomodo excultí mores, & ſcientiarum doctrina proceſſerit, Mariana demonſtrat lib. 25. c. 18. de reb. Hiſp *Hiſpania ante hæc tempora paucos quoſdam litterarum laude præſtantes enumerare licet: qui deinceps in Hiſpania in omni eruditionis genere excelentes fuerint recenſere quis audeat.* Etiam in Hiſtoria olim incurioſi, Ludouicus à Molina in Præfatione ad librum de Primogenijs, n. 13 ibi: *Atque vtinam iuſta cum cura, & diligentia, antiqui noſtri hiſtorici* — *Hiſpania inculta, & quare.*

*rici res geſtas priſcorum temporum complexi fuiſſent.* Sed cum hoc tempore comædia in iudicium deducta ſit, & doctiſsimorũ virorum, curã meruerit, & ſi aliter minus ſeria res videretur, altiùs eius originem, totiuſque actionis eſſentiam repetamus, cum ex facto infamiæ pœna perpendatur. Et cũ comædiam populo iterũ permiſſerint, hanc excuſandam ſuſcipere nihil noxiũ habere poſsit, deniq; à primis illis incunabulis ſub Rege noſtro Pio, & Conſtante Philippo Quarto, quaſi vltimã manum accepit comædia, perfectiùs abſoluta, nã ſi prima eius elementa expolita, facundia, copia, & poëſis dulcedine, plura correxit, & in meliùs præſens ætas mutauit, argumentorũ contextũ actionis decentiã informans. Noſtra comædia, niſi Ethnicorũ facta, aut fabulas exponimus, aut vllius facti atrocitati fauſti exitus, nõ Heroa, Hercules, Iupiter, & Theſæus, fœlices amatores, qui alienos toros violarent, ſed pœna affecti grauiſsima, qui talia tentare auſi ſunt. Surrexere domũ verius, ituri expectatores, in Euripidis Tragedia, quos intra limen, ipſe cõtinuit ſimilibus vſus verbis: *Vt ſpectarent, viderentque, quem admirator auri exitũ faceret.* Seneca retulit, lib. 21. epiſt. 116. *Quia finis potiſsima cauſarũ omniũ.* Agricola de inuention. dialecticor. 1. c. 14. n. 16. & legibus, l. 1. de ſolut. matr. l. eam quam 14. ibi Bald. C. de fideicõmiſ. in omni re præcipua, l. diximus 4. D. de excuſationibus tut. l. verum 25. l. qui iniuriæ 53 D. de furtis, Ariſtoteles Topicorum 3. in

*Comædia Hiſpana ſub Philippo Quarto.*

*Comparatio inter noſtras, & Romanas comædias.*

*Comædia ex honeſtis actibus, & præcipuè ex propoſito fine perpenditur.*

in noſtris comædis rara meretricum mentio, rara lenarum, cum his, & ſimilibus comædia Romana cõſtaret: nullus homo fœminarum veſtitu fœdatus: nulla fœmina virili, etſi contra rarò accidit, argumenti dexteritatem præoculis, & animo adeo expectatores habere credimus, & fidimus, eiuſque ſpecie detineri, vt extra nihil obſcænũ cogitent. Sic ratio legis 7. tit. 15. lib. 8. R. Hoc caſu haud militat, duplici rationis cauſa. Prima ex cenſura publica. Secunda quippe ex hoc actus eſſentia culpabilis non eſt, & ſine turpi facto pœna legis infamiæ dari non poteſt, adde cauſam finalẽ, in l. 7. tit. 15. lib. 8. R. eſſe ſeditionũ, factionumq; prorſus huic rei alienũ, ibi: *No vaya cõn ellas ninguna perſona disfrazada.* Neque infamiæ pœna lege continetur, tamen ſimilis habitus in his fœminis meritò etiam his ſpectaculis prohibitus. Quippè praui mores, nec vſus diuturnitate excuſantur. Bonan. li. 3 Phareor. c. 12. ex Seneca: *Mali mala ſua, quod malorũ vltimũ eſt amant, tunc autẽ conſumata eſt infœlicitas, vbi turpia non ſolũ delectãt, ſed placent, & deſinit eſſe remedio locus: vbi quæ antea vitia fuerunt mores fiunt.* Plauti, Terentij aniculæ noſtris comædijs haud prodeũt, in locum matris, aut amitæ in actionibus, dum mutatis perſonis, in harũ vicẽ ſubeat, grauis ſenis, aut alteriùs viri perſona, cuius conſilio, quaque authoritate regi iuuenes velint, & debitum honorem ſignificẽt illis poëtæ, nec turpes Amphitrionis caſus, Eunuchive Terentij, dolo Iouis, aut ſerui,

2. *Mulieres, quæ aliquando veſtibus virorum vtuntur comædijs non infamari facti infamia ex leg. 7. tit. 15. lib. 8. R.*

nec

*Mulieres an dehoneſtentur viroorum aſpectu in comædia.*

nec ideò, quia mulieres ornatiſsimæ prodeunt dedecus, Hiſpaniã naturali rationis ductu ſuis ingenitæ meliùs, & vtiliùs, Aſia, Africa, & America, ne dicam Europæ, reliquis quoque dictionibus, contineri pudicam certiſsimum eſt, fœminas colit, ornatque Roma ſeueriſsimis legibus, eas à virorũ aſpectu arcet, Titus Liuius decad. 1. lib. 1. Afri, & magna pars Aſiæ illas in clauſtris, & quaſi compedibus retinet, vnde illis libido tendendi inuetitum viris luxuriandi in mares. Vide commentarijs Rerum Turcicarum mihi pagin. 57. libell. de Republ. Turcica. ibi *Hinc earum Regionum mulieres, pudicitiam melius bonorum non cenſent, vetitis enim rebus gliſcit volũtas.* Lacedæmonia parui eas facit, ex quo prouenit, vt cuilibet proſtituantur, aliqua de Lacedæmone Plutarchus in Licurgi vita, abſque violentia fœminas regere, comptaſque, nullo oris velamine aſpectui populi permittere intra caſtitatis normam contentas, ciuile eſſe fatendum eſt, cum ars ſit amantium contra hoc facere, ſic Sauina Popea velata oris parte, raròque in publicum egrediens, Neronem allicit, imperijque in conceſam dignitatem occupat, cõiuge Othone relicto, deturbataque Octauia à Principis latere, & matrimonio, Tacitus lib. 13. Annal. c. 12. ibi: *Sermo comis, neque abſurdum ingenium modeſtiam præferre, & laſciuia vti rarus in publicum egreſſus idque velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum.* Ex Ouidij dogmate, lib. 3. de arte amandi.

*Fœminis faciẽ velare, & raro in publicum egredi artem eſſe ſolet allicien di ad ſe viros, ſub virtutis modeſtiæ ſpecie.*

*Dulcia non ferimus, ſucco renocamur amaro:*

Et

Digitized by Google

Et illud vulgare.

*Sicut equo iaculis Parthus fugit, & ferit hoſtē,*
*Philis amatorem, ſic fugiendo capit.*

Sunt Hiſpanis actionibus amores? liciti vero, maritaleſque, ad optimumfinem, quibus cenſura adhibita, ne teneris iuuenum ingenijs officere poſsint, qui finis ſi honeſtis verbis expoſitus, non abſque amorum aliqua reprehenſione, atque ad virtutem exortatione, ſatis cum legibus erit communis, de quo multa Alciatus lib. 3. diſput. c. 3. & 6. Antonius Auguſtinus de legibus in lege Iulia, & Papia. Couarruuias de ſponſalibus, par. 1. cap. 8. num. 2. & ſeqq. Cuiatius in l. vnic. C. de caducijs tollend. ad id ſuadendum Romæ ſæpè Nationes ad populum habitæ, Aulus Gelius lib. 1. Noct. Atticar. c. 6. ſunt ex prouocatione pugnæ at illis omnis proditio, omniſque honoris fæditas damnatur, fugiendaque docetur, vt generoſa iuuentus fiat, & maximè abhorreat, à doloſis circumuentionibus, atrocique alicuius cæde, æquo pugnatura Marte, obſeruaui agreſtes incultoſque homines atrocia facinora committere, minus talia eruditos in vrbibus, & hac Regia Matriti educatos, qui crebrius audiunt quod publicè probatur antiquatis legibus eadem ratione cautum, l. 4. tit. 3. par. 7. l. 8. tit. 14. par. 3. l. 2. tit. 3. par. 7 tamen hodie in Religioſum? c. monomachiam 22. cap. 2. quæſt. 5. cap. 1. de Clericis pugnantib. in Duello, hoc ita, ſed non fingere, & damnare, has hominum rixas, aliquoque diſerti Scriptoris fœdere, & conſilio

*Nuptias ſuadēdi cauſa populo oratores Romæ conſtitutos fuiſſe.*

ſeda-

n. 3. ſedare, comædia in genere indifferens habetur, eius ſpecies, virtuoſa, honeſta, & reprehenſibilis, quas Hiſpanorum ſeueritas admiſsit, honeſta & virtuoſa fuere, his adeſſe ſecundum earum finem, aut virtutis, aut inculpabilis lætitiæ actus, vt patet ex prædictis, & rei eſſentia, tales hodie exiſtimo moueorque authoritate eorum qui eas permiſſerunt, cum has nec videam, nec appetam, tamen huc vſque infamiæ nota laborauere? honeſtorum virorum iudicio infames eſſe comædos, quis negare poteſt? ſi facti exiſtimas, erroris cauſa, dicam, haud populi conſenſum adeſſe, nec pœnali caſu, legis authoritatem, nec conſuetudinis vim, l. de quibus 31. D de legibus, l. ſi per errorē 15, D. de iuriſdict. ibi: *Nihil conſenſui tam contrarium quam error qui, & imperitiam detegit*; l. ſi conſuetudinis 2. C. quæ ſit long. conſuetudi. nec obſtat l. Barbarius 3. D. de offic. prætor. quæ lex, nec errorem legis vicem ſortiri vult potius eam in præſens corrigit, & præterita excuſat ne in perniciem publicam teneat, lex in odioſis reſtricta in fauorabilibus indulgens comædijs fœminæ artes, doloſq; adiſcunt? hos potius non rarò detegunt viris, vt Circis, & Siræ num dulce malū: quod vitent, & fugiant, emendent in ſuis, ipſæque fœminæ minus audacter talia tentent proditæ, ſic, vt iam, nec hac fiducia peccent, nec fœminarum naturæ, nihil nouæ artis additum cum ſatis, & amplius huius nōnullæ norint, ſic, vt ruſticæ, & incultæ ſingēdis rebus, & dolis tendendis viris, præcellant viros

*Comædia, aut eſt honeſta, aut vitioſa, aut indifferens.*

*Conſenſus populi in conſuetudine inſpicitur.*

*Error populi non facit legē, nec conſuetudinem.*

*Fœminæ artes calent fallendi non diſcunt in Hiſpanis comædijs ſed ars earū artes, & dolos viris detegit.*

ros eruditione præditos, rulticiores Dæmonem ſe habere ſolertiſsimè ſimulāt, & quaſi eo percitæ bacchantur, id comprobāt Ethnicorum Phitoniſſæ, Idolorumque Sacerdotes, quæ ſi aliquando immūdis ſpiritibus agitabantur, non rarò fingere idipſum conſtat, & virtuoſæ debent etſi dolos expoſſuerint hos damnare, at amorum, & affectuum imaginis noxias memoriæ relinquunt, imò cruciatus ex ſimilibus paſsionibus efigiē, & pœnæ, damniq; mergētis ſpecies virtuoſæ. Interdictum Religioſis, & Monachis expectare comædias, id ita non tam illatione iuris, quàm à ſuperioribus ex perſonarum dignitate. Vt orationi, alijſque deuotionis operis vacent, ſed dum parcè, & digna ſede ſeparati expectent, nec indecorum ipſis, nec noxium, ſecundùm populi mores, & conſuetudinem, cum non ſint honeſtæ & virtuoſæ Hiſpanæ comædiæ, ſimiles illis, de quibus ludis, ſancti patres, & venerandi Canones agunt, vt ex prædictis apparet, & §. 1. expoſitum, nonnulli vitæ ſanctitate conſpicui viri, in Hiſpanis comædijs maiorem actus perfectionem deſiderant, & in pluribus meritò maiorem perfectionem deſiderant, & inhoneſtas incuſant, ſi quæ ſunt, ex ſanctorum Patrum doctrina, qui artem ludicram, & ſuorum temporum actiones condemnauerint, & de inhoneſtis comædijs, pudico, & lato calamo ſcripſere, relati dict. §. 1. huius capitis, n. 3. in fini & 4. & nouiſsimè Ioannes Marquez lib. 1. c. 30. §. 2. ſuo Gouernador Chriſtiano, Cabrer. n. 3.

*Fœminæ ſimulatione viris primas ferunt.*

*Religioſis quare comædiæ interdictæ, & quomodo permiſſæ.*

3.4.&5. Barboſa de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 40. n. 58. Comitt. reſponſor. lib. 5. q. 21. de inhoneſtis comædiis. Corrigi tamen poſſunt, ſaluo comædiæ actu, & eſſentia, de quibus aliqua à nobis anotata reperies, §. 4 & 5. huius capitis iterum, ingenuè fateor indifferentes Hiſpanas comædias mihi diſplicere, illaſque tantum probo, quæ moribus proſunt, vitia inſectantur, ad idque tota earũ dirigitur actio peccare poteſt, qui comædiã Hiſpanã videt? ſic expectans, quemlibet actum intrinſecè bonum, abſque comædia viuere reſpublica poteſt? & nos abſque alimentorum condimento, ſed non diutiùs non ſalubriùs, ſic hyſtrionatum & ſi ſuis temporibus turpem, Diuus Thomas appellat 2.2. ibi: *Quod neceſſarium eſt vitæ humanæ ſicut cibo pro condimento.* Quæ alia vtilitas, quam voluptatis, quæ aliis ludis, reperiri non poſsit? honeſtis, & virtuoſis comædijs; vehementiùs mouere, docere, leuare, continere, populum in obſequijs, oſtendere exempla, quæ ſequatur ad egregia facinora patranda. Mores in aliquibus

n. 4. *Comædiæ quare interdictæ noſtro tempore ex ratione illatio.*

comicis a recto deſciuere? hanc reuera cauſam exiſtimo, qua propter noſtri temporis prudentiſsimè reipublicæ moderatores comædiam interdixerint, ob comædiorũ mores, quorundamvè iuuenum petulantiam, at reddierint (ſic ſuſpicari liceat) quia talis eſt actio, vt cum venia ſeueriorũ virorũ audiri queat indifferens, ea verò, quæ virtuoſa progreſſu, & fine procedit, appeti in pretioque haberi. Tamen ob aliquorum facino-



Digitized by Google

ra, non ſunt omnes damnandi, Vlpianus l. abſentem 5. D. de pœnis, Paulus l. Arrianus 47. D. de obligat. Diuus Chryſoſt. ſuper Matth. lib. 1. *Iuſtiùs eſt, iniuſtū iuſtè euadere quam iuſtum iniuſtè puniri.* Et 18. Geneſ. *Nunc quid perdas iuſtum, cum impio.* Potiùs quod publicè obſeruatur, ob communem omnium vtilitatem, vt mos, & conſuetudo honeſta, nec immutandum, vnius, aut alterius incommodi, aut dedecoris cauſa, Titus Liuius decad. 4. lib. 4. in pri. ex Catonis oratione de lege Oppia diſerente: *Nulla lex ſatis commoda omnibus eſt, id modo quæritur: ſi maiori parti, & in ſummam prodeſt.* Vlpianus l. iura 8. l. 1. D. de legib. Reipublicæ moderatori, quod Pontifici Petro apparuit præoculis ſit, Actis Apoſtolor. c. 10. emendatio, & curatio adhibenda eſt, comædiorum mores corrigendi, prohibendi virorum commitatus: adoleſcentium cœtus. Nam, vt Diuus Auguſtinus lib. 1. de Ciuitat. Dei, cap. 33. *Neque enim cenſebat ille fœlicem eſſe Rempublicam, ſtantibus mœnibus, ruẽtibus moribus.* Et prægrauat horum hominum improbitas (ſi tales ſunt) bonum publicum, *ideò quia Iudas in ea erat Petri nauicula fluctibus obruebatur*, Ambroſius ſerm. 11. de mirabil. *Hæc eſt cauſa periculi, erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter, & proditor Iudas, quamuis illius fides fundaret nauiculam huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas vbi ſolus Petrus habitat: tempeſtas vbi Iudas adiungitur.* Petrus Damian. lib. 7. epiſtol. 7. *Cauendum eſt ne malitia ſubditorum re-*

dun-

Digitized by Google

*dundet in Regem*. Idque ipſum Romanorum animos ſolicitauit, & ſi alijs minus honeſtis ludis. Tacitus lib. 1. annal. cap 4. ibi: *Ne domos Pantomimorum Senator introiret ne egredienti in publicum equites Romani cingerent, aut alibi, quam in theatro ſpectarentur, & ſpectantium in modeſtiam exilio multandi poteſtas Prætoribus fieret.* Etſi hoc magis ſtudium populi, quam hyſtrionum mores reſpicit. Cuius loci authoritas, haud malè adduci poſſet, ad cohercēdum cōmitatum illorum (etſi in re prorſus diſimili) qui ſe verberibus cedunt, & videntur, non tam in commemorationē Paſsionis Domini noſtri IeſuChriſti, quàm in vanam oſtentationem, quaſi adhibitis teſtibus de fortitudine, conuocatis & proſequentibus prodire, qui tunicas ſibi induunt, adeò tenues, velamine oris, vt ab vniuerſis dignoſci poſsint, & omni corporis, & veſtium motibus, ambitu, & elegantia magis Bacchanalem pōpam ducere videantur, quam tanti myſterij funeralem, quod ſi ideò faciunt, vt ſe iactēt de puſillis vulneribus, ſpiculis minutiſsimis inflictis, minus animi, ſe habere oſtendunt, quàm fœminæ, quibus forſan placere ſatagunt; pro nefas! ſi ad id, vt meritis, & ſanguinis proprij abutantur, plus quam Dæmonum eorum inſania notatur, adeo nulla res, nulla adeo ſancta eſt, cui niſi modus adſit dānabilis nō fiat, vnde iure Canonico his prohibitione quæſitus his, & ſimilibus modum egredientibus in Italia Albatis, in Bohemia Orphanis, Æneas Silu. in hiſt. Bohem. c. 35.

*Cuculati pro fani Hiſpanicè diciplinantes inculpantur, & ſi actus ſanctiſsimus.*



Digitized by Google

41.43. Bonfinius decad. 3. lib. 2. Polidor. lib. 7. de inuēt. rer. c. 5. Petr. Gregor. lib. 21. c. 7. de Republ. n. 18. nocturniſque ſacris, & pompis, Didacus Couarr. lib. 4. c. 19. n. 10. var. reſol. Diuus Cyprianus lib. 2. epiſt. 2. *Inter leges delinquitur, inter iura peccatur.* Ouidius cecinit, lib. 2. de triſtib.

*Omnia peruerſæ poſſunt corrumpere mentes,*

Nec, ideo minus ſacra ſtatis diebus frequētanda, nec quæ ſemel placuere mutanda, enim vero, quæ corrigi poſſunt, & debēt ſanãda ſunt, non vna litura, ſed docta animaduerſione, quod aliàs factum, l. vnic. C. de Maiuma. l. 1. l. quiſquis equos 3. l. ſi qua 4. cum ſeqq. C. de ſpectacul. *Non quia difficilia ſunt non audemus, ſed quia non audemus difficilia ſunt.* Senec. lib. 18. epiſt. 100. Diuus Auguſtinus ad Publicolam epiſt. 154. & c. de occidendo, ibi: *Abſit, vt ea quæ propter bonũ, ac licitum facimus, aut habemus, ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam malè acciderit nobis imputetur, alioquin nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habenda, ne quis eis vel ſe, vel alterum interimat: nec arbor, aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpendat, nec feneſtra facienda eſt, ne ſe quiſquam per hanc præcipitat, quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non poſſem? quid enim eſt in vſu hominum bono, ac licito, vnde non poſſit etiam pernicies irrogari.* Sit populo domus ſancta orationis, viri à fœminis (ſi ita opus ſit) ibi ſeparētur, Cura ſit magiſtratibus, vt caſtè colatur, ſit ſolatij intra caſtitatis normam, ſint purgamenta obſcænitatis, ſe iuncta ab honeſtis,

nam hæc non eſſe in Republica impoſsibile habetur, diuturna temporum, & gētium obſeruatione, & ſi nitendum contrá, ne vitijs indulgere videamur, manifeſtum eſſe iudicauerim, agunt in diuinis comædijs (ſic vulgo appellantur) aliquando ſanctorū perſonas impudici homines: etiam lignū imagini materiam dat, & ſi famæ, & moribus comædiorum conſulatur inconueniens vitabis, & ſunt hodie ex his, quos nec merito culpes, ideò quia nec hyſtriones legibus dānatā artem ludicram exercentes habētur, in Luſitania Paſsionis Domini noſtri Ieſu-Chriſti pompa qualeſcūque homines Chriſti ſacroſanctam, & Apoſtolorum perſonas ſibi induunt, nec imago Dei, cum ſit homo poſponenda ligno, & aliud eſt facere, aliud fingere.

*Mercurius non fit ex qualibet arbore, fingit*
*Mercurium ex ligno, quolibet ille faber.*

Et ſi hoc emendationem indiget, nec nos prorſus quid horum admittimus tantùm excuſationem ſuſcipientes, cum pleraque quaſi conniuentibus Iuriſconſultis permittantur. Salua tamen veneratione, ac pietate erga Deum, quippé *Pietas erga Deū* (vt ait Syreſius de Regno) *certa baſis Regni eſt, ac fundamētum.* Ideò attrectare impuros ſacra Ethnici damnant.

*Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; Penates.*
*Me bello, è tanto digreſſum, & cæde recenti*
*Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
*Abluero.*

§. QVAR-

## §. QVARTVS.

### De accidentalibus in Hiſpana comædia.

## SVMMARIVM.

*Saltationes ſingularũ mulierũ inhoneſtis motibus cõſtãtes inhibẽdæ in Hiſpanis comædijs. n.* 1.

*Salere honeſto modo ideſt dançar laudãdũ. ibid.*

*Comædia Hiſpana eſſentia honeſta. n.* 2.

*Populus conceſsis voluptatibus continendus ne in inconceſſas ruat. ibidem.*

*Abbatis præſumptio, c. quia plerique, de immunit. Eccleſ. non obſtat, quominus in Chriſtiani populi regimine cautiſsimus. ibidem.*

*Mala minora tolerãda, vt minora effugias. ibid.*

*Comædiam honeſtam magis quam inhoneſtam appetunt Hiſpani. ibidem.*

*Romani primi iuris philoſophiæ repertores. n.* 3.

*Xenedochijs, & Orphanotrophis eleemoſynam allici politicum eſt, vnde etiam ſecũdariè Hiſpanæ comædiæ vſus vtilis. ibidem.*

*Hiſpani Authores noſtro ſeculo propriores ex hiſque eruditiſsimi, ſcribentes de Hiſpana comædia nobis conſenſere in facto laudabili comædiæ, & ſi de iure non aſſenſere. ibidem.*

*Gomezi ſolutio ad l. & mulieri* 15. *D. de curat. furioſi. ibidem.*

*Comædia Hiſpana elegantior Romana. ibid.*

*Muſices Tibiarum, & cultus elegãtia Lacedæmonijs fuit ad pugnã capeſſendã exortatio. n.* 4.

**n. 1.** *Saltationes ſingularum mulierum in honeſtis motibus conſtantes inhibēdæ in Hiſpanis comædijs.*

QVæ ab eſſentia comædiæ diſtant choreæ in actuum finibus noxiæ? alterni orbibus orbes, & quæ honeſta ratione ductæ choreæ diſsimiles illis, quas merito impugnat Diuus Anton. de Chorea, c. 6. num. 26. tit. 2. Saltationes ſingularum fœminarum, obſcænis motibus conſtantes, exterminandæ, & quocumque publico loco, verba, & cantilenæ obſcænitatis, coercendæ, & ſi in nullius tendere iniuriam videantur, l. 5. tit. 10. lib. 8. Recop. Alphonſus Azened. num. 1. 2. 3. at pſalere pudico modo, & vernaculè (vt rē nomine explicē) *dāçar*, quis dānare poteſt? vtinā huiuſcemodi ludi nobiles contineant, laudabiles ſane, cū modo adhibiti, & qui laudandi veniunt, ſi antiquitatem conſulas, non alio corporis motu Alexander Magnus Aſiam ingreſſus, Quinti Curtij ſupplemento, lib. 2. ibi *Tripudianti ſimilis proſiluit, atque ita hoſtias ceſit.* Dauid ſic ante arcam Domini præceſsit, lib. 2. Regū, c. 16. ſic de rebus circa comædiā at in ipſa honeſta, & ſaltem in virtuoſa Hiſpanorum comædia, nihil turpe, quod ad lethale peccatum inducat, pluribus populus intētus, in carminibus nouitatis gratia placentibus, inquirit, quis primus author? an idē iterum dixerit? in ſentētijs aptitudinem quærit; an nec ambitioſè quæſitæ? in titulo, ſeu comædiæ nomine; an actioni reſpondeat? in tribus actibus, quibus Hiſpana comœdia conſtat: quis horum melior? & in illis quæ Scenæ alijs præcellant? & hoc non eruditi,

*Salere honeſto modo id eſt dançar laudandū.*

**n. 2.** *Comædiæ Hiſpanæ eſſentia honeſtæ.*

diti, & ſelecti, ſed infimæ ſortis homines, vt mos eſt in certaminibus, animaduertũt, indecorum verbum, perſonarum decentiã ſeruantes: Hiſpanorum auſteritati, nec impudica placent, paulumque arecto deſciuere ipſorum mores ſua de poëtis factio, & votum, ſic, vt extra turpitudinem, & amores populus expectet, niſi quis horum conſuetudinẽ, cum fœminis perſonas agentibus habet, reliqui has ipſas, tanquam pariter, cum ipſa fabularũ actione fictas ſpectantes. Sanctius tamen populo erit, oblectamẽtis prorſus carere his honeſtis nequaquam virtuoſis, aut indifferentibus, quippè vulgus monſtrũ eſt multiplex, varium, inquietũ, nouarum rerum, rumorumq; auidum, cuius faciem eleganter depingit Seneca lib. 2. de ira, cap. 7. ibi: *Quoties proceſſerit domo, per ſceleratos illi, auarosque, & prodigos, & impudentes, & obuia fœlices incedendum eſt.* Ij docendi ſunt obſcœlus impij, ob auaritiã doctrinã reſpuentes, ob prodigalitatẽ ab illis contẽptã, & denique vitia ſua amãtes, quibus omnia debent, nam apud homines certius præmium ob magna flagitia, quam ob magnas virtutes; ita nunc, & ea exprobra, ſecurius nõ aque. Poëſis illis honeſta ſuadet ſub voluptatis ſpecie? ij declinandi ſunt auertendique ab inconceſsis, licitis ludis, quia vitia futura erunt, dum erunt homines, & in turpes voluptates facillimè vulgũ delabi video, amœnis receſsibus, priuatis domibus immediatè, quaſi dato ſigno, vndiq; ad flagitia cõcurrũt omnes, ipſæ meretrices plau-

*Populus conceſſis voluptatibus continendus ne in inconceſſas ruat.*

dēt, nō eſſe comœdias, quæſtus proprij cauſa, aleatorū receptores, & reditus conductores, edulium tabernæ, hortorum coloni, collegia Detractorū, Balatrones, Ambubaiarum impudicitia, cauēdum ideò, ne dum plus quam ſani eſſe volumus, in morbum incidamus, vt trito epigrammate dicitur.

*Eſſe magis ſanus, dum morbi præualet expers,*
*Vult, qui nititur an liuidus ore petit.*
*Pharmaca, dū quærit, ſumit medicamine mortē*
*ex ope nempe iatensi O medicina potens!*

*Præſumptio Abbatis quia plerique de immunit. Eccleſiæ nō obſtat quominus in Chriſtiani populi regimine cauti ſimus.*

At Chriſtiani, vt voluit Abbas, c. quia plerique de immunit. Eccleſiæ no. col. tales exiſtimandi, vt nullum facinus de illis præſumatur, nemo dixit non eſſe cauendum in iuridiquo obſeruantia habendum, & ſi non contingat l. Arriani 5. C. de hæret. & Manichæis, ſic de contractu mutui Antonius Gomezius tomo 2. c. 6. n. 2. & tale genus humanum eſt, vt quatenus dilectius habetur, peius de illo ſperandum ſit, ſic vt ſi Hebræorum vitia, & abominationes, & ſcelera cum Ethnicis conferas; minora quandoque forſan Ethnicis fuiſſe comperias: Salomonis concubinas Regum, lib. 3. c. 11. Ieroboami, & Iſraelis plurium Regum abominationes numeras; ſæpe ſæpius has ſacra pagina incuſat, cùm à Roboam diſceſſit Iſrael lib. 3. c. 12. Regum crebras ibi, & in Ieruſalem Principum occiſiones, & fœda ſcelera Dominus teſtatur, c. 23. lib. Regū, ibi: *Etiā Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael, & proijciam, &c.* fuit ille Dei populus, nunc iſte, illius ſcelera audiuimus, iſtius timenda

præ-

præcipimus in partibus, & ſi gratia, & fauor in iſto maior, cui promiſſum non defuturã fidem. Diuus Lucas c. 22. *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Plebis conditionem rectè exponit Petrus Gregor. lib. 4. de Republ. c. 5. n. 40. Corpus humanũ Monarchia imitatur, vbi procul à corde noxia ſunt, vt in corpore fel, & inteſtinorum feꝫ recto valet, vbi per totum corpus venenum illud diffunditur lethaliter ægrotat. Paulus Põtifex huius nominis Quintus Romæ expulit meretrices, & eas iterum reuocauit, ex eo præcepto, vt maiora effugias damna minora tolleranda, cap. duo mala 13. diſtinct. c. nerui, diſt. ex Diuo Auguſtino lib. 2. de ord. ſcrib. *Tolle meretrices de mundo, & Sodomia totus efficietur reprobus.* Refert Didacus à Couarruuias 1. part. cap. 4. de ſponſalibus, num. 8. ideo omiſſo digniori permittitur eligi dignum, in arbitri electione, cap. quia propter de electionibus intra dimidium iuſti pretij ſe decipere, c. cum dilecti de empt. & vend. Couarr. lib. 2. var. cap. . Ludouicus à Molina lib. 2. de primogenijs, cap. 4. num. 34. & 36. nec non ex illo Luciani politico, lib. 1. var. hiſt. *Sæpè numero mutatio in melius maiorum malorum conſueuit eſſe principium.* Tamẽ honeſtis in ludis conſeruandis verſamur, ſunt, & qui ſentiant, quod ſi quid extra comœdiam culpabile reperitur idq; emendes, & reijcias neminem futurum eſſe, qui eam expectet: cum aliter tamen hoc ipſum

*Mala minora tol'eranda, vt maiora effugias.*

 expe-

*Comædiam honeſtam magis, quam inhoneſtam appetunt Hiſpani.*

experiamur, neque eorum ſententia placet, denique quid verbis opus eſt, expectemur agendo honeſtiores comædiæ, ſi non abſurdæ, nullis egent adminiculis, nullis Choræis impudicis, totum excitant populum, patreſque familias, non ſolùm vxores, & liberos, ſed famulos, ſeruos, clientes, conſanguineos, notos, vicinos, ad virtuoſam comædiam ducunt, doctrinæ infligendæ, & propagandæ cauſa, quam eiuſdem honeſtatis gratia antiqui colebant in ſuis Attellanis, & ſi exempla non eſſent, cum exemplis viuendum ſit, & honeſtarum actionum vtilitas certa, has omittere, ob illa, quæ accidentalia ſunt: ex illiſque procul repelli poſſunt, an ciuile ſit alijs erit iudicium: *Cum multa experienda fieri conſtat, quæ ſegnibus ardua videntur.* Siue correctione, ſiue permiſsione, Tacitus lib. 15. cap 8. Annal. Hæc ſunt, quæ obijci poſſunt comædiarum actioni, quę nec in eius eſſentiam cadunt, nec difficiliter ab ea remoueri queas, vnde excuſandi veniunt, qui cum Diuum honore has honeſtiores coniunxere, adeo, vt illas admittãt, quæ humanas actiones tantùm exponunt, feſtis, & ſolemnibus Eucharistiæ ſacroſanctæ, ſtatis diebus, in oppidis, & impleriſque etiam, ſacris viris perſonas agentibus, idque probant Authores, & nullum crimen, nullam turpitudinem in Hiſpanis comædijs eſſe hac conſuetudine haud oppugnata, ſignificant: cum in vnam partem trahantur huius voti, tam iuris ciuilis conſulti, ſeculares,

res,

Digitized by Google

res, quàm Ecclaſiaſtici Canoniſtæ, dum ij Sacerdotes, qui ex more repræſentant, humanas, pias, aut diuinas exponant, Barboſa in cap. cum decorem 12. n. 6. de vita, & honeſtat. Clericor. vide Franciſcum Amaiam, l. vnic. C. de Maiuma, lib. 11. ab n. 58. Antonium à Cabreros, Auendañum de metu, lib. 2. c. 8. n. 10. Petrus Gregorius lib. 13 de Repub. c. 20. n. 4. & poſt Sacram pompam etiā in vrbibus, & hac Matriti Regia, quæ (ſic vulgo) diuinæ appellantur, inueterata conſuetudine exponuntur, at c. 21. n. 14 & 15. merito in Clericos profanas, inhoneſtaſque comædias agentes vehitur, adderem, & indifferentes, quod omne, vt de politica in eo conſtet, iam olim populus Romanus decreuiſſe patet, ſuis quoque ſolemnitatibus. Cuius Romanorum ſcientia politica, totus illuminatur mundus, prius victus ab illis, Populus ſi non primus legum repertor iuris Philoſophiæ Auctor, & cultor eximius, vt docet latè Pomponius l. neceſſarium 2. D. de orig. iur. cuius normam in regendis Prouintijs ſequi auſpicatiſsimum, & proficuum dabit exordium, dum abſque Religionis offenſione, morumque corruptela optimè Baron. ann. Chriſti 964. n. 37. *O Imperator erigis muros? & tametſi vel ad cœlos eos educas intus cū ſit malū vrbs captu facilis eſt.* Cū *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatē, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eā.* Pſalm. 126. Sic vna ex legibus duodecim tabularū: *Ludis publicis, quod ſine curriculo, & ſine certamine corporū fiat popularē lætitiā in cātu, & fidibus, & tibijs moderanto, eaq; cū*

n. 3. *Romani primi iuris Philoſophiæ repertores*

diuum

*dinum honore iungunto.* Aimarius Riualius plura cōgerit lib. 2. Hiſtoriæ iuris ciuilis, l. Athletas 4. D. de his, qui not. infam. Xenedochijs, & Orphanotrophijs iungere comædiæ obuentiones, quanta etiam prouidentia Hiſpanorum Reges decernunt, quorum ad huius Monarchiæ faſtigium tendentia præmere veſtigia, cum rectè euenere ſatiùs eſt pijs cauſis fauentia, quam euertere, cum non abſque exemplo, & in melius traducto id fecerint. Has quippè expenſas, & ludorū quæſtus, Imperatores Diocletianus, & Maximinianus, in murorum refectionem, noſtri Reges in pauperum fulcrum conceſſere, l. vltim. C de expenſ. ludor. pub. nec aſpernandus mos, proponendi præmia, comicis, qui elegantiùs, & præſtantiùs, ſacros dies celebrant, vt notat Alphonſus Fernandez de Lara, etſi communis opinionis doctrina abſque differentia comædorum, & artis ludicræ actus qualitatis omnis comædos infames iuris cauſa, ſeu vt ipſe facti notat, lib. 1. cap. 14. n. 11. Etſi dari non poſsit, iuris infamia, quæ eſt pœna grauiſsima abſque delicto, & facti turpitudine contracto. Inter tot verò Doctores acuratiſsimus antiquitatis recenſor, Franciſcus de Amaia proprior noſtræ ſententiæ accedit, & teſtimonium adducit Alberici Gentilis, de actionibus fabularum, cap. 14. quo aſſertum haud vſu receptum eſſe hyſtriones infames haberi, & ſi legibus cautum, addit doctiſsimus noſter Franciſcus hæc verba: *Quod multo conuenientius, noſtris hyſtrionibus competeret, cum in co-*

*me-*

*Xenedochijs, & Orphanotrophijs eleemoſynam allici politicum.*

*Hiſpani Auctores noſtro ſeculo propiores ex hiſque eruditiſsimi ſcribentes de Hiſpana comædia nobis conſenſere in facto laudabili comædiæ, etſi de iure diſenſere.*

*D. Franciſc. de Amaia comædiam Hiſpanã laudat.*

*mædijs, nulla laſciuia; neque impudicitia permitatur, imò ita ab omni luxuria inhoneſtate comædiæ vacant, vt omni grauitate, decore, pudore plenæ ſint, tamen cum hyſtriones quæſtus gratia ſpectaculum ſui præbeant infames reputabuntur.* Dixit lib. 10. C. l. vnica de infamibus, n. 39. ſuis commentarijs, in quo tria diſplicerent, niſi me tanti viri authoritas, & veneratio detineret. Primum hyſtrionis nomine, quatenus turpe officium olim erat, comprehendi omnes comædos Romanos, vt fuere Atellani, cum ex Liuio, & Valerio Maximo conſtet haud notari. Secundum, qui honeſto ſemper modo ludunt, etſi ex officio pœna affici grauiſsima iuris infamiæ, vel cauſa, aut poſſe legibus damnari vltrà modum, cum hoc iuris Philoſophia non patiatur, cum ſit tertia quaſi infamia honeſtorum virorum iudicio, de qua nec noſter ſermo. Tertium quæſtus cauſa quid facere honeſtum, & rei honeſtæ ſe præbere ſpectaculo infamiam irrogare, dum eſſentialiter honeſtum ſit, quæ omnia ex ſupradictis apparent expoſita, in princ. huius cap. n. 1. & ſeqq. deinde proſequitur idem n. 44. & dubitat an infames dici debeant viles perſonæ, necnon etiam Ludouicus de Molina lib. 1. de Hiſpanor. primogen. n. 16. qui plures congerit cap. 13. verb. *quod ſpurius vilis ſit, & infamis conditionis.* Quod alienum iudicabam à iuris tramite, cum de iuris agant infamia, in quam incurrere non eſt dubium, conſtantium, qui turpi criminis legis pœnam merentur, Bartol. l. 1. ff. De

his,

his, qui not. infam. Acurſius l. 1. C. de infamib. Vveſembech. in ſuis parat. n. 1. circa finem, D. de his, qui not. infam. Frech. lib. 2. de exiſt. cap. 10. n. 6. & communiter Doctores dict. l. 1. D. de his, qui notat. infam. Duarenus ad hunc titulum, cap. 2. & 1. diſput. 42. Petrus Gregor. lib. 31. ſynt. cap. 29. n. 9. Donellus lib. 18. cap. 6. commentar. iur. ciuil. vbi plures recenſet Oſualdus in Notatis, lit. H. nec ideò quia viles, & abiectæ perſonæ de iure in illis minus accuratè conſulendum, §. dominorum, Inſtit. de his, qui ſui, vel alien. iur. ſunt, ibi: *Nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi.* l. perſpiciendum 11. D. de pœnis, & in ſeruis obſeruatum vſque ad iuris ſcrupuloſitatem, Gaius l. item apud Labeonem 15. §. itaque Prætor. D. de iniurijs, facit §. fin. Inſtit. de ſucceſ. ſublat. prodigis curatores, l. 1. D. l. 1. C. de curat. furioſ. & meretrici, ſi luxurioſè viuat, luxurioſè hoc eſt prodigaliter luxui deditæ, nam ineptè ad libidinem luxum referes, quam interpretationem ad l. & mulieri 15. D. de curat. furioſ. potiorem illa Gomezij accipies; Gomezium vide tomo 2. variar. cap. 14. n. 33. Tiraquel. de nobilit. cap. 34. n. 14. Attellanos ab hyſtrionibus haud ſatis decernit, & ſi plura colligit. Nam etſi Attellanos lato modo hyſtriones dici poſsit, quia imitatores ſunt, ex Græco vocabulo, cum de iure agatur, & quomodo id iure accipiatur, inſpicere debemus an Attellani, conditionem, & officium hyſtrionum ſecuti fuerint. Et conſtat ex ſupradictis, non

*Gomez. diſplicet ſolutio ad l. & mulieri 15. D. de curat. furioſ.*

haberi hyſtriones, & ęque comædos Hiſpanos noſtri tẽporis, quibus concludã, vt principia iuris à nobis propoſita firmiter teneas, vnde veritatem inuenies, ſtrictamq; aciem venientibus offeres. Noſtri comædi omnibus antiquitatis honeſtiori, & elegantiori methodo ludunt, quod ne antiquari critici negent, ſciant largiùs Hiſpanis ſales, ſchẽmata iucundis facetijs perpolita naturam dediſſe, quibus maximè conſtat comædia, & eſſe re vera, qui acutatiorem ſcribẽdi rationem in Plauto, & reliquis comædiarum Poetis Latinis deſiderent. Horatius de arte Poetica:

*Comedia Hiſpana elegantior Romana.*

*At noſtri proaui Plautinos & numeros, &*
*Laudauere ſales, nimirum patienter, vtrumq;*
*Ne dicam ſtultè mirati ſi modo ego, & vos*
*Scimus in vrbanum lepido ſe ponere dicto.*

Quintilianus idem Romanis exprobat lib. 10. Inſtitut. orator. cap. 1. ibi: *In comædia maximè claudicamus, licet Varro Muſas Æ. lij Stolonis ſententia Plautino dicat ſermone, locuturas fuiſſe, ſi Latinè loqui vellent.* Noſtra aliquando laudare liceat, ne ſemper noſtris Hiſpanis Poetis inuidi, ex atra vim contracto morbo, extera, & antiqua veneremur, triſtes, ingratique in patriam, ſic, vt ſeueritate, & hypocreſi riſum alienigenis moueamus, & ſi plerumque immeritò. Fuit comædia ſolatiũ, & quies in Republica laborum ſolatium, quæ animos lenit, & reficit, ad vitæ incommoda tolleranda quippè:

*Sæpè hoc malũ in nobis, ſi mens nõ leua fuiſſet.*

Et in calamitate.

*Solatium miſeri, de colo fiſtula pendet.*

Ariſtoteles Ethicorum lib 9. cap. 4. *Cum humanæ res laborem ſempiternum non poſsint pati.* Plato de immortalitate, ibi: *Plantæ mediocri aqua aluntur immodica ſuffocantur: ſic animus moderatis laboribus adiuuatur, in modicis obruitur* Vt peſtilentiam auerterent, non ſuperſtitione moti (quam eorum doctiores flocci pendebant) politici Ethnici Philoſophi comœdiam quærunt, & probant. Titus Liuius Decad. 1. lib. 7. ad bellorum pericula contemnenda, quadam eius ſpecie Lacedæmoni vſi ſunt. Plutarch. in Licurgi vita, & dum ſe ad pugnam præparant, crines comunt: pectine mundant: ferro criſpant candenti: facieique medicamine ora decorant: ſeque elegantiori non tantùm, ſed bello exornant cultu: greſſumque muſicis inſtrumentis componunt, modulato tibiarũ cantu animum temperantes, adeò triſtitiã amouere, pace, belloq; Reipublicæ intereſt. Aulus Gellius lib. 1. noct attic. cap. 11. Ariſtoteles in lib. problemat. Æmilius Probus in procem.

n. 4. *Muſicis tibiarum, & cultus elegantia Lacedæmonijs fuit ad pugnam ex petendam exortatio.*

Vict.

§. QVIN-

# §. QVINTVS.

Publicæ ſalutis cauſæ plura tollerãda, lætitiam, confidentiam, occupationem, & inſtructionem populi, ad obſequium conducere.

## SVMMARIVM.

*Publica vtilitas amplectenda & ſi non facienda mala, vt proueniant bona.* n. 1.
*Comædiæ in Republica vtiles.* ibid.
*Publica triſtitia vitanda.* n. 2.
*Confidentiæ oſtentandæ caminum ludi.* ibid.
*Lætitia ſimulanda quoties hoſtis vrget.* ibid.
*Popularis triſtitia inutile remedium.* ibid.
*Tributa æqualitate tollerantur.* ibid.
*Populari lætitiæ non minus, quam negotijs publicis conſulendum.* ibid.
*Triſtitia populi cohibenda.* n. 3.
*Moderator Reipublicæ non ſecundùm eius ingenium, ſed ſecundùm populi vtilitatem regere debet.* ibidem.
*Ludis publicis occurritur plebis rumoribus.* ibi.
*Comædiæ vis in ſuadendo, & diſſuadendo.* ibi.
*Comædiæ nonnullæ ex noſtris virtuoſæ.* n. 4.
*Riſum populi excitare conducibile.* ibid.
*Comædiæ Hiſpanæ cenſura.* n. 5.

VTilitas publica priuatis vtilitatibus, alijſque præcellit cauſis, quæ tamen nõ abſque

n. 1. abſque ſumma honeſtate coniungitur, niſi maiori damno imminente, cap. duo mala, 13 diſtinct. cap. nerui, 13. diſtinct. Ariſtot. 2. Ethicor. cap. 19 etſi tolleranda non facienda mala, vt proueniant bona, cap. non faciend. de regul. iur. in 6. & exponit exactè Sepulueda dialog. de rat. dicendi teſtimonium, cap. 9. inde lege Duodecim tabularum. *Salus populi ſuprema lex eſto.* Hæc etiam Barbarorum imperia firmat, & contrariam inteſtinis diſcordijs ſequi rationem, Europam euertit, dum potior publica vtilitas Græcis fuit armis floruere, ſui cuique commodum curare eorum vires diſiecit, huius publicæ vtilitatis gratia Romani tot ludorum oblectamenta populo conceſſere, & ſi ſanguinolentos, quandoque prohibuere. Sic gladiatores ſublati, ſub Conſtantino, & ſi vſque ad Iuſtiniani tempora, & vltra permiſſus hyſtrionum ludus donec Hiſpania euanuit, vt inſinuaui, alijſque orbis Prouincijs, honeſta in Hiſpania ſuccedente comædia, l. vltim. C. de Gladiatorib. l. eoſque 2. l. nemo iudicium 5. C. de ſpectacul. Sic meliori defendent iure ſuas honeſtas comædias, quoties in magno diſcrimine Reſpublica populari lætitia egebat. Nam in aduerſa fortuna publici ſtatus fiduciam commendant, quoniam tunc maximè de ſalute curandum eſt, cum valetudinarios eſſe cœpimus: *Iuſtitium erat, quadam impoſitũ mœroris, ac triſtitiæ ex more ſolemne grauamen, publico decreto, ob aliquod ingens Reipublicæ damnum.* Quo iuſtitio ratò vſi fuere Romani, vt

*Publica vtilitas ampleƈtẽda, & ſi non facienda mala, vt proueniant bona.*

*Comædiæ in Reipublicæ diſcrimine vtiles.*

in Germanici morte, ante Edictũ Magiſtratuum, & Senatuſconſultũ, tunc magis voluntarium, quam publicè inditum à Principe, Tacit. lib. 2. ann. c. 12. Ioſeph. Iſacius in ſuis obſeruationib. ad Florũ lib. 1. c. 12. potius, Taciti præcepto ex Tyber. lib. 4. ann. c. 11. *Nullam æquè Tyberius, vt rebatur, ex virtutibus ſuis, quã diſſimulationem diligebat.* Quam diſertam animi moderationem. Horatius carminibus celebrat. lib. 2. Oda. 3.

*Æquam memento rebus in arduis*
*ſeruare mentem.*

Et Plautus facetè in Rudente.

*Ergo animus æquus, optimũ eſt ærũnæ cõdimẽtũ.*

Idem commendat Plutarch. lib. de liberis educãdis, nam quoties deſidentia dimittimus animos, ſubditi de ſuis timentes, fortunam noſtram deſpiciunt, & ſuam, aut ſeparare cupiunt, aut actũ de Republica credunt, vnde Virgilius Æneidum lib. 1.

*Curiſque ingentibus æger*
*Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorẽ.*

Contra Carthaginenſes in cladibus iuſtitium publicum inſtituere, quod nihil ipſis ad has reparandas profuit Roma vero aliter ſegerit: poſt Canenſe prælium, totque amiſſorum ciuium funera, publico decernit Edicto, carminum ludos, in omnibus meliori euentu, populari lætitiæ conſulens, hoſti conſtantia ſua, formidinem incutiens, ibi *Apolini vouendos cenſea ludos.* Liuius lib. 5. decad. 3. nihil aliud de totius belli euentu conceptam victoriæ ſpem, ni Anibali, fregit, & ſummiſsit,

2 *Publica triſtitia vitanda.*

*Confidentia oſtentandi carminum ludi.*

*Lætitia ſimu'anda quoties vrget hoſtis.*

quàm Romana fiducia, & conſtantia, qui cum iam propè Romam vrbem, exercitu conſiſteret, nec in magnis, nec minimis rebus, vllũ dimiſsi animi ſignũ Romani dedere eadẽ rerũ commertia erãt idẽ in ſacris, & profanis ſtylus habebatur, ſecundùm illud celebre Horatij præceptum.

*Rebus anguſtis animoſus, atque fortis appare.*

*Popularis, triſtitia in vtile remedium.*

De cõſtantia Romana meminit Liuius decad. 3. lib. 6. tũ viuida Romanorũ virtus maior apparuit, & quaſi torporẽ excutiens, minus hypocreſi, & mærori credebat, egregios eligẽs duces: intẽta vniuſcuiuſque meritis, magis prouidentiæ, minus gratiæ conſulẽs, omnes publicis neceſsitatibus occurrũt, pro facultatibus plebi oppreſſæ ſumptibus, quatenus res patitur parcẽtes, hoc aduerſæ fortunæ fulcrum erigunt, non autẽ ſortis iniquitatem deplorate, & ſi peccata velim. Diuus Hieron. epiſt. 11. ad Gaud. *Proh nefas! Orbis terrarum ruit, & in nobis peccata non ruunt.* Saluſtius dum de ſimili re agit, ſic Catonis oratione, lib. de cõiurat. Catilinæ, ibi: *Non votis, ac ſupplicijs mulierum auxilia Deorũ parantur vigilando, agendo, benè conſulendo proſperè omnia eueniunt.* In dicto ſecũdo bello punico, idem Liuius effectum eſſe oſtẽdit lib. 4. decad. 3. & expreſſius dum aduerſus Veientes mouent, decad. 1. lib. 4. *Senatores omiſsis vanis conſultationibus, irritiſque conatibus publicæ neceſsitati occurrunt*, ibi: *Conferre ipſi primi.* Et æquitate, & exemplo tollerantur tributa: *Si quid iniungere inferiori velis, id*

*prius in te, actuos, ſi ipſe idem iuris ſtatueris, facilius obedientes habeas.* Decad. 3. lib. 6. quod à noſtro Summo Præſide Supremiſque Regis Philippi Quarti Aſſeſſoribus præſenti tēpore fictum. Ideò Africanus ſui confidentiam, iam à militibus conceptā magis, ac magis alit, dum comædijs intereſt in Sicilia, non abſque ipſius prudentiæ arcano: & ſi emuli malignitate id indeterius vertunt, vt de hoc experimenta demonſtrant, nam tunc populari lætitiæ, tunc diciplinæ militari ſatis conſuluiſſe docent, Titi Liui verba lib. 9. decad. 3. ibi: *Cum palio, crepidiſque in ambulare in gymnaſio.* Et expeditionem promptè, libenterque ornaſſe, ſeu melius ad expeditionem, ſe in procintu eſſe, legatis à Senatu miſsis oſtendit, infra: *Venientibus his Siracuſas Scipio res, non verba, ad purgandum ſeparat; exercitum omnem conuenire claſem expediri,* iuſsit, qui mirari omnia, quam quid contradicere ſatius iudicauere: *Tantaque admiratio ſingularum, vniuerſarumque rerum incuſſa, vt ſatis crederent, aut illo duce, atque exercitu, vinci Carthaginenſem populū, aut nullo alio poſſe.* Cladium cauſa calamitatum vè, haud populo interdixere comædias, nec alios minus honeſtos ludos, verū enim verò hac ipſa de cauſa conſtat annalium ſeriè, honeſtos populo quæſiuiſſe ludos Romanos, huius rei exemplum, & rationem reddit Tiberius Tacito Authore: *Quoties populus Romanus clades exercituum interitum ducum funditus amiſſas nobiles familias, conſtanter tulerit. Principes mortales Rēpublicā*

n. 3. *Triſtitia populi cohibenda.*

*æternã eſſe, proin repeterẽt ſolẽnia, & quia ludorũ Magalenſiũ ſpectaculũ ſuberat, etiã voluptates reſumerẽt*, lib. 3. ann. c. 1. Erat Tiberio triſte natura ingeniũ: immitis, ipſe abditus cõſilijs: tamẽ haud abſurda intellectus ratio, etſi popularis ſibi inuiſa lętitia ei cõſulebat, etſi ſecretas libidines exercuiſſe cõſtat, hypocreſimque profiteri, Imperatoris artes callens diuerſam à ſuis moribus viam in Reipublicæ regimine ſecutus eſt. Eius politicũ ingenium Tacitus commendat, & merito hoc in ipſius Tiberij laudem cedit, cũ grauiùs, quis peccet, cum munere, & officio proprio abutatur. Tacit. lib. 4. ann. c. 1. qui, & ipſum circa ornatus publicum ſumptus differentẽ demonſtrat. lib. 3. ann. c. 9. prauis populi cogitationibus honeſta oblectamenta medentur. Senec. lib. 3. c. 9. de ira: *Confuſis oculis proſunt virentia, & quibuſdã coloribus infirma acies aquieſcit, quorundã ſplendore præſtingitur, ſic mẽtes ægras ſtudia læta permulcent.* Seditiones, doloſq; excutit, ludus, triſtitia contractos, rumoreſq; quos otiũ plebis alit. Tacit. lib. 3. ann. c. 6. ibi: *Hoc lætus agat, ne ſolus & nullis voluptatibus auocatus mœſtã vigilantiã, & malas curas exerceat.* Plus ſibi timet Seneca ab animi mœrore, quã ab ira, lib. 2. de ira, c. 20. *Humidioribus, & frigidis nõ eſt ab ira periculum, ſed maiora vitia metuenda ſunt, pudor difficultas, & deſperatio, & ſuſpitiones.* Aliquid populus agat, ne male occupatus de Magiſtratuũ Imperiis, ſed potiùs de obſequijs tractet, quid die poemata pãgãt, curet quid comici exponant, nõ quid Rei-

*Moderator Reipublicæ non ſecundũ eius ingenium, ſed ſecundùm populi vtilitatem regere debet.*

*Ludis publicis occurritur plebis rumoribus.*

publicæ moderatores decernunt. Vidit Liuius Emilianus hoc Reipublicæ noxium. Titus Liuius decad. 5. lib. 4. ibi: *Rumores credulitate veſtra, ne alatis, quorum Author nemo extabit.* Cauendum eſt, ne ſit ciuiũ multitudo otioſa: *Nam hæc natura multitudinis eſt; aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur.* Liuius lib. 4. decad. 3. & teſte Seneca Tragico, in Octauia. actu 2.

*Malè Imperator, cum regit vulgus duces.*

Etſi hoc alijs oblectamentis conſequimur, non tamen illis docere vtilia, plebemque erudire; vt comædia honeſta poſſumus, nec eam vim reliqua poeſis ſcripta habent, qua vt Oratoriam vincit: Hiſtoriæ præfertur: Seneca lib. 19. epiſt. 109. ibi: *Eadem negligentiùs audiantur, minùſque percutiunt, quæ diu ſoluta oratione dicuntur; vbi acceſſere numeri, & egregium ſenſum extrinxere certi pedes, eadẽ illa ſententia, vel vt lacerto excuſa torquetur.* Etiam ſi cum alijs poeſis partibus comædiam conferas primas in ſuadenda plebe comædia conſequitur. Horat. de arte Poetic.

*Segnius irritant animos demiſſa per aures,*
*Quam, quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

*Comædiæ vis in ſuadendo, & diſſuadendo.*

Ex eo maximè Quintilian. lib. 11. inſt. orat. c. 3. ibi: *Documento ſunt, vel Scœnici actores, qui, & optimis Poetarum tantũ adijciunt gratiæ, vt nos infinitè magis eadẽ illa audita, quam lecta delectant, & vilisſimis, etiã quibuſdã impetrent aures, vt quibus nullus eſt in Bibliothecis locus, ſit etiã frequẽs in theatris.* Plebeius ſacras literas miratur: ſanctorũ præcepta: Philoſophorũ placita: Heroũ fortia facta in theatro, & ple-

raq; quæ aliter diſcere nollet ſapit, & quæ ta li docent magis amat, vnde poetis Horatius de arte poetica.

*Ille tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.*

n.4. *Comædiæ non nullæ ex noſtris laudantur.*

Hæc eſt potiſsima ratio, quapropter inuicti Caroli Quinti Imperatoris virtutis opera ſuis contenta comædijs, voluntatem expectantium illis conciliant Hiſpanorum animos erigunt prælium duorum Ferdinandũ, propè Norlinguen comædijs populo expoſitum, nõne odium in hæreticos, & rubelles excitauit? fidelitatemque ſubditorum commẽdauit? quis re præſente non votis, & ſtudio, miris proſequitur amoris affectibus iuſtiſsimam Catholicorum, & Auſtriacæ domus cauſam? in Regis Sueciæ comædia, virtutem docente totus populus non vehitur in Tyrannum, eiuſque fautores? non ſubit quanta qualis quæ ſit imago, tunc pietatis, tunc Religionis nomen, & gloria Ferdinandi Tertij, & Quarti? præ oculis habet heroas, flagratque populus cupidine imitandi egregia illorum facinora remotis Hiſpaniæ terminis, comædia honeſta Fridlandi non patriæ proditorem; Chriſtianæque Religionis plebs deteſtatur? creſcit fidei & pietatis ardor, totum commouet populũ, honeſta comædia, ſic vt ad vocem, & actionẽ agentis perſonam tributa toleranda diſcat, ſimulque velit, armaque poſcat, nec hoc noſtro tẽpore tãtùm euenit olim: *Tyrtæus ludi Magiſter Athenienſis Lacedæmonios ſuis carminibus ita inflamauit, vt cum à Meſſenijs ter eſſent victi arma, animoſque reſumerent.* Plutarch.

tarchi. de decē orator. plura coniunxit Natal Comes Mitologiæ lib. 1. c. etiam 1. *Fortunæ inconſtantiam declarant, noſque ad eam forti animo ferendam inſtruūt ab impuris opinionibus & crudelitate, atque ab omni perfidia & impia libidine nos retrahunt, ad deterrendos homines, à rebus turpibus ſunt inuentæ, ad ſtrenuitatē hortantur, ad virtutem alliciūt, ad integritatē vitæ, ad fidem, ad æquitatem, ad Religionē.* Et proprijs de domeſticis vitijs eorumque imagine. Diſtichon diſerte, quod de honeſta comædia dicam.

*Indicat in Scæna noſtros comædia mores,*
*Non habet in nobis, fabula ficta locum.*

Quare, recte Auguſtus ſupremo die amicos percontatus: *Ec quid his videretur mimum vitæ commodè tranſegiſſe? adiecit clauſulam Græcè dare plauſum & omnes cum gaudio plaudite,* Suetonius c. 96. neglecta forſitan, ſed nō minus efficax riſus poteſtas in comædia, minuſque negligēda eius vis: quippè ſi vitia detrectat illorū odium aſſequitur, ſi virtutes extollit, earum vtilitati cōducit, Quintil. lib. 5. inſt. orator. c. 4. de riſu: *Habet vim, neſcio, an imperioſiſſimam: & cui repugnari minimè poteſt erumpit enim etiam inuitis, ſæpè nec fultus ope, nec vultus modo, ac vocis exprimit confeſſionem; ſed totum corpus vi ſua concutit rerū autem ſæpè (vt dixi) maximarum momenta euertet, cum odium, iramque frangat.* Cicero lib. 1. de officijs, diſtinxi eius verba: *Duplex omnino eſt iocandi genus, vnum illiberale, petulans, flagitioſum obſcænum; alterum elegās, vrbanum, ingenioſum facetum.* Illud nec admiſſum exiſtimo Hiſpanis

*Riſum excitare ad ſuadendū vtile.*

n. 5. *Comædia Hiſpana cenſura.*

comædijs, hoc egregie aſſecutis, quod ſemper probis & ſapientibus placuit, ſecundum quæ comœdiam honeſtam ſtatui publico conducibilem magnifaciendam eſſe conſtat, etiam dum bella tonant, dum rebus accommodata, & temporibus cenſura fiat. Hac ſumptibus, ornatuique comædiorum adhibita cenſura accidentalibus: ita vt ſemper virtuoſa, moribus proficua, nunquam indifferens, aut leuitate ducta: ad quid argumenti pulchritudo, ſi poſtquã expectantiũ animos allicis paratoſq; habes ad nihil extrenũm eos flectis? ſerio ioco commendet egregia maiorum facinora, fortia facta, patrum, laborum tolerantiam, ſubditorũ obſequium, fabulis, & exemplis populo virtutem ſuadens, ipſiuſque decus vtile: vt illatas patriæ iniurias propulſet; hocque cum probitate ſummaque prudẽtia iungendum eſt, vt de noſtris dicatur quod de Thebano, & Thracio dixit Horatius, lib. de art. poetica.

*Silueſtres homines, ſacer, interpreſque Deorum,*
*Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,*
*Dictus ob id lenire tigres, rapidoſque leones*
*Dictus, & Amphion Tebanæ conditor arcis*
*Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda*
*Ducere, quo vellet, fuit hæc ſapientia quondam*
*Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis*
*Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.*

Poetis, qui vtiliores populi moribus comœdias ſcripſerint honorarium, præmiumque aſsignandum, illis qui ſcripſerint in dolos, iniurias, iniuſtitias libidinem, peccata denique, nam *iuſtitia eleuat gentem miſeros facit populos*

pulos peccatum. Prouerbior 14: quippè *Regnũ à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias & cõtumelias & diuerſos dolos*, hæc de comædijs incidenter diximus interpretatione legis, vnaque comædos immunes infamiæ ſuſpitione eſſe eos ſcire, an Reipublicæ conueniat vidẽdum: vnum certè ſcio infamiam, vitę turpitudinem, alere: *Nam cõtemptu famæ contemni virtutes*, Tacitus lib. 4. ann. c. 5. & contra honos honores; ſic dum plus omnibus ſe Romani æſtimant, omnes virtute ſuperant, vnde apud illos fuit tanti, ciuium Romanorũ ius adipiſci l. fin. D. de cap. dimi. l. in orbe 17. D. de ſtatu homin. egregiè Virgilius Æneid. lib. 5 *poſſunt, quia poſſe videntur*. Inde eſſet illis maior authoritas vtilia populo ſuadentibus, hocque iuris norma obſcuata, ſed his finem. Supremis vero Senatoribus haud laus inficienda emmendandi, in meliuſque traducendi, quæ Philippi Secundi prudẽtia; Tertij, & Quarti pietate, & zelo Religionis, & morum tolerata coaluere, nec noua tentanda in Monarchiæ mole, Tacitus lib. 1. ann. c. 14. ibi: *Semel placita pro æternis ſeruauiſſe*. Subnecte illud Titi Liuij: *Adeo nihil motum ex antiquo probabile eſt*. li. 4 decad 4 niſi aliud rectiùs prædictis excogitauerint illi, quibus Reipublicæ ſtatum componere mandatum eſt, quorum Catholico pioque voto, expeculationis noſtræ ſubmittimus ſententiam, qua nõ abſque diſtinctione comædiam probamus, tantumque honeſtorum virorum iudicio infames eſſe comædos.

CA

# CAPVT DECIMVM.

*ANIMO, ET CORpore ſemper amitti poſſeſſionem, etſi ſibi contrarius videatur. Paulus l. poſsideri 3. §. in amittenda, §. igitur amitti, D. de adquir. vel amittend. poſſ. idem Paulus l. quemadmodum 8. D. eiuſdem tituli.*

## SVMMARIVM.

*DOctores quidam, l. quemadmodū 8. D. de acquiren. poſſ accepere, de ſponte à poſſeſsione diſcedēte. n. 1.*

*Doctores alij, l. quemadmodum 8. D. de adquir. poſſ. de illo accepere, qui à poſſeſsione diſcedit inuitus. n. 2.*

*Doctorum tertia ſolutio duabus prioribus contraria, circa poſſeſsionem amittendum. ibidem.*

*Sen-*

Digitized by Google

*Sententia verior in amittenda poſſeſsione. n. 3.*

*Cum animo amittitur poſſeſsio, illum ſequitur corpus, & ſic vtroque derelinquitur poſſeſsio. ibi.*

*Corpus non ſequitur animum, quoties eo volumus poſsidere, ideoque ſine corpore animo tantùm non adquiritur poſſeſsio. ibid.*

*Exemplum, quo docemur animo, & corpore amitti poſſeſsionem. ibid.*

*Modus adquirendi, & amittendi poſſeſsionem vnus in omnibus. ſiue inuiti, ſiue ſpontè amittamus poſſeſsionem. n. 4.*

*Paulus non de interuallo in amittenda poſſeſſione minus dixit ideò quia particula* ſimul, *vtitur, nec illa indicat opus eſſe, eodem temporis momento vtroque amittendam poſſeſsionẽ. ibi.*

*Animo amitti poſſeſsionem, non tantùm ſignificat voluntate amitti, ſed rationis iudicio. n. 5.*

IVriſconſultus Paulus l. poſsideri 3. §. *in amittenda quoque poſſeſsione affectio eius, qui poſsidet intuenda eſt. itaque, ſi in fundo ſis, & tamen nolis, eum poſsidere, protinus amittes poſſeſſionem. §. igitur. & animo ſolo poteſt, quamuis adquiri non poteſt.* D. de adquiren. vel amitt. poſſeſſ. Quibus oſtendit, poſſeſsionem animo tantùm amitti omnimodo poſſe; vnde ſi fundo maximè inſiſtas, cum nolis eũ poſsidere, certiſsimum iuris principiũ eſt, te protinus poſſeſsionem amiſſurum. Ergo animo tantùm amittitur, etſi eo tantùm non adquiratur poſſeſsio, eadem Pomponij ſententia eſſe videtur, ibi: *Quod autem ſolo animo poſſidemus, quæritur vtrum ne, vſque eo poſsidemus, donec alius corpore ingreſſus ſit, vt potior*

*potior ſit illius corporalis poſſeſſio? an verò quod, quaſi magis probatur, vſque eo poſſideamus, donec reuertentes nos, aliquis repellat, aut nos ita animo deſinamus poſſidere, quod ſuſpicemur repelli nos poſſe ab eo qui ingreſſus ſit in poſſeſſionē? & videtur vtilius eſſe*, l. ii id quod 25. §. fin. D. de adquirend. poſſeſſ. nam qui ad nundinas proficiſcitur (vt voluit Vlpianus) animo retinet poſſeſsionem, donec reuerſus, hunc poſſidendi animum abijcit, ſiue dum repellitur à poſſeſſore: ſiue dum aquieſcit: *Quippè tam diu priorem poſſidere dictum eſt, quā diu poſſeſsionem ab alio occupatam ignoraret.* Papinianus l. quamuis 46. D. de adquir. vel amittend. poſſeſsio Contra tamen ſtare videtur Paulus, ibi: *Quemadmodum nulla poſſeſsio adquiri, niſi animo, & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi qua vtrumque in contrariū actum eſt*. l. quemadmodum 8. D. de acquirend. vel amitt. poſſeſſ. Idem Paulus qui dixit, & adipiſcimur poſſeſsionem corpore, & animo, neq; per ſe animo, aut per ſe corpore, at animo ſolo eā amittimus. Sic l. poſſidere 3. §. in amittēda, §. igitur. D. Paulus turſus, ſimili modo hoc euenire docet, vt in obligationibus procedit, l. ferè quibus 153. D. de regul. iuris, Papinianus in idem reijcit, cum inſtar obligationū diſſolui, ſeu amitti poſſeſsionē fateatur. dict. l. quamuis 46. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Quod omne prioribus contrarium, quibus aſſertum animo ſolo amitti, & rurſus iiſdem modis amittendam (ex Papiniani verbis) quibus adquiritur: & conſtat animo, & corpo-

pore adquiri. Sed hoc per conſequentiam, at expreſsè Paulus indicat: *Non aliter amitti, niſi vtrumque in contrarium actum ſit.* Quomodo ergo, ſimul poteſt eſſe verùm, animo ſolo amitti? & non aliter amitti, quam, ſi corpore, & animo amittatur. Vt neque per ſe animo, aut per ſe corpore amitti poſsit: quemadmodū, neque ita adquiri poteſt, quo iurgio Doctorum excinditur ſchola, aliud, & aliud diuerſis ſententijs aſſerentium.

Quidam dixerunt, hanc Pauli regulam, in l. quemadmodum 8. D. de adquir. vel amit. poſſeſſ. accipi debere, de illa poſſeſsione tantùm, vbi nos ſponte nemine cogente, facto noſtro poſſeſsionem relinquimus: vbi conditio rei, quæ maximè poſsideri poteſt id patitur, & facultas, quæ eſt mihi poſsidēdi, hoc poſtulat, & permittit. Sic regula coarctatur, tamen hæc ſolutio, apertè refragari videtur, prædictis iuribus aſſerentibus, amitti ſolo animo non poſſe, cum eo caſu, quo facto noſtro poſſeſsionē amittimus, animo tantùm amitti dixeris, obſtat Vlpian. text. l. clàm poſsideri 6. §. qui ad nundinas, D. de adquir. poſſ. l. etſi nolit 7. D. eiuſd. tit. vbi, qui ad nundinas profectus in domū reuertitur, etſi animo videatur amitti poſſeſsionem, non tamen ſpontè, cum potiùs cogatur eam amitti obſiſtente, qui poſſeſsionem detinet præoccupat, eum qui reuertere ad illam non patitur.

n. 1. *Doctores dict. l. quemadmod. 8. D. de adquir. poſſeſſ. de ſponte à poſſeſsione diſcedente.*

n. 2. *Doctores nonnulli, l. quēadmodū 8. D. accipere de illo, qui à poſſeſsione diſcedit inuitus.*

Vnde eò res deducta eſt, vt alij prorſus contrariam tenuerint ſententiam, ea nempè, vt regula Pauli accipienda ſit illis, tantùm

rũ caſibus, vbi nos inuiti poſſeſsionẽ amittimus, nã cum quis peregrè proficiſcitur, deinde domũ reuerſus, prædi, aut domus, quam etiam prædium vrbanum appellamus, D. de ſeruit. vrban. vel ruſtic. præd. detentorum ejus reperiuit, non tamen eo inſiſtente poſſeſsionem amittat, donec animum recuperandi abiecerit: aut facti ſciẽtia, aut occupantis repulſa vi deiectus: ſic vt de corpore dictum accipiatur amitti alieno, ad id non proprio amitti poſſeſsionem dicas, quia corporis aduerſarij occupatio eam amittere nos poſſeſsionem operetur, vt poſſeſsionem animo ſolo amittamus. Corpore nempe aduerſarij, animo verò noſtro, ex vi oppoſita, metu ve imminentis contracto, ex prædictis verò legibus: hæc quoque ſolutio diuinatoria videtur, cum dict. l. poſsideri 3. §. in amittenda, §. igitur, D. abſolutè indiſtinctèque Paulus animo ſolo amitti dixerit: nulla facta mentione de vi: de facto vè noſtro ſpontaneaque amittendæ poſſeſsionis ſcientia & voluntate: quare priores volunt tantùm animo amitti ſpontè, non ita in violenta renuentibus nobis à poſſeſsionis amiſsione, ſunt etiam, qui dixerint, nunquam corpore tantùm poſſeſsionem amitti, animo ſolo aliquando amitti, aliàs vtroque in cõtrarium acto, hoc eſt corpore ſimul, & animo.

*Doctorum tertia ſolutio duobus prioribus de amittenda poſſeſsione contraria.*

Verior de hac re nobis videbatur ſententia, quàm, & nunc retinemus: vtroque caſu omni euentu, ſeu nos inuiti poſſeſsionem

amit-

amittamus, ſeu ſpōtè eā derelictam habere velimus, abijciamuſque: ſemper certam, & vnā eſſe Pauli regulā, vt animo, & corpore amittatur poſſeſsio, vt æquè animo, & corpore adquiratur, nec per ſe corpore, nec per ſe animo, ſed cum vtrumque in cōtrariū actū ſit. Nec contrarium eſt, quod dicitur dict. l. poſsideri 3. §. in amittēda, D. & ſequēti. §. igitur: *Amitti animo ſolo poteſt, quāuis adquiri nō poteſt.* Quippè ideò animo ſolo aſſerit Paulus poſſeſsionem amitti, quoniam neceſſe eſt corpore quoque eo caſu ſimul amitti: vnde nec minus verùm, eodem modo, quo adquiritur poſſeſsionem amitti: etſi verba inſtare dixeris illa. *Quamuis adquiri non poteſt.* Quæ differentiam inducere notant, talemque eſſe reperio: corpus nempè, niſi rem poſſidendam apprehenderit, haud volūtatem ſequi poteſt; nam animi cogitatio, quod nunquam habuit appetere poteſt, & quaſi ad obiectum prouenit, quod in corpore dari nequeas, quo ſenſu differentiæ ratio certiſsima & Pauli ſententia, dict. l. poſsideri 3. §. igitur, D. ſed verùm etiam reperitur, eodem modo adquiri, amittique poſſeſsionē: quia cum nolumus poſsidere, aut quocumque modo illam poſsidendi affectionem relinquimus, dum animo ſolo amittitur, & ſi poſſeſſa in re ſimus, inſiſtamuſque corpore, attamen certum eſt nos corpore ſimul poſſeſsionem amittere, non aliter, quam ſi furioſus, cui nullum animi iudiciū eſt, quid manu teneret, qui non ideò magis poſſeſsionem hanc ciſceretur, aut ſecus: *Quam ſi quis* dor-

n. 3.
*Sententia verior in explicatione l. quemadmodū 8. D. de adquir. poſſ.*

*Cum animo amittatur poſſeſſio, illum ſequitur corpus, & ſic vtroque derelinquitur poſſeſio.*

*Corpus non ſequitur animū, quoties eo volumus poſſidere ideoque ſine corpore animo tantùm nō adquiritur poſſeſſio.*

*Exemplū, quo docemur, animo, & corpore amitti poſſeſſionem.*

*dormienti aliquid in manu ponat*, l. 1. §. furioſus, D. de adquirend. vel amitt. poſſeſſ. nam etſi plurimum facti poſſeſsionem habere conſtet, iuris tamen eſt poſſeſsio, l. poſſeſsio 49. §. qui in aliena, D. de acquir. vel amittend. poſſeſſ. Papinianus, ibi: *Quia poſſeſsio non tantū corporis, ſed & iuris eſt*, idem l. peregrè 44. D. eiuſdem tit. Donel. lib. 5. comm. cap. 6. Iacobus Cuiac. lib. 18. obſeruat. cap. 24. Duaren. tit. de adquirend. poſſ. iterum Cuiacius lib. 3. quæſt. Papiniani, nec idem eſt tenere, & poſsidere, l. ſciendum 15. D. qui ſatiſd. cogant. l. ſolutum 33. §. 1. D. de vſur. & fruct. Bartol. in l. 1. in princ. D. de adquir. vel amittend. poſſ. n. 8. quare eo caſu, quo quis poſsidēdi animo deſtituitur, prorſus, nec corpore eum poſsidere dicendum, potius eo ſimul poſſeſsionem derelinquit, animo ſolo amitti poteſt, quia poteſt ſequi hunc animum, qui poſsidebat corpus, & ita eo caſu corpus ſequitur animum, adquiri ſolo animo non poteſt, quia non ſequitur ſemper hunc animum corpus, cum res poſsidenda abeſt: ergo veriſsimum eſt, animo, & corpore adquiri, animo, & corpore ſimul poſſeſsionem amitti: ſed tamē vt vnaquæque res poſtulat, eodem modo adquirimus, eodem modo amittimus poſſeſsionem, l. denique 15. D. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſt. l. ferè quibus 153. D. de regul. iur. & dict. l. quemadmodum 8. D. de acquir. vel amitt. poſſ. nam iuris quoque eſt poſſeſsio, l. in bello 12. §. facti, D. de capt. & poſtlimin. & ſi ibi Tryphoninus plu-

4 *Modus vnus in adquirenda, & admittēda poſſeſsione omnibus rebus, ſiuè ſponte, ſiue inuitè poſſeſsionē amittamus.*

plu-

plurimum facti habere dixit, quod ex Papiniani textu intelliges dicta l. poſſeſſio 49. §. qui in aliena, D. de acquir. & amitt. poſſ. Ideò Donellus, ſic eam diffinit. lib. 5. cap. 6. commentar. *Poſſeßio eſt detentio rei corporalis, quæ in commertio ſit, alijs poſſeſſoribus vacua, cum affectu dominij coniuncta.* Ex l. ſciendum 15. D. qui ſatiſd. cogant. l. ſeruitutes 14. l. quoties 20. D. de ſeruitutib. l. qui vniuerſas 30. §. vltim. D. de acquir. rerum domin. vacua alijs poſſeſſoribus ad poſſeſsionem transferendam, ſecus quo ad dominium, l. naturaliter 12. §. 1. D. de adquir. vel amittend. poſſeſſ. §. per traditionem, Inſtit. de adquir. rerum domin. l. traditionibus 20. C. de pactis, & dict. l. qui vniuerſas 30. §. fin. D. Duarenus inquit: *Poſſeßio eſt rei corporalis detentio, cui affectus tenendi ineſt*, dicto titulo de adquirend. vel amittenda poſſeſ. l. 1. D. Bartolus poſſeſsionem in naturalem & ciuilem diuidit, dict. l. 1. D. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. quem latè Donell. oppugnat ex dictis iuris principijs, dict. lib. 5. cap. 6. Quibus nos certam denique deducimus regulam: vt corpus ſequatur animum in poſſeſsionis amiſsione, nũquam verò animus corpus, quia donec animum abijciamus nos poſsidere dicendum eſt, igitur cum animo poſſeſsionem amittimus vtrumque in contrarium actum eſt, tamen vltra videndum, an hæc generalis aſſertio limitanda veniat ſaltem illo caſu (vt quidam dixere) cum poſſeſsionẽ coacti amittamus, quaſi eo caſu prædio ruſtico,

vel urbano ab alio præoccupato, tantùm animum abijciamus, eo ſolo animo poſſeſſionem relinquentes; & veriùs etiam eo caſu eſſe dixeris Pauli regulam, & ſententiam obtinere, nam qui ſe in domum velle recipi priùs patet, & comprobatur, corpore hanc ipſam relinquiſſe, quam per æ, animum, & corporalem poſſeſsionem inſpicere, cupere, non verò corpore detinere, eamque tantum animo poſsidere, & tunc ſi repulſæ vi, aut alieni facti ſcientia prohibitus animum abijcit, fatendum eſt animo, & corpore poſſeſsionem amiſiſſe: corpore priùs deinde animo, & verum eo magis apparet. Nam neque l. quemadmodum 8. D. de acquirend. vel amittend. poſſeſ. neque l. poſsideri 3. l. ſi id quod 25. l. clàm poſsidere 6 toto denique titulo, D. de acquirend. vel amitten. poſſeſ. reperitur, quod *ſimul* accipiatur de eodem temporis momento, animo, & corpore in amittenda poſſeſsione dictum eſſe. potiùs patet huiuſmodi factum pendere poſſe, ita ut quandocumque animo poſſeſsio amittatur, tunc etiam corpore amitti videatur, quamuis longo forſitan interuallo, priùs corpore poſteà etiam animo, quis rei detentionem derelinquat: ut exemplo, quo quis domum derelinquens ad nundinas proficiſcatur, dicta l. clàm poſsidere 6, §. fin. D. de acquirend. vel amitt. poſſ. Sic ut ſimul amitti idem ſit, quod utroque amitti etiam ut amitti animo, & corpore. Vnde Pauli regula conſiſtit abſque ulla iuris exceptione, ſeu limita-

*Paulus non de interuallo in amittenda poſſeſsione minus eo dixit, quia ſimul particula utitur, nec illa indicat opus eſſe, eodem temporis momento amittendā poſſeſsionē, ſed ſimul quaſi utroque dixit.*

ta:

ſeſſione, ſic vt ad omnē poſſeſsionem pertineat, de qua re vnum, aut alterum exemplū exponam. Et primo, quis dixerit, id quod mari tenetur, & præoccupatur, etiam contra animum poſsidentis, ſic vſurpari, vt ipſe affectionem poſsidendi retineat hoc eſt ſe poſsidere iudicet, & valeat, quod nequaquam admittendum, potiùs animo, & corpore hanc poſſeſsionem amitti; nam animum hic non pro voluntate ſola accipimus: cum potiùs animus voluntatem rationem, reliquaſque in homine iudicij partes, quæ intellectu percipi poſſunt complectatur, nam vt inſinuaui animum accipimus, pro voluntatis perpenſæque rationis iudicio de animæ, mentis, animique differentia. Parladotius rectè ſuis differentijs, different. 25.

*Animo amitti poſſeſsionē, non tantū voluntate amitti ſignificat poſſeſsionem, ſed rationis iudicio.*

Ex quo procedit talem poſſeſsionē animo, & corpore amitti, quippè, quis animo poſsidere præſumat (dum compos mentis ſit) quod mari tenetur: ideo etiam, aut ſimul eo caſu animo, & corpore amiſiſſe nos poſſeſsionem credendum eſt, cum impoſsibilia pro nullis, vel irritis toto iuris corpore reputentur, l. impoſsibilium 145. D. de regul. iur. §. ſi impoſsibilis, inſtit. de inutilib. ſtipulat. l. non ſolum, D. de actionib. & obligat. melior text. l. quæ ſub conditione, D. de condit. inſtitut. ſit alterum exemplum rerum mobilium, vbi ſi animus amittentis poſſeſsionis exploratur, cum res mobilis facilè occultetur, nemo, quod alterius pugno regitur, animo retinere poſſe aſ-

ſerer; cum dixerimus hic animum patientia, & rectè mentis affectione accipiendum eſſe, quis anxiè quærat, quod vbi ſit penitus ignorat omni deſtitutus conſilio, l. qui vniuerſas 30. §. itē quod, l. ſi id quod 25. l. peregrè 44. D. de acquir. vel amitt. poſſ. quare quocumque modo rei mobilis locū quis ignoret vbi illam depoſuit, animo, & corpore, quod ſequitur animum poſſeſſionem amittit, l. ſi rem mobilem 47. dict. l. ſi id quod, D. de acquir. vel amitt. poſſ. habemus Pauli regulam generalē nō ſicut huc vſque coarctatam, quæ ad omnem pertinet poſſeſſionem abſque vllo diſtinctionis flexu.

(?)

# CAPVT VNDECIMVM.

*EXEMPLI CAVSA tantùm haud exacerbari pœnam, & interpretatio textus in Claudi Saturnini lege, aut facta 16. §. fin. D. de pœnis.*

## SVMMARIVM.

*FRAVS culpa, alias pœna appellatur.* n. 1.

*Complices delicti, haud grauiùs puniendi ob principalis fugam, culpamue diſtinctam.* ibidem.

*Æquitas ſupplementum eius, quod lex prætermiſit.* ibidem.

*Legalem pœnam poteſt Iudex in aliam commutare, molliri exacerbare.* n. 2.

*Ignominia pœna.* ibidem.

*Pœna alia ordinaria, alia extraordinaria, & in*

*in vim multæ.* ibidem.

*Princeps ordinaria poteſtate etiam poſt ſentẽtiam, & abſque partis conſenſu pro bono pacis remittere poteſt pœnam.* ibidem.

*Pœna molitur pluribus peccantibus.* ibidem.

*Viuus tantum hæreſis reus cremandus.* n. 3.

*Ex clauſula prima, alias ex vltimis ſequentia, & præcedentia interpretanda.* ibidem.

*Animum dolo ex rei ſcientia corrumpere puniendum.* ibidem.

*Exemplo, doloque nocere oportet, ad id, vt exẽpli cauſa pœna exacerbetur.* n. 4.

*Crimina ſecundum loci ſtatuto punienda.* ibid.

*Qualitates omnes in pœna legis imponenda verificandæ.* ibidem.

## Claudi Saturnini verba.

*Nonnumquam euenit, vt aliquorũ maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimium, multis perſonis graſſantibus exẽplo opus eſt.*

n. 1. *Fraus culpa, alias fraus pœna appellatur.*

PRiuatis delictis, par eſſe debet pœna culpæ, quam culpam fraudẽ appellati ſunt Iuriſconſulti l. aliud 131. D. de verb. ſign. ibi: *Fraus, & ipſa noxa dicitur.* Et ita correlatiue culpæ pœna eſt, vt etiam pœna dicatur fraus, idem Paulus l. 1. D. ad legem falc. ibi: *Eam pecuniam ſine fraude ſua capere li-*

ceto.

tero. Vlpianus l. cum autem 23. §. capitalē, D. de ædilitio edict. l. ſed & ſi per Prætorem 26. §. ait Prætor, D. ex quib. cauſ. l. nec magiſtratibus 32. D. de iniurijs, l. capite 25. D. ad leg. Iul. de adulter. adde nec vltra modū à lege ſtatutum, Marcianus l. 1. §. quorū, D. ad Senatuſc. Turp. Papinianus l. ordine 15. D. ad Municipal. & de incolis, & ſi à pœna legali appellatur, eo colore, quaſi in eam non incidiſſet, ex facto delinquens, ita accipit l. 2. tit. 7. lib. 4. Recopil. Ioannes Gutierrius lib. 1. quæſt. 50. n. 2. tamen vltra legalē pœnam progredi poſſe iudicem, & culpam doceri videmur, noſtro textu, ibi *Quoties nimium multis perſonis graſſantibus, exemplo opus eſt*, dict. l. aut facta 16. §. fin. D. de pœnis, quod prædictis contrarium, & ex eo, quod alij plura delicta committūt, ex culpa aliena pœnam grauiorem; prorſus iniquum Ezechiel. c. 18. c. iam itaque 1. quæſt. 4. c. ſi habes 24. quæſt. 3. c. quæris de conſecrat. diſt. 4. Exodi 23. Daniel. c. 13. & Iob c. 4. l. crimen 26. D. de pœnis, Caliſtratus, ibi: *Nam vnuſquiſque, ex ſuo admiſſo, ſorti ſubijcitur*, l. adoptiuum 8. in fine, D. de in ius vocand. l. ſancimus 22. C. de pœnis, ibi: *Peccata igitur ſuos teneant Authores, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.* Iacobus Menochius de præſumpt. lib. 5. præſ. 33. à n. 5. quare Ioannes Gutierrius in eos vehitur, qui exempli cauſa exacerbati, quia reum atrocis delicti capere non poſſunt, complices, vel alterius ſimilis delicti perpetratores grauiùs puniunt, quam eorum poſtulat cauſa,

*Complices delicti, nō grauiùs puniēdi ob principalis diſtinctā culpam, fugamve.*

lib. 1. quæſt. pract. quæſt. 76. n. 6. & 4. in eoſque, qui ex fuga tantum delinquentis, illum pro confeſſo damnant, cum ex officio iudex inquirere debeat, & abſoluere reum abſentem, quem innocētem eſſe comperit, idem Gutierrius dict. quæſt. per numerum 6 & 7. ſed ad priorem obijcem, non ex illo Vlpiani, ſatisfaciendum *Durum ius eſt, ſed ita lex ſcripta eſt*. l. proſpexit 12. §. ipſa igitur, D. qui, & ex quib. cauſ. manum. nō poſſ. quippè vbi nullus interpretationis flexus, iuri ſcripto parendum præcipuè à minoribus iudicibus, tamen æquitas, nihil aliud eſt, quam ſupplementum eius, quod lex prætermiſsit, vt notat ex Iacobo Cuiatio, & Ariſtotele Gothophredus dict. l. proſpexit 12. §. ipſa igitur, litt. F. Donellus lib. 1. commēt. cap. 13. Antonius Faber in ſua iuris Papinianeæ ſcientiæ lib. 1. tit. 1. prin. 2. illat. 2. ex quibus obijci facilè ex ipſis legibus reſpondetur, & ſi legalis ſit pæna, poſſe moliri, & commutari, & exacerbari arbitrio iudicis, conſtat id iuſtè fieri ex cauſa: iure regio l. 9. tit. 31. par. 7. quippè cum lex diſponit, quid præſupponit l. mancipia 5. C. de ſeruis fugitiu. ibi Gloſſa: quippè verba generalia de habilitate ſunt reſtringenda, l. vt gradatim 11. D. de muner. & honorib. ſic iuris, legis, aut ſtatuti, pæna, iuſta ex cauſa minui poſſe, defendit Iulius Clarus lib. 5. in praxi crimin. § fin quæſt. 85. n. 10. & Gloſſa final. l. 8. tit. 31. par. 7. Peregrinus in tractatu de priuilegijs fiſci, lib. 4. tit. 8. n. 14. cum ſeqq. pagin. 232. Auendañ. c. 16. prætor. n. 3. lib. 2. allegans

*Æquitas ſupplementum eius, quod lex pretermiſsit.*

n. 2.

*Legalem pænā poteſt iudex in aliam commutare moliri exacerbare.*

gans

gans Scotum lib. 5. de iuſt. & iur. c. 4. Proſperus Farinacius à quæſt. 88. vſque ad quæſt. 98. de pænis temperãdis, ſua praxi criminali, latè Andreas Tiraquellus tractatu de pæn. temp. aut remitt. commutari à iuriſque ſpeciali recedere diſpoſitione ex cauſa, ex eodem Tiraquello in præfatione tractatus de pœn. tẽper. n. 25. ex adductis, vbi commendat Iuliani, l. ſi hominem 30. D. mand. Donellus lib. 18. c. 8. commen. iur. ciuil. l. ſi poſſeſsionem 4. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. ex l. quid ergo 13. §. pæna grauior, l. in ſeruorum 10. §. in perſonis, D. de pænis, ibi Gothophred. litt. C. iuſta eſt cauſa, nobilitatis, ex pluribus Tiraquellus dict. tract. de pæn. temper. aut remitt. vt diuerſis pænis à plebeis puniantur nobiles, cauſa 31. n. 1. ibi l. ſacrilegij 6. D. ad leg. Iul. peculat. ex qualitate perſonæ, l. fin. D. de ſepulchro violato, l. deſertorem 3. D. de re militar. vbi Gothophredus notat, litter. P. fuiſſe ignominiæ mitiorem infamiæ pæna, in pecuniariam corporalem mutari Tiraquellus dict. cauſ. 31. n. 21. idem pecuniariam in corporalem mutari docet, l. quicumque 4. D. de ſeruis fugit. & ſi ex Bald. dict. l. quicumque 4. & Iaſone §. pænales, inſt. de actionib. coll. 8. pro minimis criminibus, hoc non procedere dicat, tractatu de iudicio in rebus exiguis ferend. n. 17. augeri ob ſceleris immanitatem, exacerbarique leges, c. 1. de conſt. l. 1. C. de præcib. Imperat. offerend. tamen à minoribus iudicibus Principem conſulendum, ex l. Diuus 6. D. *Ignominiæ pæna.*

de

de cuſt. & exhib. reor. quod limitat, niſi pro cul ſit Princeps, tract. de pœnis temp. cauſa 49. n. 15. & 19. Magiſtratus, nobilis, miles, grauiùs puniendus, ſi aduerſus munus ſuum, fidelitatem Regi debitam, munuſvè belli committat, l. quædam 14. D. de pœnis, l. Presbyteri 8. C. de Epiſcop. & Cler. milites l. deſertorem 3. §. is qui ad hoſtes, D. de re milit. & toto denique eo titulo idem patet; nobiles etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & omnibus, quæ verè nobilitati repugnant, Modeſtinus, l. eorum qui 24. D. de pœnis, ſic Tiraquellus etiam per cauſam 31. tract. de pœn. temp. aut remitt. num. 16. & 21. diuidi denique pœnā in ordinariā ex legibus, conſuetudine, & ſtatutis, de qua dubium erat, an iudex eam minuere, commutare, & exacerbare poſſet, de qua diximus, & in extraordinariam, quæ arbitrio iudicis pendet, Alphonſus ab Azeuedo in proœmio tit. de pœnis Recop. 26. lib. 8. qui tamē pœnam fiſco applicandam ordinariā haud minui poſſe à minore iudice inconſulto Principe, ex l. 9. tit. 31. par. 7. niſi eam in vim mulctæ impoſitam fuiſſe cōſtet, quam ante ſententiam, & poſt, & ſi fiſco applicandam pōteſt iudex, l. 4. ibi Gloſſa 2. tit. 22. par. 2. ibidem nempè vbi ſupra, num. 51. 67. Doctores 29. l. aliud fraus 131. §. inter multum, D. de verb. ſignif. in reliquis poſt ſententiam, inconſulto Principe, nec quidquam immutare debet Vlpianus, l. mores 9. §. iſto ferè, D. de pœnis, Paulus l. ācta apud ſe 45. §. de ampliando, D. de re

*Pœna alia ordinaria, alia extraordinaria & in vim mulctæ.*

Digitized by Google

re iudicat. Iulius Clarus ſua praxi criminali, § fin. quæſt. 59. nu. 1. & 2. cum ſeqq. non ideo tamen legalem pœnam auget, commutat, minuit, quia Principis arroget ſibi poteſtatem iudex, cuius tantùm eſt condere leges, l. 1. D. de conſt. Princip. §. ſed, & quod, inſt. de iure natural. gent. & ciuil. l. 1. C. de legib. vnde tenet Azeuedus l. 1. tit. 25. lib. 8. Recop. nu. 16. & 17. poſſe abſque partis conſenſu, etiam re iudicata, Principem pœnam quamcumque remittere, dum id exprimat, pro bono pacis, eique competere, l. 1. §. diui fratres, §. ſi quis vltro, D. de quæſt. Marcianus l. relegati 4. D. de pœnis, certa ſcientia poſſe rem iudicatam iterum audire, cœptam inſtantiam auocare, aut incipiendam ſuſcipere, D. Salgad. par. 2. cap. 31. de ſuppl. ad Sanct. nu. 79. 86. 87. & cap. 32. num. 12. & ſi hoc non tam ex ordinaria, quam ex plenitudine poteſtatis velit, iudici tamen ante ſententiam, quia, vt ait Papinianus: *Facti quidem quæſtio ſit in poteſtate iudicantium quamuis*, vt aſſeruimus, *iuris autem non ſit*, l. ordine 15. D. ad municipal. Marcianus l. 1. §. quorum, D. ad Senat. Conſul. Turpill. & de aboll. crimin. l. inſeruorum 10. D. de pœnis, qui poſt ſententiam in multis ideo, quia illi conceſſum omne illud, ſine quo iuriſdictio explicari non poteſt, Papinianus l. aliud 131. §. inter multa, D. de verb. ſignif. l. cui iuriſdictio 2. D. de iuriſdict. tamen his non obſtantibus; pœnam exacerbari non propria culpa, pro [illegible] noſtro textu: *Quoties nimium*

*Principem ordinaria poteſtate etiã poſt ſententiam, & abſque partis conſenſu pro bono pacis remittere pœnã poſſe.*

L 2 *mul-*

*Pœna molitur pluribus delinquentibus.*

multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt, iniquum videtur ex ſupradictis, & vltra quia pœna mitior ſtatuenda tunc animaduertitur, Tiraquellus dicto tract. de pœn. temp. aut remitt. cauſa 47. n. 2. vbi in pecuniariam corporalem commutandam aſſerit, ex Innocētij doctrina cap. dilectũ, de ſimonia, cap. grauem de ſent. excommunic. ſontri delinquentes deberet, l. Cicero 39. D. de pœnis, Tiraquell. dict. cauſ. 47. n. 4. & 9. ſic etiam Iulius Clarus lib. 5. recept. ſent. §. blaſphemia, n. 7. his obiectionibus vrgētibus primo dicam, vbi plures capti, aut capiendi ſunt rei, mitiùs puniendi, aut nō omnes, ne gens tota euertatur, neuè cōſpiratione inſurgant innocentes vè aliqui pœnis ſubijciantur contra expreſſa iura, l. 1. D. de ſolut. matr. l. abſentem 5. D. de pœnis, l. Aemilianus 47. D. de obligat. Secundo noſtro caſu non tantùm exempli cauſa augeri pœnam dicam, ſed potiùs delicti grauitate, eius, qui ſciens, noſcenſque malo exemplo id committit maiori fraude, ſic, vt ex grauitate culpæ ipſius, magis teneatur, quam ex aliena, qui delictum eo tempore, eo facti exemplō perpetrauerit: vt alios inuitet, & excitet ad ſimilia patranda delicta, euentu, facti exemplo, & qualitate habes textum in l. vnic. C. de ager. Nyli non rũmp. quo docemur viuum cremandum reum, conſcios deportandos abſque veniæ ſpe, hodie tamen vno tantùm caſu, quis viuus exurendus, nempè hæreſis crimine ob contumaciam, Iulius Clarus §. fin. praxi crim. quæſt. 99. n. 7. ex

3 *Viuus tantum hæreſis reus cōtumax cremandus.*

Sa-

Saturnino cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, euentu, exemplo, pœna exacerbatur, aut potiùs ex committentis malitia, ſic, vt norit cauſam perſonam, locum, tẽpus, qualitatem, quantitatem, euentum, exemplum, aut debeat noſcere, dict. l. aut facta 16. ex §. primo vſque ad finalem, D. quã accipe legis interpretationem, ſic, vt hæc ſingula, & copulatiuè poſſint concurrere, nã ſi ex clauſula generali, dum ei ſpecialiter nõ derogatur ſequentia interpretanda, æquè ex vltima clauſula, primum ex l. 1. D. ſi cert. petat. Vlpianus, ibi: *Nam vt Celſus ait credendi generalis appellatio eſt.* Paulus l. regula 9. in fin. *Nam initium conſtitutionis generale eſt.* D. de iur. & fact. ignor. Secundum ex l. quod ſi iterum 4. D. de adimend. legat. & Gloſſa ordinaria in l. qui filiũ 74. §. Fabius, D. ad Senat. Trebell. congruam exiſtimo interpretationem, non ſolùm iuris rationi, ſed æquitati, ne quid iniuſtum emergat in legibus, quod earum officio haud cõueniat, Marius à Giurba in conſuet. Senat. Meſſan. c. 2. gloſ. 1. n. 2. Crott. in l. 1. D. de legat. 1. n. 4. & 6. Ripa l. ex facto 43. D. de vulg. & pupill. ſubſt. n. 46. ex vulgaribus iuribus, l. benignius 18. D. de legib. Menochius conſ. 86. n. 14. iuris tramitibus, l. in ambigua 19. D. de legib. denique lex indiſtincta alijs legibus diſtinguitur, & limitatur, Macer. l. ſciendũ 15. D. qui ſat. cogant. l. quamuis 11. D. de in ius vocand. vbi Paulus: *Quamuis non adijciat Prætor cauſa cognita ſe pœnalem iudicium daturum, tamen Labeo ait, moderandã iuriſdictionem,*

*Ex clauſula prima alias ex vltima ſequentia & præcedentia interpretanda.*

nē, l. 1. D. ad Sen. Mac. Io. Mar. Biller. diſq. cler. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 1. n. 20. pag. 489. quibus ſuppoſitis, cū legibus leges interpretādæ ſint, illis noſtra cõuenit interpretatio, quoniā non ſolùm proditæ ſunt actiones aduerſus eum, qui corpore noxam dederit, ſed multò magis, aduerſus eum, qui animum corrumpit, l. 1. D. de ſeruo corrupt. l. in furti actione 50. §. rectè, l. ſi quis vxori 52. l. qui ſeruo 36. §. plus Pomponius, D. de furtis Tamen, haud furti actione tenetur, qui nudum conſilium dat, niſi opis vicem ſortiatur conſilium, ex eleganti Iuriſconſulti Vlpiani doctrina, l. in furti actione 50. §. *conſilium autem dare videtur, qui perſuadet & impulit*, nec hoc ſufficit: *Atque inſtruit*. Neque opem dare ſufficit, abſq; conſilio, hoc eſt abſque dolo, & rei ſcientia; Gaius l. ſi pignore 54. §. qui ferramenta, D. de furtis, ergo ſi conſilio corrumpere abſq; dolo, & inſtructione, non ſufficit in furtis, multo minus exemplo, abſque dolo, & ſcientia his, & alijs criminibus, cum quis malo exemplo committit, neſcius eo tempore, id crimē committere, quo multæ perſonæ graſſantur, nam eo caſu, haud pœna exacerbanda eſt. Finge quem exterum ſeditionis, alterius populi, & rixarum inſcium in peculiari rixa, illius populi, quo rixæ frequentantur, popularem percutere, aliquem vè itineris ſocium, tunc iudex immeritò legem exacerbabit: nam etſi ſecundum ſtatuta loci, quo delictum committit, puniēdus venit exterus, vt Iulius Clarus docet, §. fin pract.

*Animum dolo, & ſcientia rei corrumpere puniendum.*

4 *Exemplo, doloque nocere oportet, ad id, vt exempli cauſa pœna exacerbetur.*

*Crimina ſecundam loci ſtatuta punienda.*

pract.criminal.quæſt.85.n.2.nõ æquitati, menſuræ malitiæ iudicis arbitrium reducere poteſt, cum ipſe omnes qualitates in reo verificari velit, vt ſtatuti pœna delicto ei imponatur, ibidem n.9.contra,ſi incola ipſius populi,quo rixæ vigent, quem feriat eo tempore, quo ibi à pluribus ſimilia facinora committuntur rectiſsimè, in eum conſcium mali futuri exempli exacerbanda, & locus erit Claudi Saturnini ſententiæ, dict.l. aut facta 16.§.fin.D.de pęnis,& §.atrox iniuria,inſt.de iniurijs,quia non exemplo tantùm, ſed dolo,& ſcientia, in malo exemplo committit,aduerſus publicam, ſeu cõmunem vtilitatem,illius populi, vbi plura, ſimilia delicta exercetur,& iudex etiam tũc ad pœnæ exemplum,reum his qualitatibus, & accidentibus delicti faſcinus, maiori malitia,quam legibus præſumitur committentem acerbiùs puniet:& vltra legibus pœnã contentam,pœnam exacerbabit, non tamẽ culpæ,& doli limites,ſeu menſuram in ipſo reo tranſgredietur,quippè id nulla percipitur lege,nec percipi poteſt,ne vlteriùs progrediatur metu,quam reperiatur delictum, dict.l.ſancimus 22.C.de pœnis, lex quippè in iuſta decernens nec lex dici poteſt, Iacobus Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt. 1.num.8.Antoni Sola ad decret. Saband.in proœm.gloſſ.2.n.27.Card.Tuſch lit.L.cõſil.252.n.1.Plato 1.Dialogo ad Minos,Cicero lib.2.de legib.& ex l.1.& 2.D. de legib.l.qui occidit 30.l.ſi putator 31. D.ad leg.Aquil.Alber.Gentilis lib.1.de nuptijs, c.6.

*Qualitates omnes legis in pœna imponenda verificandæ.*

c.6.ibi: *Dicam audenter ius Iuſtinianeum huiuſmodi, eſſe, vt non rectiùs, non honeſtiùs, non ſanctiùs vniuerſa Theologorum omnium ſchola ſentire valuerit. fuerunt iuriſconſulti Ethnici: ſed qui naturæ vocem, ſic ſecuti, vt nec vnguiculum a recto tramite omnis Legislationis aberrauerint.* Ergo Claudium Saturninum, æquitatis vocem ſequi, verbaque eius legis ſecundum eius mentem accipiendam, l. ſcire leges 17. D. de legib. l. non aliter 69. D. de legatis 3. l. nominis 6. §. verbum, D. de verb. ſignif. multis perſonis graſſantibus poſſe pœnalem legem exacerbari, non exempli cauſa tantùm, ſed cauſa rationi congrua, quam æquitas ſugerit, maioris malitiæ, & doli eius, qui exemplo nocet, conſcius ſe nocere malo exemplo plus ex eo, quia delictum committit, cum id euenit, quando plures delinquere conſtat perſonas.

***

CA-

# CAPVT DVODECIMVM.

## *NOSTRA TEMPEſtate homines non plus, & ſi melius, quam Romanorum, & Græcorum temporibus ſapere conſtat.*

## SVMMARIVM.

*ANtiquarij damnantur.* n. 1.

*Nouarum rerum amatores culpantur.* ibidem.

*Poſt terrarum diluuium eodem tenore ex ſiderum, & terræ viribus omnia produci.* ibidem.

*Tēporis interuallo fortiſſimos generari, at breui annorum numero pauciores.* n. 2.

*Vir magnus inſtar fenicis raro naſcitur.* n. 3.

*Gomezij ſententiæ præfertur Acurſius.* ibid.

*Hominē plus centum annis, haud viuere poſſe, & ſi aliter contingat prodigioſum fatēdū eſt.* ibi.

Ætatum ſtatus. n. 4.
Legitimus partus. ibidem.
Munera publica. ibidem.
Vaſſalli Regem in bellum proficiſcentem ſequi debent. ibidem.
Vulgaris ſententia circa humani ingenij vim falſa aſſeuerans acutiores, & ſubtiliores præſentis æui homines. ibidem.
Humana ingenia æqualia, & ſimilia omni æuo. n. 5.
Hominum ingenia florent ſecundum imperij magnitudinem, & durationem. ibidem.
Literis inſignes in Græcia & Romæ. n. 6.
Melius, noſtri ſapiunt, Græcis & Romanis. n. 7.
Viciſitudo rituum inter Ethnicos, & Catholicos. ibidem.
Excommunicationis quædam ſimilitudo, & ſi errantibus Ethnicis fuit. ibidem.
Inuenire nouarũ rerũ machinas, non ex ingenij vi prouenit, ſed caſu, & hominum ſagacitate, & multo minus ex ſapientia. ibidem.
Vis ingenij, & ſcientiæ in quo conſiſtit. n 8.
Inuentæ Machinæ plerumque pernicioſæ. ibi.
Machinæ olim repertæ & plures res ſeculorum curriculis obliteratæ. n. 9.
De viciſitudine rerum quædam. n. 10.
Probare nitimur non minus ſciuiſſe Græcos, & Romanos noſtris. n 11.
Militiæ Romanæ, exercitus, ordo dignitas militum præmia. ibidem.
Milites Romani voluntari. ibidem.
Subſtitutũ dare equites in vſu Romanis. n. 12.
Iure anteactæ militiæ quomodo muneribus aſcitus miles. ibidem.

Mi-

*Militum ſtipendij initium, & præmia ex fide publica.* *ibidem.*

*Tributorum æqualitas commendatur.* *ibid.*

*Militaris ſtipendij ratio habetur abſque fraude debita exoluente Republica.* *n.13.*

*Militare idem erat olim, quod nauigare Indiã verſus ad deportandas diuitias.* *ibidem.*

*Græci mirantur caſtra Romana.* *ibidem.*

*Duces duos eſſe in bello, aut prælio vno exercitu fratres, aut amicos pari poteſtate præditos Reipublicæ conducibile. ſin minus concordes, perniciolum.* *n.14.*

*Pœna totius exercitus.* *ibidem.*

*Caput Reipublicæ ditandum.* *ibidem.*

*Vectigalia moderata vberiorem Reipublicæ quæſtum reddunt.* *ibidem.*

*Diſsimulatio Reipublicæ Romanæ.* *ibidem.*

*Gradatim pacem, deinde amicitiam, & poſtea ſocietatem, necnon fraternitatem Romani Prouintijs concedebant,* *n.15.*

*Meliorem conditionem victis offerendo quam ſub Principibus ſuis habebant Orbem Romani ſubiugarũt, & quædã dictorũ breuis recopilatio.* *ibi.*

Nimis quidam antiquitati tribuũt, nihil, quod non priſcũ ſapiat loquẽtes, nihil, quod non obſoletũ, & rigidũ ſit, decerni cupientes, ſic vt veſtimẽtis illis tãtũmodò vtantur, quæ iam in deſuetudinẽ abiere, omnia priſca magni faciũt: noſtri temporis, res, & facta ſpernunt: & ſæpè deplorantes alias irrident: quo aſſequuntur, vt illis meliori iure obijciatur id ipſum, & dum antiquitatis venerationem ſectantur, ſui, & illius con- n.1. *Antiquarij damnantur.*

contemptum pariant, nã verba pronos mutãtur in annos, vt Flaccus cecinit lib. de art. poet. & dũ diuerſi mores nobis ſint, parum à vulgo cætera diſtent, rectius habendum, Senecæ placuit: *Intus omnia diſſimilia ſint, frõs noſtra populo cõueniat.* lib. 1. epiſt. 5. alij ſunt, qui omnia priſca floci pẽdent, infantiam vniuerſi Orbis vocitantes venerandæ antiquitatis primordia, noſtris ſæculis, in omnibus quid ampliùs, quid meliùs eſſe contẽdunt, olim rudia hominũ ingenia fuiſſe, vſu, & diciplina, ſcientia denique, meliùs, & accuratiùs, cum facilè ſit inuentis addere omnia fieri, vnde rursùs dicta, & facta nouiſsima præſenti tempore ſpeculãtur, aut nullo exẽplo viuentes calligant: neutrum faciẽdum eſſe cõtendo, pluribus antiquitatem excelluiſſe, non paucis noſtram ætatem, quod ſi probauero propoſitum me tenuiſſe fatendum eſt, in primis, & ſi vulgo hoc diſplicea, peruerſa quorumdam opinione, tenere conuenit poſt vniuerſum terrarum diluuium, pluribus annis eodem tenore influxiſſe ſidera, reliquoſque Planetas. terræ vim, cæluque, eandem fuiſſe generari, & corrumpi eodem ductu, nec longiorem poſt diluuium hominum vitam fuiſſe: nec acriora ingenia: eamdem potius temperiẽ, eoſdem producentem effectus, corporum, & animorum: eandemque ſeriem, & normam ſeruaſſe naturam. Ioſue vixit centum, & decem annis, ſacris literis lib. Ioſue, c. 24 Moyſes centum, & viginti c. 34. Deuteronom, inter ſeniores tamen connumerantur,

*Nouarum rerum amatores culpantur.*

*Poſt terrarum diluuium eodẽ tenore ex ſiderum, & terræ viribus omnia produci.*

tur, & ſunt, qui annorum computationem metiri aliter ante diluuium, dixerint forſitan Plinium Maiorem ſecuti, lib. 7. cap. 43. part. 1. & teſtatum reliquit Dauid: *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni ſi autem in potentatibus octaginta anni: & amplius eorum labor, & dolor.* Pſalmo 89. nam, etſi mundus à parte antè creatus, nec immortalis ſit, tamen à parte poſt, ſui natura æternus, & igne, vt ſacræ literæ docent interiturus. Pſalmo 96. Iſaias cap. 66. per illũ igitur ignẽ, ita facies terræ exuretur, quod figura huius mundi periet, ſicut olim factũ fuit per diluuium, 1. Cor. 7. Ninum, Cyrum, aliosque heroas ſenes haberi ſexagenarios, & propè quinquageſimum annum iuuenes, & ſiquis Neſtorem obijciat, partim fabuloſum hoc credere fas, partim noſtris ſæculis, alijs exemplis id ipſum diluam, cum per trecentos annos temporibus Caroli Magni, quem ſuperſtitem duraſſe dicatur. Et noſtra ætate fuerit fœmina præcipuè nobilitatis, quæ ad centeſimum & quadrageſimum annum perducta ſit. Vnde, quæ rarò accidunt, nec ad exemplum trahuntur, & portentis ferè annumerantur. Paulus l. antiqui 3. in fin. D. ſi pars hæred. petat. Pompon. l. iuri. 3. Celſ. l. ex his quæ, D. de legib. ſæculorum interuallo, etiam fortiſsimos quoſdã naſci neceſſe eſt, prout fuit Milo Crotonenſis, de quo meminit Cicer. lib. de ſeneċt. Dentatus fortiſsimus miles, de qua Aul. Gel. lib. 2. c. 11. Noct. Attic. & ille filius Titanis, de quo Varro in fragment: *Corpore*

n. 2.
*Temporis interuallo etiã fortiſsimos quoſdã generari, & breui pauciores.*

*veſco, ſed eximis viribus, Titanum in gladiatorio ludo Samnitium, armatura celebrem, filiumque eius militem Magni Pompeij, & rectos & tranſverſos cancelatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachis etiam, manibuſque Auctor eſt Varro in prodigioſa virium relatione, atque etiam hoſtem ab eo, ex prouocatione dimicantem, inermi dextra vno digito ſuperatum, & poſtremo correptum in caſtra translatum.* Refert hæc, & alia fortitudinis exempla Plinius maior lib. 7. par. 2. c. 20. nat. hiſt. fuere in noſtris Hiſpanis egregi milites fortitudinis, & animi robore, Ceſpedes, Garſiaſque à Paredes, ſed excelſior Goliath, cui percuſſit Dauid, lib. 1. Regum c. 17. at non ideò noſtris ſæculis propriori ætate ſimilia monſtra deſūt Mahomethis patri Amurathi ſpectaculo exhibitus Conſtantinopoli eſt homo, de quo Iacobus Auguſtinus Thuanus lib. 77. par. 4. tit. 3 hiſt. ſui temp. ibi: *Admirationi, & ſummæ fuit homo incredibilis roboris, cuius ſpecimen fuit, quod ſtipitē quem vix duodecim homines humanis totis viribus connixi ſuſtullere poterant; ipſe vna manu in altum tollebat.* Et infra: *Prægrande ſaxum quod vix decem homines prouoluebāt, impoſitum & quatuor homines ligna findētes ſupino ventre ſuſtinere pro ludo ducebat.* Et inde: *Soleam ferream equi nuper fabricatam dentibus confringebat.* Pro tātis viribus, corpus par eſſe illi dicendum, & ſi de eius magnitudine ſileat Auguſtinus Thuanus, penes quem rei fides, nec prætermittendum ingentis fœminæ, vaſtæque molis exemplum, ex Mercatore Athlantis Minoris Epitome, eiuſque ſupra

ſupra modum humani corporis vires, quæ ſeptem, aut plurium fortiſsimorum hominum, in vaſis vinarijs ſubleuandis multorũ amphorarum plenis robur ſuperabat, in ſuis Belgiæ Geographicis tabulis, id lectoris examini permittendum, ſed tunc corporis, tũc animi vis magna, conſilijque incurſore, de quo Liuius lib. 9. Decad. 1. *Fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi ſolum vigore, ſed etiam corporis viribus excellens, præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiã dederat, victoremque curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt.* Et effectu ſummus ſtitit Imperator Reipublicæ Romanæ, at non ſolum virium extremitate, ſed ingenij, & eloquentia, vitæque diuturnitate, Marcus Portius Cato, in quo omnia ita concurrere, Titus Liuius decad. 4. lib. 9 de Catone, etiam Plinius lib. 7. p. 1. c. 27. natural. hiſt. & ferè centũ, & quinquaginta ab hic annis, Georgius Caſtriotus Albaniæ Rex fuit, de quo aduerſus Amurathem, & Mahomethũ, eius filium Turcarum Imperatores mira prædicantur facinora, manu promptus, conſilio bonus, corpore, & viribus ingens, ſic, vt inter exempla, Ioſue, Goliath, Papirij Curſoris, eũ nec anumerare me pœniteat, vno excepto Goliath, nam Georgio Caſtrioto, & ſi, plus iuſto corporis habitus fuit, non tamẽ enormis, quamuis excedens humanæ fortitudinis modum, quæ raritate ſua commendantur, eximia eueniunt ex interuallo, Seneca de viro magno: *Nam ille alter, forſitan, tanquam fenix, ſemel anno quingenteſimo naſcitur.*

n. 3. *Vir magnus instar fenicis raro naſcitur.*

S 4 nec

*nec eſt mirum ex interuallo magna generari mediocria, & in turbam naſcentia ſæpe fortuna producit,* lib. 5. epiſtol. 41. Ideo factum noſtra iuriſprudentia omnino adimpleri debet per illum, cuius induſtria quæritur, nec intereſſe ſatisfacere. l. fideicommiſſa. 11. §. final. D. de legat. 3. l. 1. de adminiſtr. tut. l. omnes 2. C. de his qui ven. ætat. impe. ſic Acurſius, cuius ſententiā probat reiecta Gomez. Emman. Suar. in notatis tom. 2. c. 10. r. 22. var. lit. P. Vnde ſexus ſapientiā tranſgreſſæ Sybillæ, Varro. lib. 4. in fragmentis, non ſolū tempore, ſed etiā ſæculis diſcretæ, & pulchra hiſtoria de earum libris, ex Aulo Gelio lib. 1. c. 19. deque aliarum fœminarum vi militari, mentiſque acumine extant varijs Auctoribus monumēta, fuere, vt inſinuaui ante aquarum inundationē longiſsimæ vitæ, prout, ex ſacris literis conſtat, huius rei cauſæ humani generis multiplicatio, diuina ſatagente prouidentia, nō verò cæli, aut terræ virtus, nec alia excogitanda. Diu. Tho. qq. diſp. de malo, q. 4. art 8. ad 11. qua propter abſq; vlla diſtinctione, priſcos viros in meritò viuatiores credimus, cū varia extent veterum teſtimonia, ex quibus contrarium deducetur, poſt diluuiū nō contingere, vt ex Authoribus Hæbraicis, Græcis, Latiniſq; conſtat. Illudq; Marci Terent. Varro. monumentū pro cunctis erit, verba ex eius fragmentis ſunt: *Fieri poteſt, quod refert Varro, quodq; Dioſcorides Aſtrologus ſcripſit Alexandriæ inter eos qui mortuos ſolent conſeruare, conſtare hominē plus centū annis viuere nō poſſe,* id

*Gomezij ſolutioni præfertur Acurſij.*

*Homines plus centum annis haud viuere poſſe: & ſi aliter eueniat prodigioſum fatendū eſt.*

id cor humanũ declarare eorum qui integri perier runt ſine corporis tabe: eo quod id multis annis pẽdẽdo omnis ætatis incremẽta, & diminutiones obſeruãt: & anniculi pẽdere duas drachmas, bini quatuor, & ſic annos ſingulos, vſq; ad quinquaginta accedere binas: ab iis centũ drachmis: atque anno quinquageſimo itẽ decedere in vnoquoq; binas, ex quo perſpicuũ fit, cẽteſimo anno reddire ad anni primi põdus, nec lõgius vitã poſſe produci. Quare ſolita forſitã ratione hominis vita cẽtũ annorũ à Iuriſperitis obſeruatur, & hodie tenet Gaius l. ſi vſusfructus 8. D. de vſu, & vſufr. Æmilius Macer. l. hæreditatium 68. D. ad leg. Falcid. Gaius l. an vſusfructus 56. §. fin. D. de vſufruct. iure Regio, l. 36. tit. 31. p. 3. Ioann. Gutierr. q. 7. lib. 2. n. 2. illam ætatẽ acceptam, & antiquiſsimam diuiſionẽ cõprobãt leges, de qua Aulus Gellius. *Tubero in Hiſtoriarũ primo ſcripſit Seruiũ Tulliũ Regẽ populi Romani, cũ illas quinque claſſes iuniorũ cẽſus faciẽdi gratia, inſtituerit, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab annis decem, & ſeptem, quaſi idoneos eſſe Reipublicæ arbitrarentur, milites ſcripſiſſe, eoſque ad annũ quadrageſimũ ſextũ iuniores, ſupraque eũ annũ ſeniores appellaſſe.* lib. 10. c. 28. eodem modo ætates diuidit Varro in fragmẽtis tantũ pro quadrageſimo ſexto, quadrageſimũ quintũ reponit, Paul. l. ſeptimo 11. D. de ſtatu hom. Æt. iure Regio viuere vigintiquatuor horas, aquaque Spiritus Sãcti ablui deſideratur, partus, l. 2. tit. 8. lib. 5. Rec. tamẽ ſeptimo menſe, aut decimo legitimum dici, & ſexto dũ attingerit ſeptimum, ſed neque octauo, neque

*Legitimus partus.*

que

que vndecimo, at vndecimo, & vltra poſſe dici naturalē, & perinde legitimum inſinuat Aulus Gellius lib. 3. noct. attic. c. 16. Sic mēſe vndecimo legitimū partum Diuū Adrianū decreuiſſe, & ex Plinio ſecūdo vltra hūc quippè nullum certū pariendi tēpus ſtatutū. Ioānes Gutierrius ſtrictiùs tēpus computat, cui an aſſentiendum vidi, lib. 2. pract. quæſtio. quæſt. 100. intra triginta dies mulier ſe eſſe prægnantem denuntiat, quibus cum agere debeat, vt iure poſsit obtinere, l. 1. §. permittit, D. de agnoſcend. & alend. liber. & præualuiſſe ante Modeſtini tempora ſeptem annorum infantiæ proximos ſponſalia contrahere poſſe, l. in ſponſalibus 14. D. de ſponſalib. decimo ſeptimo manumittere, §. cum ergo, inſtit. qui, & ex quib. cauſ. Vlpianus §. eadem. tit. in frag. poſtulare, §. iuſtæ autē, inſtit. quib. ex cauſ. plena pubertas decimo octauo. Modeſtinus l. adrogato 40. §. non tantum, D. de adopt. decimo ſeptimo, aut paulò maior Nerua filius publicè de iure, reſpondit Vlpianus l. 1 §. pueritiam, D. de poſtuland. pubertas in maſculis quatuor decimo anno fœminis duodecimo finitur, iuſta ætas, vt nuptias contrahant, l. minorem 4. D. de ritu nupt. §. 1. inſtit. de nuptijs, §. fin. inſtit. qui, & ex quib. l. hæc conditio. 10. §. 1. D. de condit. & demonſtr. teſtamentum condant, l. a qua ætate 5. D. qui teſt facer. poſſunt, §. præterea, inſtit. quib. non eſt permiſſ. face. teſta. dict. §. fin. inſtitut. qui, & ex quib. à tutela liberantur, §. 1. inſtitut. quib. mod. tutel. finit

finit, l. 1. C. eiuſdem titul. denique vſque ad vigeſimum quintum annum, nec iuſta ætas, l. 1. D. de minorib. l. ex duobus 27. D. de negot. geſt. Etſi ætatis venia vigeſimo primo impetratur, non impleto, l. omnes 2. C. de his, qui ven. ætat. etſi antiquiſsimis obſeruationibus iura adaptemus, etiam ab incunabulis vrbis Romæ, qui adoleſcentis exceſsit ætatem, hoc eſt vigeſimum quintum annum, & vltra iuuenis appellatur. Marcellus l. non aliter 69. §. Titius, ibi: *Cæterum exiſtimari poſſet iuuenis, qui adoleſcentis exceſsit ætatem, quo ad incipiat inter ſeniores numerari.* D. de legat. 3. quo ad perſonalia munera admitti, iure Regio, æquè ac communi, vnde ſeptuagenarios excuſari, l fin. §. iudicandi, D. de munerib. & honorib. niſi honori annexa, l. 2. D. de vacat. muner. patr. l. cui munus, D. de munerib. & honorib. à quibus ex vigintiquinque annis vſq; ad vitæ ſupremum exitum nemo excuſatur. Vlpianus l. ad Rempublicam 8. D. de munerib. & honorib. Azeuedo titul. de los pechos, in procem. nu. 11. l. pupillus 239. §. munus, D. de verbor. ſignif. munera alia ſordida etiam perſonalia, l. ne quis 6. C. de dignitatib. in his excuſatio admittitur, æquè ac illis, quæ nec honori annexa sũt, nec ſordida. Iure tamen Regio à quarto decimo anno teneri ad perſonalia militiæ munera, docemur l. 7. lib. 6. titul. 4. Recopil. Sed hoc non eſt prioribus contrarium, quia hoc prouenit ex neceſsitate, iure quo Regio in vaſſallis, vnde ab alia ætate à militia tantùm

ſum ſeptuagenarij excuſentur, & impuberes, ſacrique viri, vt clerici, videndus hac re. Petrus Gregor. lib. 13. 17. c. de Republ. hiis Rex ad bellum proficiſcatur, inuaſio vè vrgeat, quippè tunc, aut cum expreſſè vocantur, nemo excuſandus venit: quinimò, & mulieres ſubſtitutum dare debent, aut eo caſu, quo poſſeſſiones ſub ea conditione habent, vnde proprie vaſſalli nomen; perſonalia quæ munera, realiavè iudicari poſſunt, latè Alphonſus ab Azeuedo dict. l. 7. tit 4. lib. 6. Recopil. nu. 4. 5. & 6. & l. 8. lib. 6. tit. 4. nu. 5. & 10. necnon Ludouic. à Molin. lib. 1. de primogenijs, cap. 13. num. 47 & 48. ibi *Cum certo numero militum, qui vulgò dicuntur lanças.* l. 1. titul. 25. part. 4. l. 2. titul. 26. part. 4. Munera realia, quædam ordinaria, quædam extraordinaria dicuntur, à quibus patrimonialibus, vt insinuaui, regulariter nemo excuſatur. Vlpianus l. ſextum 2. §. quæ patrimoniorum, D. de vacat. & excuſat. extraordinaria munera, ſeu tributa recenſet. Bartolus l. 1. C. de indictionib. indicitur munus, vel pro capitibus, vel patrimonijs, vel iugeribus, & pro capitibus conſiſtit, in vaſſalli operis: quod munus, ſi aliquando imponitur pro temporis indigentia extraordinarium appellatur, l. reſcripto, §. fin. D. de munerib. & honor. Oſuald. pernotata, Donell. lib. 17. cap. 14. de ætate iudicum aliqua, tamen ſi rectè iura perpendas nullam differentiam dari, circa hominum vitam, & ætates animaduertes: quoniam hæc immutabilia manent, ſiue

*Vaſſalli Regem in bellum proficiſcentem ſequi debent.*

ſiue iûs Regium, ſiue commune conſulas; pleraque alia, quatenus ad humanæ vitæ ſpatium. Habemus Serui Tulli Regis Romanorum temporibus, antiquitusque æqualẽ fuiſſe hominum ætatem plus duobus millibus annis ab hac noſtra tempeſtate: etſi quæ corporis vi, aut ingenij, diuturnitateque vitæ, olim extra modum fuiſſe, hodie reperiri, pariterq; prodigijs annumerari, verum tamen, etſi multa horum, quiſque concedit, tamen fuiſſe olim, ita præclara hominum ingenia, artes, ſcientiaſque prorſus negare cogitur. Cogitur ſanè nimium ſe, ſuaque diligens, nam vitam fuiſſe longiorem antiquis, corporum vim maximam, facilè abnuerint: cum falſo de breuitate vitæ, quærantur, vt ait Seneca lib. 1. epiſt. 1. quia vellent diutiùs illa morari, alienæque inuidẽtes, ideò longiorem mereri prædicant, cum ob prædictas rationes, ægrè vitam, & corporũ vim propè æqualẽ fuiſſe fateri cogãtur: tamen, cum nemo ſit, qui ingenio cedere velit, eo perducta res eſt, vt in ſcientiæ, aptitudineque ingenij, primas ferre, noſtri ſeculi homines vellent, quos ſi argumẽtari liceret à ſuis adductis rationibus per facilè conuinceres: nam ſi meliora corpora, maiuſque corporum robur generaſſe naturam dicamus, euenit ergo, vt antiquitus orbe recenti, meliora, atque excellentiora ingenia fuerint: nam cum ex corporis temperie, vires ingenia ſumant, & per ea operentur, ſi melior, tunc temperies erat, melior perſpicax ingenij natura haberi deberet,

*Vulgaris ſentẽtia circa humani ingenij vim, aſſeuerans, acutiores, & ſubtiliores præſentis æui homines falſa*

Digitized by Google

ret, non quod ex corporis mole vires, inge-nia conſequi ſibi videantur, ſeu ex elemen-torum integritate vi præcipua: ſic, vt vbi e-lementa ſunt putrida, Sol corruptus, aſtra defatigata, mundus ſenex, æquè eorum ef-fectus; at cum omne illud vaniſsimum ſit, & hominum nimis curam ſui habentium, & æſtimationem, neque vitam longiorem, nec robur corporis maius, nec ingenia, vllo tempore, quam nunc fuiſſe dicemus, &, ſi hæc aliter aliquando, ex accidentibus eue-nire, ſeu potius reperi.

n. 5. *Humana ingenia æqualia, & ſimilia omni æuo ex na-tura.*

Falluntur tamen ſub ſpecie obumbratæ veritatis; nam ſuas periodos, prout Florus de Romanis, in ſingulis Prouincijs fuere. Hæbræi Barbaros indicauere Græcos, Græci Romanos, & rurſus Romani claruere, qui-bus noſtri haud comparandi; nam partes Imperij Romani, & Græci, Europa, Aſia, & Africa. Vnde verùm apparuit noſtræ expe-culationis aſſertum, nempè huius æui ho-mines non plus callere, etſi concedendum ſcire longè quid meliùs: nam, etſi, quatenus ad ingenij vim, & corporis attinet, æqualē fuiſſe dixeris, tamē ſcientia, & arte pluribus deficimus, quippè eximia ſciētia, bonæq; ar-tes, tunc Imperij magnitudinem, tunc du-rationem committantur, concurſu magno-rum virorum, aſsiduaque meditatione, magni eruditique fiunt, ſummamque So-phiam aſſequuntur litteris vacantes; quia, vt ait Plato: *Sapientium conſuetudine, ſapientes ſimus.* Nec ideò me pœnitet florentiſsimo tempore in Salmātica legibus operā dediſ-

*Hominum ingenia florent, ſecundùm Imperij magnitudinem.*

*Author quo tempore legibus Salmanticæ ſtuduit.*

ſe, ſub Primario Antonio Pichardo, Alphō-
ſo de la Carrera, poſteàque eas publicè ex-
plicaſſe. Ideò Athenis ingenia magna flo-
ruere, quia per longiſsimum temporis ſpa-
cium illis otium conceſſum, qui hodie ſub
Turca literarum, & veræ religionis, proh
dolor! altam denique omnium artium ig-
norantiam patiuntur, vltra id negari non
debet eſſe propriam vnius cuiuſque regio-
nis naturam ad id maximè accomodatam,
etſi conſtet magnos etiam viros craſſo ſub
aere naſci. Temporibus Alexandri Magni,
Ariſtoteles extitit, ſub eo nempè Principe,
qui totius orbis ditionem obtinuit, & mor-
te terminauit Imperium, & poſtea quoque
ſub Romanorum protectione æquè Athe-
nis literæ excultæ, quoniā mitiſsimo con-
tinebantur totius Græciæ vrbes patrocinio,
Tito Liuio decad. 4. lib. 3. Socrates, & Pla- n. 6.
to Ariſtotele antiquiores, & denique dum
Græcis literis operam dare haud illis pudo-
ri fuit, omnibus facultatibus magni viri cla-
ruere. Nam deuicto Antiocho ſtatus dici po-
teſt ætatis Romanis, vſque ad Octauij Augu-
ſti tempora (etſi Traianus Parthorum Re-
gna Imperio Romano adiecit) qua tempe-
ſtate pacato orbe, & antea, & paulò poſt per
plures doctiſsimi fuere Romani. Verumta-
men, quis in dicendo Demoſthene maior,
cui ſi Ciceronem obijcias magnitudine, &
elegantia, vix parem inuenies, etſi facetijs
ſuperiorem Romanum dicas, de illis Quin-
tilianus lib. 10. orat. inſtit. his verò noſtris
temporibus, & ſi mille ab hinc annis enu-
me-

*Literis inſignes Græcia, & Roma.*

meres, quẽ pateni opponas? profectò nullum, & ratio ea eſt, nõ ita nunc pollere Rhetoricæ doctrina, & exercitatione viros, prout illi, quippè tunc in iudicijs magis hac ipſa vtebantur, donec formulas actionum Appius Claudius excogitauit, Gnæus Flauius ſubripuit, & populo tradidit. Pomponius l. 1. §. poſtea, D. de orig. iur. quo tempore præcipuè iungi cœpit iudicijs Aduocatorum munus, non prorſus excluſis oratoribus, Donell. lib. 18. comm. c. 3. Vſualdus in notatis lit. A. vnde priſcis oratoribus, ſumma dicendi facultas ob præmiorum magnitudinem, de quibus vulgaris libellus Cornelio Tacito inſcriptus, Dialogo de oratoribus, idem lib. 11. annal. cap. 2. & precium Demoſtheni, vt taceret Aulus Gel. lib. 10. cap. 9. Noct. Attic. hiſtoria excelluit Titus Liuius, & Saluſtius: *Nec opponere Thucydidi Saluſtium verear, nec indignetur ſibi Herodotus æquari Titum Liuiũ.* Prædicat Quintilianus lib. 10. orator. quibus, quis ex nouioribus comparandus veniet? nemo certè, nemo, vt Iuſtus Lipſius in notat is ad Politicos, lib. cap. Philippum tamẽ de Cominaes commendatur, alioſque nominat. Noſtrumque Ioannem de Mariana forſan laudaret. Poeſi Virgilius Secundus habetur Homero, Quintilianus ibidem: *Eſt Virgilius Secundus proprior tamen primo, quam tertio, & hercle, vt illi naturæ cæleſti, atque immortali ceſſerimus, ita curæ, & diligentiæ, vel ideo in hoc plus eſt, quod ei fuit magis laborandum.* Antiquior Græcus tamen excelſior, copioſiorque

vnde

vide gloriã; Maronidum ſequitur illũ conceſſam eſſe fatemur, noſtros hiſdem æquare vellem; ſed non audeam, at reliquis artibus Philoſophiæ inſignes poſterioribus ſæculis, medicina forſitan, tamen de antiquiſsimo Hypocrate, Eſculapio, & Galeno miranda prædicantur, vt reliquos taceã, reliquis, ſeu potius omnibus Philoſophiæ partibus, quis tandem elegantior Ariſtotele ? nam, & ſi docentis veritas tantùm, & ſcientia deſideranda, & in hoc, ſimplici ſtylo contentus ſit, Seneca lib. 5. epiſt. 40. ibi: *Adijce nunc quod quæ Veritati operam dat Oratio, incompoſita debet eſſe, & ſimplex.* Tamen vtroque nobiliorem fuiſſe Ariſtotelem conſtat, ibi: *Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Ariſtotelem? quem dubito, ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum à cumine, an Varietate operum clariorem putem.* Quintilianus prædicto loco, ſed dum propriùs ad Romanos accedas, euidẽtiùs apparet imperij diuturnitatem, & magnitudinem commitari magnorum virorum ſeriem, qui toto terrarum Orbe peritiores, armis eorum omnes gentes paruere, nunc literis reguntur, & tunc artis militaris diciplina, dexteritateque omnes Prouintiæ victæ, id ipſum proteſtantur, melius tamẽ noſtri ſapiunt hoc vno, ſacra, venerãdaq; Theologia, eiuſq; ſancta recti, ac iuſti, etiã humanis actionibus doctrina, quaſi cœlitus immiſſa luce: miror equidẽ Romanos tot ſuperſtitionibus deditos, totque animi ſordibus, totque erroribus implicitos, prorſuſque cæ-

*Meliùs noſtri ſapiunt Græcis, & Romanis.*

cos in veri Dei cognitione, cum in alijs ita cernerent acutum, nec ignoro Dei attributa Senecam dixiſſe coli, tot Deorum ſimulachris, lib. 4. de Beneficijs, cap. 7. & 8. & in agro Lutij Petilij libros Numæ Regis inuentos, quibus inane commentum Romanæ ſuperſtitionis detegebatur, Titus Liuius lib. 10. decad. 4. folio 511. idemq; Seneca lib. 1. Natural. quæſt. Philoſophiã naturalem partitur in Theologiam, & Phyſicam naturalem, Marcus Varro non ſe illa iudicio ſuo ſequi, quæ ciuitatem Romanam inſtituiſſe commemorat, in certi libri fragmentis, Plinius maior magis in eã deſcendit ſententiam, vt vnum eſſe Deum dicat, nec corpore, nec vitijs, nec humanis paſsionibus obnoxium, tamen Atheos dilabitur, lib. 2. cap. 7. de Deo, quæ Cicero exponit, lib. de natur. deor. magis fictas Philoſophorum quæſtiones oſtentandi cauſa ingenij doctrinam, quam ab illo, & ab ipſis creditas, demonſtrat. Idem reſpiciunt Philoſophorum ſententiæ, quas congerit Plutarchus Ethicorum, lib. 1. par. 2. de placitis Philoſophorum, vnum tamen eſſe Deũ ſenſiſſe, & plerumque fateri doctiores, certiſsimum eſt, de quo per multa ſunt veterum teſtimonia, quæ miſſa facio breuitatis cauſa, in qua re magis omnes diſipere mortales, quam ſapere dicas, quippè hoc diuinæ gratiæ donum attribuendum, quo maximè beneficio Catholici aſtricti ſunt, quibus cõceſſum, vnde illis meliùs in omnibus ſapere contingit, morum rituumque Ethnicorũ

plu-

plura Christiani traxere: ſed ita tamen, vt ſine veræ Religionis offenſione in melius traducta ſint, cauſam reor, vt facilius illorũ obliuiſcerentur, veramque pietatem colerent: ſic id nuptijs, vitta, aqua, candela vtimur, in ſigna obedientiæ, puritatis, fidei, Beatus Iſidorus Eccleſiaſticis officijs, lib. 2. c. 19. de coniugatis. Ethnici nõ prorſus abſimili ritu. Propertius:

*Vicissitudo ritũ inter Ethnicos & Catholicos.*

*Quæ me deductæ fax omen pertulit illa*
*traxit ab euerſo lumina nigra rogo.*
*Et Stigio ſum expanſa lacu, nec recta capillis*
*Vitta data eſt, nupſi non comitante Deo.*

Ideò nupta olim dicta, quia obnubebatur, Tertulianus lib. de veland. virginib. Vſualdus in notatis lib. 1. g. c. 18. tit. GG. vbi cõiugium à iugo dictum docet, & ſi errantibus, quædam excommunicationis forma, Ethnicis fuit ex Liuio decad. 3. lib. 6. ibi: *Qui victus acie exceſſiſſet, eum ne quis vrbe, tecto, menſa, lare, reciperet, diram execrationem in populares, obteſtationemque, quam Sanctiſſimã potuerunt.* Idẽ lib. 10. decad. 4. Tullius lib. 1. de diuinatione, ex ore Metelli Lucanus lib. 3. Pharſaliæ.

*Excommunicationis quædam ſimilitudo etſi errantibus Ethnicis fuit.*

[illegible] *certè violata poteſtas*
*Inuenit iſta Deos, Craſſumque in bella ſecutæ*
*Sæua tribunitiæ vouerunt prælia diræ.*

Plato lib. 9. de legibus, Plinius lib. 28. c. 2. Cæſar lib. 7. comment. de Gallis, ritúque Druidum: *Si quis, aut publicus, aut priuatus, eorum decreto non extitit, ſacrificijs interdicunt. hæc pœna apud eos eſt grauiſſima; quibus ita eſt interdictum, hi numero, impiorum, ac ſceleratorum haben-*

*habentur, his omnes decedunt, aditumque, ſermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur.* Simile illud ſacrificijs interdicunt, c. ſi quis Epiſcopus, c. placuit 11. quæſt. 3. toto tit. de Clericis excomm. impiorum numero habentur, c. certum 24. quæſt. 3. aditū, ſermonemque defugiunt, c. excommunicato, c. ſicut, c. qui communicauerit 11. quæſt. 3. neque his petentibus ius redditur, c. 1. de except. lib. 6. c. intelleximus extra de iudicijs, neque honos vllus communicatur, nā neque ad Beneficia, neque ad dignitates admittuntur, c. cum bonæ, de ætate, & qualitate, c. cum dilectus ext. de cōſuetudine, c. ad probandū de ſent. & re iudic. neque ad ſeculares. Philippus Decius in c. dilecti, col. 1. extr. de except. ſunt deniq; infames, c. infames, 6. q. 1. hoc vltimū, quo intelligatur modo, Innoc. in c. teſtimoniū de teſtib. qui in olim ſtipitē tori mortuo ingerebāt, vt Charonti portoriū ſolueret vana ſuperſtitione Lucianus in Charōte, idē Dialogo de Lauaro, & antiquitus etiā Catholicis oſtiæ particulam, vera pietate, Clemēs Romanus, in tradition. Eccleſiaſticis iura ſepulchrorum alia familiæ, alia hæreditaria Gaius l. familiaria 5. l. vel quod 6. D. de rel. & ſump. funer. iura patronatus in capellaneis, & ſacellis, non prorſus, vt inſtar patronorum in libertis ius ſibi aſſumant, ſed in electione perſonarum, reique adminiſtratione, c. querimoniam, de iure patronatus, Ludouicus a Molina lib. 1.

de primogenijs, cap. 24 num. 36. & 42. Azeuedo l. 7. tit. 3. lib. 6. Recopilat. num. 1. ſic noſtri, aut aſpernati ritus profanos in meliùs traducere, longè in meliùs, cum in ſacris rebus Catholicos ſapere conſtet reliquos mortales illis diſipere, at de antiquorum patrum Græcorum, & Latinorum ſcientia in ſacra Theologia, neque meus eſt ſermo, nec ea facultas, vt litem dirimere poſsim, ſic inferiora ſequemur de ea naturali Philoſophiæ parte agentes, quæ tantum humana reſpicit facta, necnon de morali, & rationali Philoſophia, patet Græcos, & Romanos, aliquibus plus noſtris ſciuiſſe: Ariſtotelem, Platonem, Euclidem, Archimedem, Thucydidem, Liuium, Demoſthenem, Ciceronem, Homerum, Virgilium, Hipocratem, Galenum, ſed non tamen melius, cum Ethnici fuerint; ſed illud forſitan in dubium reuocas, nempe nos minus ſciuiſſe, cum pulueris ſalitrati, horologij, artis nauigandi, & typis mandandi rerum monumenta nuper inuenta magni facias: quod, nec magni æſtimauere ſapientes, verique Philoſophi, ſic de his Seneca, cum de aliquibus ſimilium rerum repertoribus, ageret: *Ego nec Anacharſim huius rei fuiſſe Authorem contendo, & ſi fuit ſapiens quidem hoc inuenit ſed non tanquam ſapiens, ſicut multa ſapientes faciunt, quia homines ſunt, non, quia ſapientes,* lib. 14. epiſtol. 91. Virgilius Georg. 1. mihi fol. 31.

*Inuenire nouarum rerum machinas non ex ingenij vi prouenit, ſed caſu, & ſagacitate hominum.*

*Tunc laquis captare feras, & fallere viſco*
*Inuenta: & magnos canibus circundare ſaltus.*
*Omnia iſta ſagacitas hominum, non ſapientia inuenit.* Seneca in libro 13. epiſtola 89. nam hæc potius mirabilia, quam magna, animum temperare, iracundiam cohibere, artem regendi, proferendi, & conſeruandi imperia, magna dicenda, illa vero duplici ratione contemnenda puto, prima, nam ij, qui iſta inuenere, pro, vt dixi, nec magni Philoſophi, nec magni fuere viri. Secunda, quia hæc inuenta, qualiacumque ſint, haud humanæ vitæ, hominumque ſaluti, ſummopere conducibilia haberi debent: potius, pleraque horum pernitioſa, quid de puluere ſalitrato dixeris? res nota haud pluribus indiget, horologium reperire, vtile ſanè: ſed non prorſus antiquitus ignotum, ante duodecim annos, quam cum Rege Pyrrho bellatum eſt, ſolare horologium poſt vrbem conditam, quinquageſimo nonageſimo anno Scipio Naſica horas diuiſit aqua, Caius Plinius Secundus, naturalis Hiſtoriæ lib. 7. cap. 60. Regis Ezechias in Ieruſalem, & Iſaias tempore fuiſſe etiam ſolis horologium patet ex lib. 4 Reg. cap. 20. ibi: *Inuocauit, itaque Iſaias Propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus, iam deſcenderat, in horologio Achaz retrorſum decem gradibus*, artem nauigandi magnetis virtute, quaſi cœlitus oblata, ſi ad id vt theſauros abditos terra, marique proſequamur (quibus montes ſuperinijcere meliùs forſitan eſſet) haud magni

n.8. *Vis ingenij, & ſcientia in quo conſiſtit.*

*Inuentæ machinæ plerumque pernicioſæ.*

gnificiam, Seneca lib. 14. epiſt. 95. *Aurũ, quidem & argentum, & propter iſta numquam pacem agens ferrum, quaſi malè nobis committerentur, abſcondit, nos in lucem propter, quæ pugnaremus extulimus, nos & cauſas periculorum noſtrorum, & inſtrumenta, diſiecto terrarum põdere eruimus nos fortunæ mala noſtra tradidimus, nec erubeſcimus ſumma apud nos haberi, quæ fuerant ima terrarũ.* At ſi ad veræ Religionis propagationem, maris pericula ſubire oportet, ſummopere nobis conducere confitear, tamen qualiacumque ea ſint, potius caſu hoc eſt Dei prouidẽtia reperta, quam ideò, quia acutiores huius ſæculi homines ſint prælo mandare chartas forſitan Aſiaticis, ne dicam barbaris, priùs excogitatum de Catajo Paulus Iouius, ibi: *Eſſe typographos*, lib. 14. hiſt. ſui temp. fol. 798. & in Regno Chineæ idẽ, & pulueris tormentarij, machinas ęneas haberi, Abrahamus Hortelius, & Mercator, ſuis Chirographis tabulis referunt, & in Philippinis inſulis debellatis Philippi Secundi, auſpicio ignea quoque tormenta reperta, quibus inſulani in ſui defenſione vtebãtur, eius temporis ſcriptores perhibent, nec omnes probãt Typographiæ vſum, nec deſunt, qui dicant librorum copià effectum, vt non pauci optimarũ artiũ excellẽtiores minus audiantur, in manibuſque hominũ ſint, dũ diſtracti varia, & multiplici lectione, abſque dilectu, peſſimum quemque legimus, & præoculis habemus, cũ olim, cũ non eſſet Typographiæ vſus, ſelecti tantum, & optimi ſcriberentur, poſteritatique darentur: ſit

ſanè optima, huius rei inuentio, ne nobis idē rectè obijciatur, & ſi excuſationem hodie paratam habemus veriorem, quàm Iuuenalis temporibus, Sat. 1.

*Stulta eſt clementia, cum tot vbique*
*Vatibus occurras perituræ parcere chartæ.*

Noſtris tamen temporibus, non ideò nos plus antiquis ſapere credamus, cum librorū copia potius ſtudijs officiat. Senecæ votum: *Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare: quæ vbi varia ſunt, & diuerſa inquinant non alunt, probatos itaque ſemper lege, & ſi quando ad alios diuertere libuerit, ad priores reddi.* Et epiſt. 107. lib. 18. *Sed nos vt cætera in ſuperuacuum omnium rerum, ſic litterarum quoque intemperantia laboramus, non vitæ, ſed ſcholæ diſcimus.* Aliud eſt multa eſſe in libris, aliud multa eſſe optima, & ſelecta, à vulgaribus erroribus vindicata, aliud multa informia complecti, aliud recta, multaque ſapere, l. tanta 2. §. contrarium, C. de vet. iur. enucleand. & ſi vtilitas dari poteſt ex inuentis, nouiſsimèque repertis machinis, & inſtrumentis, non leue damnum ex amiſsis, & oblitteratis temporis curriculis, quæ memoria hominum exceſſere, quondamque in vſu fuere, de Archimede miranda prædicantur Titus Liuius lib. 4. Decad. 3. *Et habuiſſet tanto impetu cœpta res fortunam, niſi vnus homo Siracuſis, ea tempeſtate fuiſſet Archimedis.* Et infra: *Quæ proprius quidem ſubibant naues, quo interiores ictibus tormentorum eſſent: in eas tollendas deſuper murum eminentem ferrea manus firmæ cate-*

n. 9. *Machinæ olim repertæ, & plures ſeculorum curriculis obliteratæ.*

*catena obligata, cum iniecta prora eſſet, grauique libramento plumbi, reuelleret ad ſolum, ſuſpenſa prora, nauim in puppim ſtatuebat; deinde remiſſa ſubito, vel ex muro cadentem nauem, cum ingenti trepidatione nautarum, ita vndæ affligebant: vt etiam ſi recta recideret aliquantum aquæ acciperet.* Concaua ſpecula, quibus naues incenſæ inuenta olim fuiſſe, rurſuſque artem ea fabricandi amiſſam, ſunt, qui dixerint: aliaque quæ longius cernere præſtabant, quam ea quæ præſenti tempore fabricantur, integris libris hanc ipſam rem alij proſequuntur. Iuſtus Lipſius tomo 2. per quinque libros. Aulus Gellius reperit, quondam fuiſſe vetumen, quo illita ligna nullis flammis obnoxia redderentur. lib. 15. c. 1. Audi Marcum Varronem de Labyrintho, in ſepulchro Regis Porſenæ, ibi: *Sepultus eſt Porſena Rex ſub vrbe Cluſio, in quo loco monimentum reliquit lapide quadrato. ſingula latera pedum lata tricenum, alto quinquagenum, inque baſi quadrata intus Labyrinthum inextricabilem: quo ſi quis improperet, ſine glomere lini exitum inuenire nequeat, ſupra id quadratum pyramidis ſtant quinque quatuor in angulis, & in medio vna: in imo latæ pedum ſeptuagenum quinum, altæ centum quinquagenum, ita faſtigiatæ, vt in ſummo orbis æneus, & Pegaſus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeat excepta catenis tintinabula, quæ vento agitata longè ſonitum ferant.* Sic in fragmentis, quid de ſeptem orbis miraculis, quæ elegãti epigrammate complexus eſt Marcus Terentius Marcialis, epigr. 1. lib.

lib. de ſpectacul. Salomonis Templo, lib. 3. Reg. cap. 6. Paralipomen. cap. 3. Petrus Gregor. lib. 12. cap. 21. nu. 14. de Republ. de concauis ſpeculis prædicti Archimedis de teſtudine, qua vſus Popilius, Heracliæ bello Macedonico Perſici, Titus Liuius lib. 4. decad. 5. ibi *Scutis ſuper capita denſatis ſtantibus primis ſecundis ſummiſsioribus, tertijs, magis, & quartis, poſtremis etiam genu nixis faſtigiatam ſicut tecta ædificiorum ſunt, teſtudinem faciebant.* De columbæ ligneæ volatu, Gellius lib. 10. cap. 12. Noct. Attic. *Simulachrum columbæ, è ligno ab Archyta ratione quadam, diciplinaque mechanica factum volaſſe, ita erat ſcilicèt libramentis ſuſpenſum, & aura ſpiritus incluſa, atque occulta concitum.* Denique non orbis ætate, ſed etiam ſingulis ſæculis, quædam reperiuntur, quædam mira obliterantur, etſi facillima inuentu ſemel repetita videntur. Aſdrubal modum inuenit, extemplo elephantes exanimādi, ne in ſuos irruerent, quod ei maximè profuit, at fratri eius magno duci Anibali poſteà id fuit incognitum: ideò in ipſa Africa ruinā, & ſtragem exercitus vitare nequiuit. Titus Liuius decad. 3. lib. 7. & 10. noſtro ſæculo, quidam artem docendi mutos loqui reperiuit, extat liber eiuſdem, tamen exiſtimo artem vita ipſius terminandam, obliuiſcique, & plura quiſque inueniet, quę longo forſitan temporis interuallo periere. Seneca: *Qui ante nos iſta mouerunt, non domini noſtri, ſed Duces ſunt.* lib. 4. epiſtol. 33. imò nec Duces cum eos alij, atque alij præcellant,

n. 10. *De rerum viciſitudine quædam.*

lant, quot libri amiſſi! quot machinæ! bello Alexandrino caſu ſeptuaginta millia volumina periere, conſilio Iuſtiniani Imperatoris tria millia, l. tanta 2. C. de veter. iur. enucl. Aulus Gell. lib. 6. cap. 7. Noct. Attic. noſtra ętate, quædam repeti vidimus, quæ olim iam exhibita, vt Troiæ ludus, quam nos à Mauris, Romani à Troianis, illi forſitan à Thracibus alijſve accepere, Virgilius lib. 5. ibi:

*Olli diſcurrere pares, atque agmina terni*
*Deductis ſoluere Choris, rurſuſque vocati*
*Conuertere vias, infeſtaque tela tulere.*
*Inde alios ineunt curſus, alioſque recurſus*
*Aduerſis ſpatijs, alternoſque orbibus orbes*
*Impediũt, pugnæq; cient ſimulachra ſub armis;*
*Et nũc terga fugæ nudãt: nunc ſpicula vertunt*
*Infenſi.*

Et infra:

*Troiaque nunc, pueri, Troianũ dicitur agmen.*

De quo Tacitus Annalium lib. 11. cap. 4. ibi: *Sedente Claudio Circenſibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent.* Ideò forſan Troia, vulgò Labyrinthus dicitur ab Hiſpanis, etſi Cretæ fuiſſe defendas, adde & in vita eiuſdem Claudij Cæſaris etiam ornato ad hoc Circo, feros tauros, non ſolùm agitari, ſed refert Suetonius cap. 21. Theſſalibus equitibus agi, & cornibus ad terram detrudi, in eoſque defeſſos inſilire; nec diſſimile ſpectaculum, admirationi fuit Matritij. Et quod in delitijs habetur Indica potio, ex baccis illius regionis, & aqua, ſaccaroque formationibus aucta (hæc de calida, & fri-

gida

gida meminerim, cuius peculiaris vſus apud Romanos) Indica potio, quæ vulgò chocolate, nūc quaſi repetita, etſi alijs ſuccis confecta, alijs Indiæ Orientalis baccis olim. Sic Diuus Hieronymus Epiſt. ad Nepotianum: *Audio præterea contra rerum naturam, aquam non bibere, nec veſci pane, ſed ſorbiciunculas delicatas, & contra olera, betarumq; ſuccū, non calice ſorbere, ſed concha.* Ad vſum bibendi concha à natura fabrefacta, quaſi eius rei gratia exquiſitior vſus, quam noſtris temporibus. Noſtra tempeſtate, eo vētum eſt, vt potione vtamur concreta frigore niuis, an olim multa glacie frigefieret, & obturaretur, an dilutam niuem ipſam biberent examinari poteſt, ex Seneca lib. 15. epiſt. 96. ibi: *Quid tu illam æſtiuam niuem non putas callum iecinoribus obducere?* Aulus Gell. lib. 19. cap. 15. *Quoniam, cum aqua frigore aeris duratur, & coit, neceſſum eſt fieri vaporationem, & quandam, quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea, & emanare, id autem inquit in ea leuiſſimum eſt, quod euaporatur: manet autem quod eſt grauius & ſordidius, & inſalubrius atque id pulſu aeris verberatum, in modum, coloremque ſpumæ candidæ oritur, ſed aliquantum, quod eſt ſalubrius, diſflari, atque euaporari ex niue; indicium illud eſt, quod minor fit illo, quæ antè fuerat, quam concreſceret.* Hæc Gellius deinde Ariſtotelis verba exponit, quæ talia ſunt: *Cur aqua ex niue glacieve liquatæ ſint vitioſæ an quia, cum aqua quæuis gelu concreſcit, pars tenuiſſima diſflatur, & leuiſſima euaporatur? indicium illud eſt, quod deliquata fit minor, quam antea*



Digitized by Google

*tea fuerit, quam concreſceret, cum itaque, quod ſalubrius eſt defuerit, deterius ſit, quod relinquitur, neceſſe eſt.* Ille Ariſtotelis exemplo vſus eſt, ad vitium ſui temporis oppugnandum, & quis poſſet illius, vnde illud Taciti ex ore Claudi lib. 11. Ann. c. 7. haud malè adaptatur: *Omnia Patres conſcripti, quæ nunc vetuſtiſſima creduntur noua fuere.* Artes, & cõtra nocẽdi non minus olim, duobus millibus annis ab hoc noſtro ſæculo, fuit Neapoli publicæ peſtilẽtiæ venenũ (ſic vulgò creditũ) fuit, & Romæ, Tit. Liu. lib. 8. decad. 1. *Fœdus in ſequẽs annus, ſeu in tẽperie cæli, ſeu humana fraude fuit, Marco Claudio Marcello, Tito Valerio, Cõſulibus, & inde venenis abſumptos, quarũ mors infamẽ annũ peſtilẽtia fecerit*, reiq; narrationẽ proſequitur. Et infra: *Tũ patefactũ muliebri fraude ciuitatẽ perimi, matronaſq; ea venena quoquere.* Vnde quidẽ rerũ viciſsitudinẽ contẽplatus, verbaq; Eccleſiaſtes, c. 1. *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurũ eſt. quid eſt quod factũ eſt? ipſum quod faciẽdũ eſt, nihil ſub ſole nouũ, nec valet quiſquã dicere, ecce hoc recẽs eſt: iam enim præceſsit in ſæculis, quæ fuerũt ante nos, non eſt priorũ memoria, ſed nec eorũ quidẽ quæ poſteà futura ſunt erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſſimo.* Sic carmine,

*Quid fama tumefacta ſuperbiat humbra nouarũ*
*innentrix rerum, quas ſua cura fouet?*
*Quid niuis, & rheda, non credas vſus Adamum*
*noſcere? qui ſeclis orbe moratur olim?*
*Inuentum, quondam, ſuperas volitare per auras*
*virum, & quod ſubter piſce, nat ret, aquas.*
*Inuentum, quondam (dantem Salmonea pœnas*
*profer) cum ſonitu fulmen, vibrare Iouis.*

Tem-

Digitized by Google

*Tempus edax cunctis, atque inuidioſa vetuſtas,*
*cum viris, carptim nomina, reſque terit.*
*Imperium Occeano famam, quis terminet aſtris,*
*illud conſumet, hanc repetita dies.*
*Nec erit exuſtæ nomen memorabile Troiæ,*
*nec erit ingenio, ſemper honoris opus.*
*Ipſe tuis venias muſis, comitatus Homerus,*
*tempus erit tibi, quoque fuiſſe negent.*
*Quaſque dedit, quondam morientibus eripit artes*
*ætas, nec illas morte carere puta:*
*Rurſus & incipient omnes in facta nepotum,*
*ignarique canent, nos reperiſſe iuuat.*

Tamen machinas rerum euentui, aut humanæ ſagacitati attribuendas, vt inſinuaui, potiùs, quam veræ Philoſophiæ, & ſi certũ ſit penitus antiquioribus incognitas; quas, quiſque in vita inuenerit, Caius Plinius par. 1. lib. 7. hiſtor. c. 56. quem inter Romanæ ſapientiæ doctiſsimos annumerandum, & obiter, noto non eius fidem paſsim eleuã dam, ſed cum diſtinctione, nam ea, quæ ſe vidiſſe, aut ſcire aſſeuerat credenda, non ita ea quæ ſe audiſſe dicit Aulus Gellius lib. 9. c. 4. Noct. Attic. ibi: *Plinius Secundus, vir in temporibus ætatis ſuæ, ingenij, dignitatiſque gratia Authoritate præditus, non audiſſe, neque legiſſe ſed ſcire ſe ſe, atque vidiſſe in libro naturalis hiſtoriæ ſeptimo.* Et infra: *Ex fœminis mutari in mares non eſt fabuloſum.* Omne tamẽ noſtrum Paradoxũ eo vertitur: an militari diciplina, eloquentia, ciuilique Philoſophia accuratiores Romani fuerint, vt Græcos, & Hebreos taceam, antiquoſque humanæ, & diuinæ ſapientiæ patres, quam noſtri ſeculi viri, & ſi

n. 11. *Probare nitimur non minus ſciuiſſe Græcos, & Romanos noſtris.*

& ſi aliquos plurimum excelluiſſe conſtat, militari præſentis ætatis arte, inter magnoſque annumerandos, cum noſtri præ oculis hominum ſint, magis, ac potiùs nos propoſitum ſequentes, aliqua de Romanis eorumque militia peculiari obſeruatione noſtræ expeculationi ſubijciamus. Romanorum Imperio, & ditione Græciæ libertas durauit: quo effectum eſt, vt illi literis vacarent Athenis, Titus Liuius lib. 3. decad. 4. quæ ciuitas Academia Romana fuit, ſic Tullius Athenas nuncupauit, lib. 1. offic. ad filium. Inde ſe literis, Græciſque vocibus, ditauere, ſed quantum in ſcientia profuerint literarum, longum eſſet referre: totum iuris ciuilis corpus, id ipſum demonſtrat, eſſeque illos huius ſcientiæ ſolos, & præcipuos artifices patet, ex dict. Pomponi. l. 1. D. de orig. iur. innumeriſque alijs iuribus, qui, & militaribus artibus longè præſtantiores omnibus orbis nationibus extitere, hodie quis libet militat, tunc Capitìcenſes, & Proletarij, ad militiæ munera non admittebantur, Aulus Gellius lib. 16. cap. 10. ibi: *Qui in plebe Romana tenuiſſimi pauperrimique erant, neque ampliùs, quàm mille quingentum æris in cenſum deferebant, Proletarij appellati ſunt: qui verò nullo, aut per quam paruo ære cenſebantur, Capiticenſi vocabantur, extremus autem cenſus Capitecenſorum æris fuit trecenti, & ſeptuaginta & quinque, ſed quoniam res, pecuniaque familiaris, obſidis vicem, pignoriſque eſſe apud Rempublicam videbatur, amoriſque in patriam, fides quædam in ea, firmamentumque*

*Militiæ Romanæ exercitus ordo dignitas militũ præmia.*

*erat,*

*erat, neque Proletarij; neque Capiticenſes milites niſi in tumultu maximo ſcribebantur, quia familia his, aut tenuis, aut nulla eſſet.* Vnde forſitan euenit in euocandis æquitibus, certam quantitatem millia ducatorum iure noſtro Regio requiri, l. 12. tit. 1. lib. 6. Recopil. & in Codice capitationis veſtigia manent, l. immunitatis 9. C. de agricol. & cenſitis, tunc non ſolùm priuilegia ex annorum curriculis militantes conſequebantur: ſed etiã rudi donati, agros veterani poſſidentes honorati ſemper habebantur, l. 1. C. de excuſationi l. alt Prætor 2. §. ignominiæ, D. de his qui notant. inf. nec in facetè Iuuenalis de indulgentia in milites, Sat. vlt.

*Plus etenim fati valet hora benigni*
*Quam, ſi nos veneris commẽdet epiſtola Marti.*

*Milites Romani voluntarij.* Miles veteranus, tantum præmis inuitabatur laboranti Reipublicæ ſubuenire crebris autoramentis aſcendebatur, Titus Liuius lib. 1. decad. 4. *Veteres dimitere exercitus permiſſum voluntarios quos poſſet duceret: inuitum, neque militem veterem ducẽdi ius eſſet.* Nec Seruum lib. 2. Decad. 3. *Et aliam formam noui delectus inopia liberorum capitum, ac neceſſitas dedit: octo millia iuuenum validorum ex ſeruitijs, priùs excitantes, ſingulos velent ne militare.* Il-

n. 12. *Subſtitutũ dare in vſu apud Romanos.* lud vrgente bello Philippi Regis Macedonum, hoc Anibalis, & ſi aliquando in Siracuſa prout noſtris temporibus equiti permiſſum ſubſtitutum dare, cogique vt daret, aut ipſemet militaret, differentia, cum Siracuſi Scipionis tempore haud Romani ciuis iure gauderẽt: vnde ſi quid dedecoris ex eo exteris

teris

Digitized by Google

teri ſubibant, ne ita Romanis cura fuiſſet, lib. 9. decad. 3. *Vbi hoc modo, ex ant eratum equitem, cum gratia Imperatoris cæteri viderunt: ſe quiſque excuſare, & vicarium accipere.* Nec omnino aſſentiebam illationi Alphonſi de Azeuedo lib. 6. titul. 1. Recopil. n. 103. nam honeſta miſsione impetrata militem, & præcipuè ſenem, qui emeritis ſtipendis, ſuiſque priuilegijs gaudet, ſubſtitutum ex cã dare, haud debere videbatur: nam is pro ante acta militia iure communi potiùs immunitatem obtinebat, l. 1. C. de veter. priuileg. ſic non vrget, l. ſecundum, 10. D. de regul. iuris, nec is comparandus Cartularijs, l. 1. C. de Præpoſ. agen. in rebus, at ſi aliter conſtitutum iure Regio ſtrictè accipiẽdum, cum correctoria iuris communis dicceretur, dict. l. 1. tit. 1. lib. 6. Recop. & magis de caſuaria miſsione accipiendum, de eoque militum genere, qui ideo, vt euocẽtur, quibuſdam priuilegijs funguntur, vt parati intentique ad bellum ſint, lib. 6. tit. 4. *Como los vaſſallos*, & ibi l. 8. Azeuedo nu. 10. magiſve iure Regis in vaſſallis, vnde etiam prælatus habens Regis feudum, perſonaliter ire tenetur, ad bellum aduerſus infideles, l. 14. titul. 9. part. 6. l. 68. titul. 18. part. 3. Melchor Pelaez à Mieres tom. 1. part. 2. quæſt. 6. n. 193. omnes denique vaſſalli ex illo iure, ideoque forſitan milites, quia aptiores rei gerendæ, & ſi magis præmijs hos inuitandos ſunt, qui probent, & nominis origine vaſſalli dicantur, qui oppida, & caſtra habent à Rege, l. 1. titul. 25. part. 4. &

*Iure ante actæ militiæ an illi miles aſtrictus.*

l. 2. titul. 26. part. 4. Ludouicus à Molina l. 1. de primogen. cap. 13. num. 48. Singulis factis ſua præmia, murales, ciuicaſque coronas, Aulus Gellius lib. 5. cap. 6. Noct. Atticar. At vnde tot præmia ſuperebat Romana facultas, non illis reditus, & quaſi terræ tributa theſauros naues importabant, ex diſtantibus orbis partibus quæſitos (& ſi hoc non abſque magnis impenſis, & periculis adducitur) ſed optima diſtributiua vtentes, non abſque ſumma prouidentia gerebant, erogabantque in tot bellorum ſumptus, iure belli ærarium, & milites ex victoriæ manubijs ditabant vectigalibus moderatis, & priùs nullis, cum propinqua bella gererent. Idem Liuius decad. 1. lib. 5. vſque ad bellum, quod illis cum Veijs fuit, his tantum expolijs contenti milites, & ſi nullum illis ex publico ſtipendium: & poſteà ſemper ex prædæ redactu donati ſunt prælio gregari, ibi: *Prædaque ambo Conſules (nã & Apius Claudius, eo poſt paucos dies venit) vendiderunt diuiſeruntque*, lib. 5. decad. 3. Liuius agros illis diſtributos, idem docet decad. 4. lib. 1. *Et de agris militum eius decretum, vt quodquiſque eorum annos in Hiſpania, atque Africa militaſſet in ſingulos annos bina iugera acciperet.* Iure Regio ex prædæ redactu, quintum Regi deducendum præſenti antè funerum impenſas, & ſi ipſius impenſis geratur bellum dimidium, l. 20. titul. 4. lib. 6. Recopilat. quod probandum venit ex Romanæ militiæ more, cum ab Imperatoribus, ærariũ gaza auctum, ſingulis bellis

*Stipendij Romanis initium, & præmia ex fide publica.*

Digitized by Google

lis conſtet nota bono cambio, pro meritis agrorum dominis aſsignato, agri militibus concedebantur, niſi hoſtes domini prorſus haberentur, l. item ſi verberatum 15. §. itē ſi fortè, D. de rei vindic. l. in agris 16. D. de adquirend. rer. domin. vt Mantuani Octauio. Virgil. Eglog. 1.

*Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*
*Barbarus has ſegetes? en quo diſcordia ciues*
*Perduxit miſeros.*

Cicero etiam Iuriſperitis, quare milites chariores Romæ, orat. pro Murena: *Quis poteſt dubitare, quin ad Conſulatum adipiſcendum multò plus afferat dignitatis res militaris, quem iuris ciuilis gloria? Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille vt quo intendit, maturè cum exercitu perueniat.* Et infra: *Sit denique in ciuitate ea prima res, propter quam ipſa eſt, ciuitas omnium Princeps.* Summis Reipublicæ neceſsitatibus, æquitate in exigendis pro facultatibus, vniuſcuiuſque ſubſidijs Romani excelluere. Latè Liuius vrgente Anibale Italiam, lib. 6. decad. 3. ibi: *Scripto dein exercitu: de remigum ſupplemento agi captum inquam rem, cum neque hominum ſatis, nec ex qua pararentur, ſtipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempeſtate in publico eſſet: edixerunt Conſules, vt priuati ex cenſu, ordinibuſque ſicut anteà remiges darent cum ſtipendio, ciuarijſque dierum triginta, ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit, vt magis Dux, quam materia ſeditioni deeſſet.* Et infra: *Cum ea difficultate hærerent,*

*Tributorū æquitas.*

*rent, tunc Liuius Conſul Magiſtratus Senatui, & Senatus populo, ſicut honore præſtat, ita ad omnia, quæ dura, atque aſpera eſſent ſubeunda ducem debere eſſe ſiquid iniungere inferiori velis, id prius in te, ac tuos, ſi ipſe iuris ſtatueris facilius omnes obedientes habeas*: Pro facultatibus ordinaria realia munera imponi, Vlpianus l. ſextum 2. D. de vacat. & excuſat. muner. necnon extraordinaria, Bartol. l. 1. C. de inditionib. ſed ad ipſius populi gratiam conciliandam ſub fide publica debitum contractum priuatis ſolutum, Titi Liuij ſunt verba, lib. 9. decad. 4. *Senatuſconſultum factum eſt, vt ex pecunia, quæ in triumpho translata eſſet ſtipendium collatum à populo in publicum, quod eius ſolutum anteà non eſſet, ſolueretur.* Et ſi omnem neceſsitatem, & excuſationem ſuperat, excludit, militaris ſtipendi ratio: *Nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* In oratione Petilij Cerealis ad Gallos, Tacitus lib. 4. hiſtor. cap. 17. hinc militiæ ſummum decus ex præmiorum magnitudine: & prout contingit nauigare, vigilare, ſtudere, ad id, vt diuites mercibus, forenſibus negotijs fiant, militare, de milite Ouidius Elegia 7. lib. 3. amor.

n. 13. *Debitum contractum à Republica priuatis ſolutum.*

*Militare idem erat Romanis, quod nunc nauigare Indiam verſus ad deportãdas diuitias.*

*Ecce recens diues parto per vulnera cenſu,*
*præfertur nobis, ſanguine factus eques.*

Et infra:

*Cerne cicatrices, veteris veſtigia pugnæ:*
*quæſitum eſt illi corpore quidquid habet.*

Ex

Digitized by Google

Ex militibus Prouintiarum Præſides, Reipublicæque Rectores Pontifices, omneſque dignitates maxime ſumebantur. Cui nec prorſus aſſentio, vt cap 6. anotaui, illi ideo quia nemini chariorem eſſe patriam iudicabant, quam his, qui amore eius vitam in diſcrimen adduxerint, ſed non raro ad eã euertẽdam plures militaſſe conſtat. Ex quo tamen tot fortiſsimi milites conſpiciebãtur, tot integritate perſpicui viri Reipublicæ conſulebant, primis illis benè conſtitutæ Reipublicæ temporibus, quippè ſi aliter fieret, quis ſerio conſtanterque, duram Romanorum militiam ſequi vellet, Tacitus lib. 13. Annal. c. 9. ibi: *Ambuſti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati ſunt. Annotatuſque miles, qui faſcem lignorum geſtabat, ita prærriguiſſe manus, vt oneri adhærentes truncis brachijs deciderent.* Infra: *Dein quia duritiam, cæli, militiæque multi abnuebant, deſſerebantque, remedium ſeueritate quæſitũ eſt, nec enim vt in alijs exercitibus, primum, alterum que delictum venia proſequebatur, ſed qui ſigna relinqueret, ſtatim capite pœnas luebat.* Conſule totum tit. D. de re milit. acies ſic inſtruebatur, vt non ſolum conſtaret, miro equitum peditumque ordine, ſed partibus ſuis diſtincta. Aſtatis, Principibus, Triarijs, & Rorarijs, copioſè Titus Liuius, dũ Latini nominis, & Romanorum aciem exponit, decad. 1. lib. 8. vnde Philippum Macædonem admiratio cæpit, dum Romanorum caſtra ſpeculatur, ibi: *Ac ſubiecta cernens Romana caſtra ad mi-*

*Græci mirantur caſtra Romana.*

*miratus eſſe dicitur, & vniuerſam ſpeciem caſtrorum, & diſcrepta ſuis quoque partibus, tum tendentium ordinem, tum iterum interuallis.* Liuius decad. 4. lib. 1. Duces eligebant fratres præcipuè ad id vt mutuò charitatis nexu diſcordiam vitarent, conſtaretque ſemper Ducibus ſuis exercitus, & eſſet, quis in diſcrimine ſuperſtes haud depoſitis inimicitijs infenſi, cum aliter cauſam diſcordiæ, ideoque prohibitum, Petrus Gregorius lib. 4. de Repub. c. 6. nu. 9. Dictator, Magiſtrum equitũ eligebat, vt ſub Regibus Rex Magiſtrum Celerum. Imperator Cæſarem in Hiſpania Comitem ſtabulli, in Gallea Mareſcallum, magna fuere præmia, & magnas æquè ſubibant pœnas pro re malè geſta, integris exercitibus relegatio, ibi: *De exercitu Metelli, qui ex fuga Canenſi eſſent in Siciliam eos traduci, atque ibi militare donec in Italia bellum eſſet.* Liuius decad. 3. lib. 4. pœna cauſa liberi homines, cuiuſque Romani ſeruis poſt habiti ſunt, decad. 3. lib. 2. de triumphis, & de eo, quod in ærariũ tranſportaretur, Iuſtus Lipſius lib. 2. de Mag. Rom. cap. 4. ſelecta colligit, & etiam dict. cap. 4. de ærario milit. Petrus Gregor. lib. 3. de Republ. cap. 3. n. 3. & ſequent. & cap. 4. ſed qui Liuium legat etiam perfunctorie curam fuiſſe Romanis, animaduertet, caput, & cor Reipublicæ Romam, eiuſque ditionem ditare, vnde onere vectigalium ſubleuati hanc meliùs tuentur, numero aucti, amore aſtricti, facultatibus ſubnixi militiæ munera ſubeunt, deco-

n. 4. *Duces duos eſſe in bello, aut prælio vno exercitu ſi fratres, aut amici Reipublicæ quo modo vtilè.*

*Pœna totiùs exercitus.*

*Caput Reipublicæ ditandum.*

*Vectigalia moderata vberiorẽ quæſtũ Reipublicæ reddunt.*

coris cauſa, & dū plures numero ſunt æra- rium ditant moderatis tributis, quo exte- ros debellare potuere eos in eam vrbis, ac iuriſdictionis amplitudinem creuere, quæ vix credi comprehendi vè licèt. Petrus Gre- gor. quem totum vidi poſtquam huic ſpe- culationi finem impoſuiſſem, non malè docet allici alienigenas ad tranſportandas familias in Rempublicam optimus mori- bus inſtructam, lib. 4. cap. 4. nu. 8. & ſeqq. de Republic. quid mirum ſi his artibus, maria, terraſque, per tot ſæcula poſſederint, bella- que tantùm exercerent, non verò, quæ Rē- publicam fatigarent Romani cautè indice- bant, ſuſcipiebantque, & dum carptim ſin- gulos aggrediuntur, vniuerſos ſubiugere, cum bellum Antiochi Quintius præoculis haberet, quāta Græciæ indulſit, quanta Phi- lippo infeſtiſsimo hoſti exponebantur, ei maximè conducibilia. Sic aliter reſpondēt deſtinato hoſti Antiocho victo Philippo: *Nihil iam perplexè, vt antè.* At Philippum ip ſum retinent, ne ſe illo coniugat, ibi: *Mag nopere ei ſuaſit, quoniam pacem impetraſſet ad ſocietatem, amicitiamque petendam mitteret Ro- mam Legatos, ne ſiquid Antiochus moueret, ex- pectaſſe, & temporum opportunitates captaſſe ad bellandum videri poſſet.* Ætoli Romam miſsi dubij amici, ne irrumperent, & tempus te- rerent, ibi: *Omnia eos æqua impetraturos, ſi Ro mam miſiſſent.* Vniuerſæ Græciæ, vt bello Antiochi propenſiùs eos iuuarent: *Quintius liberos immunes ſuis legibus eſſe iubet, Corinthios,*

*Diſsimulatio Reipublicæ Romanæ.*

n. 15.

*Gradatim pacē dein amicitiā, & poſteà ſocietatem Romani Prouincijs concedebant.*

*Meliorē conditionē victis offerēdo quā ſub principibus ſuis habebant orbē Romani ſubiugarunt, & quadā dictorū breuis recopilatio.*



Digitized by Google

*Phocenſes, Locenſeſque omnes, & Inſulam Eubœã, & Magnetas, Theſſalos, Perræbios, Acheos,* *Phthiotas* refert Liuius decad. 4. lib. 3. decad. 5. lib. 4 *Quintum Mar. etiam Agaſſam vrbem tradentibus ſe ſe ipſis recipit: & vt reliquorum Macedonum animos ſibi conciliaret obſidibus cõtentis ſine præſidio relinquere ſe eis vrbem, immuneſque ac ſuis legibus victuros eſt pollicitus.* In omnibus expeditionibus Italiam ditabant, Theſauris, & hominibus, hoc priùs ſic inſtitutum à Romulo excogitato aſylo, Liuius decad. 1. lib. 1. illudque Romuli proſequutum eſt, tam à cæteris Regibus Romanis, quàm à Conſulibus, & Dictatoribus, necnon Imperatoribus ſuis beneficia, ſuis priuilegia indulgebant, Claudi oratione Tacitus, lib. 11. ann. c. 7. ibi: *At conditor noſter Romulus tantùm ſapientia valuit, vt pleroſq; populos eodem die hoſtes dein ciues habuerit, aduenæ in nos regnauerunt; libertinorum filijs Magiſtratus mandari, non vt plerique falluntur recens, ſed priori populo factitatum eſt.* Sic omnes fieri Romanos, eoque iure vti ſpontè volebant, orbis gentes, non tantùm coactæ, ad id, quod maximè exoptare debuere, & denique optauere, & vtilitate experta quieuere, ſub mitiſsimo, & diſerto Senatu Populi Romani libertos eſſe cupiunt, Liuius lib. 1. decad. 5. ibi: *Summa querelarum erat, ciues ſuos Romæ cenſos, pleroſque Romam commigraſſe, quod ſi permittatur, per paucis luſtris futurum, vt diſerta oppida, diſerti agri, nullum militem dare poſſent, Fregenas quoque millia quatuor familia-*

*liarum tranſiſſe à ſe Samnites, Pelignique quære-bātur.* Et infra: *Liberos ſuos quibus quibus Romanis in eā conditionē, vt manumitterentur mancipio dabant, libertinique ciues eſſent.* Nam ſi aliter fieret exauſtæ patriæ, qui ſe iniungere vellet, nam eſſet iniungere viua corpora mortuis, vt de Mecenio Virgilius:

*Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,*
*Componens manibuſq; manus, atq; oribus ora.*

Quibus Romanæ virtutis artibus, eo perducta res eſt, vt pacem deinde amicitiam, & ſocietatem, ac fraternitatem Reges expoſcerent, & ſæpè repulſam, ſecundùm vniuſcuiuſque merita in Reſpublica ferrent, cum Macedonicum bellum inſtaret, Legatis Verminæ Siphacis filij, in Africa Regis ſocietatem, & amicitiam ex Regis Verminæ nomine petentibus, id negatum. Liuius lib. 1. Decad. 4. verba: *Verminam quoque anixurum, nec officijs in populum Romanum, aut à Maſſaniſſa, aut ab vllo alio vincatur, petere, vt Rex ſociuſque & amicus appelletur.* Hæc Legati, quibus reſponſum: *Pacem illi priùs petendam, à populo Romano eſſe quàm vt Rex ſociuſq; & amicus appelletur, nominis eius honorem, pro magnis erga ſe Regum meritis dare populum Romanum conſueſſe.* Fratrum Reipublicæ nomen nonnunquam conceſſum, Tacitus lib. 11. annal. cap. 7. ibi: *Primi Edui Senatum ius in vrbe adepti ſunt, datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen, cum populo Romano vſurpant.* Victi à Perſea Romani equeſtri pugna, duriores conditiones, quàm

quàm victo Philippo patri eius ipſi petenti pacem offerunt, lib. 2. decad. 5. *Quibus Philippus ceſſiſſet ceſſurum primum hæc Legati, ſummotis his, cum conſultarent Romana conſtantia vincit in conſilio. Ita tum mos erat, in aduerſis vultum ſecundæ fortunæ gerere. moderari animos in ſecundis, reſponderi placuit, ita pacem dari, ſi de ſumma rerum liberum Senatui permittat Rex de ſe, deque vniuerſa Macedonia ſtatuendi jus.* Inde ſumma populi Romani maieſtas, arbitri belli, paciſque inter Maſſiniſſam, & Carthaginenſes, inter Capadotiæ, Pontique Reges, lib. 10. decad. 4. *Vnde Rex Pruſias, cum Romam gratulaturus veniret, de Perſei victoria Romanis, peteretque inter alia renouari, amicitiam, & ſocietatem oſculo limen curiæ contigiſſe.* Refert his verbis, Liuius lib. 5. decad. 5. ex quibus maieſtatem, ſapiētiam, & magnitudinem ſimul cum ciuili Philoſophia Romanorum, vt conijcias neceſſe eſt, omnibus gentibus, omnibus denique terrarum imperijs diuturniorem; his quaſi ſolidis fundamentis deinde Imperatores incrementum amplitudinis, & durationis accepere, hæc obiter ex ipſis Romanæ Hiſtoriæ Authoribus, quaſi ex ipſo fonte aquam puriſsimam auriens peculiari obſeruatione anotaui, de Magnitud. Romana, ſunt luſti Lypſi quatuor libri, nec non quinque de ipſius militia, noſtris proprioribus ſæculis, legali Philoſophia (vt alias facultates omittā) inuenies, doctiſsimum Iacobum Cuiatiū: argutum Antonium Fabrum, acutatum Frā-

ciſ-

ciſcum Duarenum , acutiſsimum Viglium Goueanum; ſelectum Aldobrãdinum, perſpicacem Balduinum, ſpecioſum Alciatum, ingenioſum facũdumque Hugonem Donellum: aſtrictum, & laborioſum Vſualdũ: ductorem Paulum Caſtrenſem: copioſum, & vtilem Bartolum, & Acurſium, dialecticos Vigelium Baldum, & Proſperum Farinatium: Iulium Clarum, exemplis, & æquitate clarum , Didacum à Couarruuias iudicij pondere venerandum : & de Primogenijs Ludouicum à Molina primũ, & qui primas fert, Rodericum Suarez, Iacobum Cancerium intentos, & acuratos, D. Ioannem à Solorzano iuris Indiarum Colonẽ. Dominum Franciſcum à Salgado periculis vacuã viam oſtendentem in arduis, innumeroſque alios, verum enim vero, & ſi plures magnos congeras non ideò minores, & ſi Ethnici Papinianus, Scæuola, Labeon, Africanus, Iauolenus, Trebatius, Meſſenius, Maſſurius, Claudius Saturninus, Marcellus, Caius Caſius, Proculus, Paulus, Vlpianus, & ſic eloquentia ciuili Philoſophia omnibus facultatibus (præter Sacroſanctam Theologiam) non minus illos antiquos Græcos, & Romanos ſapere cognoſces, quã noſtra tẽpeſtate viros, & ſi nõ melius. Idque exponere placuit, vt alacriores ad contendendum ſimus, & dum quid nobis deeſſe iudicemus, hiſdem artibus præcellere curemus, exemplo viuentes, & ſic eueniat, quidquid vtilè ex veteribus ſumere, noſtræque Monar-



Digitized by Google

ſophiæ adaptare, venerandæ antiquitatis ve-
ſtigia præmentes, & quemadmodum veri
Dei cultu, & Religione excellimus, ita mo-
ribus, & Philoſophia, ab Ethnicis vinci no-
limus, ne contra, dum præ nobis vanam tã-
tummodo iactantiam feramus, ſummum
Dei beneficium in ſuperbiam vertentes,
calligantibus tenebris, gaudium inane
captemus. Sic diſſerebam, nec diſſen-
tiendi, nec aliter ſentiendi viam
intercluſam poſteris re-
linquens.

(?)

CA-

# CAPVT XIII.

## TEXTVS PAVLI LIB. 9. Quæſtionum, l. ſi pupillus 21. D. ad legem Falcidiam difficilior, & diffuſa primæ partis quæſtio varijs interpretum ſententijs, hinc atque hinc agitata denique in vnum collecta nouiſſimè terminatur.

## SVMMARIVM.

PVpillus abſque tutoris Authoritate promittens, nec naturaliter debet ſaltem effectu cum ei repetitio concedatur.

In expoſitione l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. proximū infantiæ fuiſſe pupillum, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. proximum pubertati: ſic hac naturaliter obli-

obligari, illa non ita Bartolus, quod non probatur. n. 2.

Infantia ſeptimo anno metitur: pubertas quatuor decimo in maſculis, in fœminis duodecimo. n. 3.

Pubertati proximus, qui decimum, & dimidiũ egreditur annum, infantiæ, qui decimũ, & dimidium non excedit habetur. n. 4.

Proxima dicitur infantiæ fæmina quæ nonum, & dimidium annum non adimpleuit, pubertati, quæ illum exceſsit vitæ ſpatium. n. 5.

Pupillum proximum pubertati, qui decimum tertium annum cõpleuit, appellat Reuardus n. 6.

Opiniones Doctorum non facilè contemnẽdæ, quoties iuris rationibus nituntur. n. 7.

Pubertatis ætas, arbitrio iudicis permittitur, tamen conſultis legibus, & Doctorum opinionibus. n. 8.

Pubertatem ex corporis habitudine Sabiniani computabant. n. 9.

Afri, & Siri citiùs pubeſcere, mẽteque valere, & noui orbis pueri. n. 10.

Pubertati proximum iudicandum, qui decimũ tertium annum adimpleuit, in pueris tardioris ingenij ex Rebardi opinione, & pracipuè in delictis. n. 11.

Pupillum proximum pubertati intelligi ſpecie textus, l. quod pupillus 41. D. de cond. indeb. nam ſi infantiæ proximus haberetur Neratius id exprimeret, cum de eius ageret obligatione. n. 12.

Pupillum proximum infantiæ nõ dubitant Iuriſconſulti, nec naturaliter non poſſe obligari, cũ vix receptum, vt interueniente tutore obligentur. n. 13.

Pupil-

Pupillus infantiæ proximus, vix benigna interpretatione, tutore interueniente, obligatur, abſq; tutore, neque ciuiliter, nec naturaliter. n. 14.

Pupillum infantiæ proximum, nec ſibi quē obligare poſſe abſque tutoris authoritate. n. 15.

Pupillo proximo pubertati ſine tutoris interuentu quiſque obligatur ipſe non ita. n. 16.

Pupillus, & ſi proximus pubertati tamen abſq; tutoris conſenſu contrahens. & ſi naturaliter obligetur, ſine effectu remanet naturalis obligatio, quoties locupletior non eſt factus. n. 17.

In expoſitione l. 1. D. de reſcind. vend firmatur Pupillum, nec poſſe naturaliter obligationem diſſoluere, nec ciuilem ſibi adquiſitam contractus diſtractione. & ſi pater filij, & ſimul contrahentis, cum eo quia vbi non eſt tutor nihil indeteriùs mutare poteſt pupillus, & ſi proximus pubertati, nec pater niſi filius in eius poteſtate ſit. n. 18.

Pupillo proximo pubertati, ſine tutoris authoritate, quislibet tenetur, ex vnoque latere firmiter tenet obligatio. n. 19.

Contractus non poteſt conſiſtere inter capaces perſonas ex vno latere regulariter. n. 20.

Pupillum proximum pubertati intelligi, tam l. ſi pupillus 12. D. ad leg. Falc. quam l. quod pupillus 41. D. de condit. indebit. ſic non probatur Bartoli diſtinctio. n. 21.

In expoſitione l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. Proculeianorum fuiſſe opinionem, quā ſecutus eſt Neratius pupillum, & ſi proximum pubertati, nec natura obligari, ſic ibi cōdictioni locum eſſe, cū abſque tutoris authoritate obligatur, & ſoluit, Reuardus, & Cuiatius. n. 22.

Proximū pubertati obligari naturaliter abſque tuto-

tutoris authoritate Sabiniani tenere, l. ſi pupillus 12. D. ad leg. Falc. Reuardus. n. 23.

Solutionem Reuardi Hiſtoriæ iuris ciuilis conuenire poſſe, non tamē Iuſtiniani doctrinæ l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. & l. ſi pupillus 12. D. ad leg. Falcid. n. 24.

Solutionem Reuardi eo amplectimur, quod de proximo pubertati loquantur, tam l. quod pupillus 41. D. de condict. indebit. quàm l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid nam de infantiæ proximis nulla dubitationis cauſa eos naturaliter nec obligari. n. 25.

Proximum pubertati abſque tutoris authoritate, an ſaltē naturaliter obligetur dubitatur. n. 26.

Pupillum proximū pubertati, abſque tutoris auctoritate, & ſi naturaliter obligari dicas, nullum effectum in eo naturalis obligationis. n. 27.

Exceptio proprius naturalis obligationis effectu. n. 28.

Pupillum pubertati proximum, abſque tutoris auctoritate naturaliter obligari poteſt, cum animum & conſenſum habere valeat, huiuſque rei ſignum, eſt ſibi alium obligare poſſe. n. 29.

Pupillum pubertati proximum, varijs iuribus docemur abſque tutoris authoritate obligari naturaliter. n. 30.

Pupillum proximum pubertati abſque tutoris authoritate naturaliter obligatur, ſed tamen abſque effectu creditoris, cum pupillo ſoluti repetitionem demus, niſi eo caſu, quo locupletior effectus eſt. n. 31.

Pupillum, nec natura debere, abſque tutoris interuentu, & ſi proximus pubertati ſit, dixit Neratius, l. quod pupillus 41. D. de cond. indeb. quia in

in creditore ſine effectu eſt naturalis obligatio. n. 32.

Verba iuris, cum effectu accipi debent. n. 33.

Pupillum proximum pubertati abſque tutoris authoritate naturaliter, & cum effectu obligari, quoties locupletior factus eſt, de quo accipimus, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. n. 34.

Pupillo obligato naturaliter, abſque tutoris authoritate, fideiuſſor accedere poteſt, qui ex ſua mora prius conuento tenetur, ergo, & ſi pupillus non ſit locupletior naturalis obligatio non abſque effectu manet. n. 35.

In expoſitione l. ſi pupillus 127. D. de verbor. oblig. pupillus proximus pubertati naturaliter obligatur, & ſi in mora ſit, cum nec locupletior factus ſit, ſine effectu in eius perſona eſt obligatio, tamen fideiuſſor ex ſua mora tenetur, cum cōuentus non ſoluit. n. 36.

Seruo mortuo, ante moram debitoris, nulla manet obligatio, neque in fideiuſſore, neque in principali reo. n. 37.

Fideiuſſor liberatur, liberato principali, ſecus in fideiuſſori pupilli, vbi eius perſona eximitur obligatione. n. 38.

Specie perempta iure euaneſcit obligatio, niſi in mora fuit debitor. n. 39.

Fideiuſſor pupilli tenetur ex mora facta in ſolutione pupilli, ſeu potius ex ſua dum viuo homine promiſſo conueniatur, aut mortuo ex ſua, cū ante eius mortē conueniatur Duaren. & Faber. n. 40.

Æquitas naturalis obligationis, pupilli proximi pubertati vincitur, maiori æquitate, vt eſt illa, ne conueniatur, dum locupletior non eſt factus. n. 41.



Digitized by Google

Fideiuſſor rectè accedit naturali obligationi, & ideò pupilli proximi pubertati obligationi. n. 42.

Fideiuſſor pupilli, magis ex ipſius fideiuſſoris mora cõuenitur, cũ excepta pupilli perſona obligatio naturalis cui fideiuſſor acceſſit manent. n. 43.

In expoſitione l. cum illud 25. §. cum heres. D. quand. dies legat. vel fideicom. cedat emendationem adhibet Cuiatius, quem oppugnat Donellus. n. 44.

Reſcripto Diui Pij cauebatur, pupillum teneri ciuiliter, & naturaliter cum locupletior fieret, quod ius tempore Papiniani vigebat tamen ipſe de vetere iure meminit, quo, & ſi locupletior, tatum naturaliter debebat, Cuiatius. n. 45.

In expoſitione l. cum illud 23. §. cum heres, D. quand. dies legat. vel fideicommiſſ. Pandectæ Florentinæ ſunt pro Cuiatio, contra ſunt, Donellus, Vſualdus, & Gothofredus. n. 46.

Pupillus proximus pubertati, locupletior factus abſque tutoris authoritate, vna numeratione, & ſoluit, & conditionem adimplet. n. 47.

Pupillum locupletiorem factum, abſque tutoris authoritate, & ciuiliter, & naturaliter teneri, ex Diui Pij Reſcripto, quod ante Paulum fuit, ita magis dubitaſſe, an vna numeratione conditionẽ adimpleret, & debito liberaretur, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. n. 48.

Pupillum proximum pubertati locupletiorem factũ ciuiliter, & naturaliter teneri expreſſit Paulus, cum creditorem habere dixit, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. Donellus. n. 49.

## Paulus.

*Si pupillus, cui ſine tutore Authore decem mutuo data ſunt, legatum à creditore meruit ſub hac conditione, ſi decem, quæ accepit, heredi reddiderit, vna numeratione; & implet conditionem, & liberatur naturali obligatione, vt etiam in falcidia heredi imputentur, quam vis non imputarentur, ſi tantùm conditionis implendæ cauſa data fuiſſent. adeo autem ſoluere videtur, vt repudiato legato, vel Sticho, qui legatus eſt mortuo nihil repetere poſſit.*

PAulus. Pupillo Mæuius decē mutuo dedit, ſine tutoris authoritate, deinde Mæuius teſtamento cōdito diem ſuum obijt, & ſub conditione ſeruum Stichum legauit pupillo, vel aliud quid, eaque fuit conditio, ſi ea decem, quæ ab ipſo Mæuio, quondam acceperat pupillus, hæredibus Mæuij redidderit, pupillus paruit conditioni, decem numerauit hæredi: euenit ergo, vt vna numeratione duos effectus conſequatur, nam

vltia id, quod implet conditionem, debitum reddit, & ſoluit; ita vt naturali obligatione liberetur, qua cum effectu tenebatur, cũ proximus pubertati acceperit, & locupletior factus eſſet, & adde: *Ex reſcripto Diui Pÿ etiam ciuiliter.* Quod ex eo maximè patet, quoniã ad cumulum bonorũ defuncti Mæuij, quæ habuit tempore mortis, tanquam æs reliquum hæreditarium illa decem falcidiæ recipiunt computationem, quod nequaquam procederet, ſi decem ſolutis, tantùmmodò conditionem adimpleuiſſet pupillus, potiùs extra omnem computationem falcidiæ eſſent, & ea præcipua hæredis reperirentur, & cum vera ſit ſolutio, etiam illud ſequitur, vt mortuo Sthico, vel repudiato, quocumque legato, tamẽ condicere nequeat decem pupillus, quod omninò faceret, ſi non loco ſolutionis, ſed tantùm implendæ conditionis cauſa illa decem data fuiſſent. Paulus dict. l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. conſonant huic primæ parti noſtræ legis, in eo quod pupillus naturaliter obligetur aliqua iura, nempè l. pen. D. de iuriſdict. l. ſi dies ad poſita 20. §. 1. D. quand. dies leg. vel fideicommiſſ. l. 1. in fi. D. de Noxal. Act. & l. 1. in fi. D. de nouation. deinde circa falcidiæ computationẽ, l. Neſenius 22. l. in quartam 91. l. id autẽ 76. l. in ratione 30. §. tametſi, D. ad l. Falc. l. ſi Titius 96. D. de legat. 3. l. mortis 31. §. ſine donatione, D. de mort. cauſ. donationib. l. in ſingulis 77. D. ad l. Falc. adaptari etiã poſſunt, l. quod ſi alterutro 78. D. ad l. Falc. authent.

tent. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. §. & cum quæſitum, inſtitut. de leg. Falcid. ornat, & breuiter tractat Antonius Goueanus in commentarijs ad legem Falcidiam, Iacobus Cuiatius in lib. 12. quæſtionum Pauli, idem Cuiatius in lib. 7. obſeruat. capit. 35. & in lib. 4. obſeruat. cap. 31. Hugus Donellus in ſuis commentarijs ad titulum de verbor. obligat. l. ſi pupillus 127. propè finem, D. de verbor. obligat. congerit plura de obligatione naturali pupillorum, Antonius Goueanus in l. 1. §. id quod natura, D. ad legem Falcid. de illa quæque Donellus in lib. 12. commentar. cap. 22. ibidem Vſualdus in notatis, Franciſcus Duarenus in ſuis commentarijs, titulo ad legem Aquiliam, Paulus Caſtrenſis cum reliquis ordinarijs iuris commentatoribus prædictis legibus, Antonius Pichardus, Magiſter meus, plures congerit in §. & cum quæſitum, inſtitut. de leg. Falcid. Primus tamen contra ſe offert, textus in l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. vbi cum eſſet ipſe pupillus debitor, ideò quia promiſſerat, cuidam ſtipulatione, dum ſolueret illud, quod vinculo ſtipulationis debebat, tamen aſſerit Neratius, poſſe id repetere, & hanc ſubijcit rationem: *Quia nec natura debet.* Quod equidem, ex diametro pugnare videtur, cum noſtræ legis deciſione, etiã in fine textus, à ſummo Iuriſconſulto Paulo expoſita, ibi: *Nihil repetere poſſit.* Cum anteà dicto noſtro textu prædixerit: *Et liberatur naturali obligatione.* Accurſ. hunc obij-

n. 1. *Pupillus abſq; tutoris authoritate promittens, nec natura debet, ſaltẽ effectu cum ei repetitio concedatur.*

n. 2. *In expoſitione l. quod pupillus 41. D. de cond. indeb. proximũ infantiæ fuiſſe pupillũ, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. proximum pubertati, ſic hac naturaliter obligari, illa non ita Acurſius, & Bartolus quod non probatur.*

n. 3. *Infantia ſeptimo anno metitur, pubertas quatuor decimo in maſculis duodecimo in fœminis.*

n. 4. *Pubertati proximus, qui decimũ, & dimidiũ egreditur annũ infãtiæ, qui decimũ, & dimidiũ non excedit habetur.*

cem tollere exiſtimauit aſſerens, proximum infantiæ, nec naturaliter obligari, proximum vero pubertati, vinculo naturalis obligationis teneri, ita vt Paulus in noſtra l. ſi pupillus 21. D. loquatur de proximo pubertati, ſicque naturaliter obligetur, vt voluit Paulus, ſecus, l. quod pupillus 41. D. Neratium ſenſiſſe, de proximo infantiæ, quem, nec natura debere conſtat, & ipſe prædicat: hanc diſtinctionem confirmant, & laudant fere omnes interpretes antiqui, inter quos Bartolus, l. 1. D. de nouationib. Acurſius §. pupillus, inſtitut de inutilib. ſtipulationib. quàm ſolutionem, & diſtinctionem, an ſit vera, & genuina ex ſupra dictis locis inquiſituri ſumus, ac prius, quis proximus infantiæ, vel pubertati pupillus recte eſſe dicatur, animaduertendum, cum ex hoc, & illud inferatur, vtrum recte deſtinationem inducat Acurſius: infantiæ proximus pupillus, is omnino exiſtimatur, qui vltra ſeptimum annum, cum reperiatur, tamen decimum, & dimidium non egrediatur, pubertati vero proximum, etiam Bartolus, & Acurſius, eum appellant, qui ſextum menſem vndecimi anni ſuperauerit, vſque ad decimum quartum: fœmina tamen proxima pubertati dicitur, quæ nouem annos, & ſex menſes exceſſerit, & contra, quæ minus habet infantiæ proxima ſit, vt tam in maſculo, quam in fœmina, ætas infantiæ intra ſeptem annorum metas terminetur, in quo non fallit Acurſius, dict. §. pupil-

pupillus, inſtitut. de inutilib. ſtipulationib. quem ſequitur, vt retulimus Bartolus l. 1. D. de nouationib. §. item finitur, inſtitut. quibus modis tut. finit. Iacobus Cuiatius in l. ſi pupillus 127. D. de verbor. obligat. ibidem Hugus Donellus in commentarijs ad eundem titulum, num. 9. 10. & 11. contra ſenſiſſe Iacobum Reuardum, ex eo apparet, quod in l. pupillum 111. D. de regul. iuris, proximum pubertati eum eſſe prædicat, qui tertium decimum annũ impleuerit, tunc ex Seruii authoritate, tunc ex Virgilij carmine, quibus locis non nihil comprobatur Reuardi opinio: quod tamen deſidium aliquando diſtinctionis fœdere conciliaui, cum publicè exponerem Iuſtinianeas conſtitutiones, aſſerens bonum Iuriſconſultum in primis legibus, & conſtitutionibus parere; deinde quamuis deficientibus legibus, iudicium ex animi ſui ſententia accedendum, veruntamen maximè debere, tunc iuſtitiæ, tunc rationis, ſequi veſtigia, quæ colligenda, & obſeruanda, ex iuris præceptis, & vltimo ex Doctorum opinionibus, vt nec latus vnguis, ſi poſſibile eſt, ab illis diſcedat, ita iræ, atque cupiditatis cauſas procul habebit, quapropter Iuſtitiam à pictoribus, & poetis opertis oculis demonſtrari, quippè iudex præſentem cauſam, tanquam ſub alterius ſeculi ætate ortam aſpicere debeat: ſed redeo ad inſtitutum; & cum diſplicere te exiſtimantium opinionem, nempè iudicantis arbitrio totum hoc nego-

n. 5. *Proxima habetur infantiæ fœmina, quæ nonum & dimidium annũ non adimpleuit, pubertati, quæ illum exceſit vitæ ſpatium.*

n. 6. *Pupillum proximum pubertati, qui decimum tertium annum impleuit, appellat Reuardus.*

n. 7. *Opiniones Doctorum non facilè contemnẽdæ, quoties iuris rationibus nituntur.*

n. 8.
*Pubertatis ætas arbitrio iudicis relinquitur, tamē conſultis legibus, & opinionibus.*

tium relinquendum, ita ſequi nunc hos, nunc illos iuris interpretes, hac videlicet diſtinctione, mihi maximè placet, quod, cùm alij alijs procaciores ſint pueri, alij citiùs, alij tardiùs creſcant, & pubeſcant; ob quam rationem voluerint Sabiniani ex corporis habitudine pubertatem æſtimari, refert Antonius Faber in iuriſprudentia Papinianeæ ſcientiæ ſub titulo, quibus modis tutel. finit. in principio 2. de pubertate, quapropter Afros, & Sirios Octauium elegiſſe conſtat; tanquam, qui citiùs rationis ergo adoluiſſent, Suetonius in eius vita cap. 3. ita quibus ex Regionibus, & locis pueri (vt ferè noui Orbis pueri) etiam, qui corporis, & animi perſpicuis indicijs ſolertiæ ſpecimen per ſe ferunt; ad normam euocandi, & ſecundum eam iudicandi, qua aſſertum eſt, proximos eſſe pubertati, qui vndecimum, & dimidium annum habuerint, in illis, quibus tardiùs, & ſeriùs hoc ſpectatur, exiſtimantium opinionem præualere, illam nempè, proximum pubertati pupillum illum dici, qui annum decimum tertium ingreſſus eſt, & præcipuè in delictis, vnde à Iacobo Reuardo Virgilij carmen refertur, Egloga 8.

n. 9.
*Pubertatem ex habitudine corporis Sabiniani computabant.*

n. 10.
*Afri, & Sirij citiùs pubeſcere, menteque valere, & noui orbis pueri.*

n. 11.
*Pubertati proximum iudicandum, qui decimum tertium annum adimpleuit, in pueris tardioris ingenij ex Reuardi opinione, & præcipuè in delictis.*

*Alter ab vndecimo, tum me iam ceperat annus.*

Iacobus Reuardus loco ſupra citato l. pupillum 110. D. ita denique interpretum adminiculo vtatur, vt quam minimum ſibi iudex permittat, Papiniani ſuiq;

ſententia, vt facti quidem quæſtio in iudicantium poteſtate ſit, iuris authoritas non ſit, l. ordine 15. D. ad municipalem, l. non quidquid 40. D. de iudicijs. ſed iam videamus, an ita verum appareat, quod ideò, nec naturaliter pupillus obligetur, in dict. l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. quia proximus infantiæ eſſet, quod ex eo maximè falſum apparet, quippè, ſi proximus infantiæ eo caſu haberetur, tunc hoc ipſum indicaret Neratius, quoniam hic mos eſt Iuriſconſultorum, quoties de hac re diſceptauerint, ſæpè cum de alia generaliter nominibus vtuntur, non magis pupillus eſt infans, quam eſt pupillus proximus pubertati, tamen non promiſcuè horum nominibus vſi ſunt Iuriſconſulti, cum de obligatione pupillorum loquerentur, id colligitur à ſufficienti locorum enumeratione, ita proximum pubertati ſuo nomine exprimit Vlpianus l. hæredibus 13. D. de dolo malo, Caius in l. pupillum 111. D. de reg. iur. §. in ſumma, inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt. ſic de proximo infantiæ, §. pupillus, inſtit. de inutilib. ſtipulat. l. 1. §. huic proximus, D. de obligat. & actionib. & in principio l. 1. D. de verbor. obligationib. litter. K. Gothophredus ſatis exprimit, & notat, ſic cum volunt infantem ſignificari, l. ſi infanti 18. C. de iur. delib. l. infans 12. D. ad leg. Cornel. de Sicarijs, l. coram Titio 219. l. apud Labeonem 246. D. de verb. ſign. ſingulas res ſuis nominibus

n. 12. *Pupillum proximum pubertati intelligi ſpecie textus, l. quod pupillus 41. D. de cond. indeb. namſi infantiæ proximus haberetur, Neratius id exprimeret, cum de eius obligatione ageret.*

Digitized by Google

nibus negotio, de quo agitur aptis nuncupandas eſſe conſtat: tunc etiã maximè hoc euincitur ex ipſius rei, de qua tractatur natura, & vi: nam, vt docemur §. pupillus, inſtit. de inutilib. ſtipulationib. vix receptum eſt, vt actore tutore proximus infantiæ obligetur, l. 1. in princip. D. de verbor. oblig. expreſſus textus l. 1. D. de obligat. & action. §. *huic proximus eſt, qui ea ætate eſt, vt non intelligat, quid agatur.* Ergo ſi interueniẽte tutore proximus infantiæ vix benigna interpretatione obligatur, ſine tutore, atque in eius perniciem, non eſt admittendum, potiùs, nec contraxiſſe, nec vllo modo obligari dicendum, nullus quippè contractus ſine cõſenſu, nullave obligatio: quomodo ergo conſenſus in proximo infantiæ, ad id ſaltem, vt natura obligatum maneat, aut contrahat, cum parum, aut nihil à furioſo diſtet; quoties tutoris authoritas non interuenit, l. in negotijs 5. D. de regul. iur. l. 1. in princ. D. de verb. oblig. nec de infante Neratium loqui credam in l. quod pupillus 41. D. nam is, vt contrahere non poteſt, cum ei deficiat conſenſus, nec ſtipulari poteſt, neque. Paulum dè proximo pubertate tantùm ad id, vt ſaltem naturaliter obligetur, ita vt repetere non poſsit, ſicut aſſertum eſt in l. ſi pupillus 21. D. ſed de hac re plura poſteà: his ſufficiat pro comperto haberi; neque alijs obligari, neque ſibi poſſe alios pupillum infantiæ proximum obligare, neq; pactum, neq; contractus vllus reperitur ſine conſenſu, neq; naturalis, neque ciuilis obliga-

n. 13. *Pupillum proximum infantiæ, non dubitãt Iuriſconſulti, nec naturaliter nõ poſſe obligari, cum vix receptum, vt interueniente tutore obligentur.*

n. 14. *Pupillus infantiæ proximus, vix benigna interpretatione tutore interueniente obligatur, ſine tutore, neque ciuiliter, nec naturaliter.*



Digitized by Google

gatio, ſine his dari poteſt, l. 1. D. de pactis, l. obligationum 3. §. 1. D. de obligat. & actio. §. vlt. inſtit. de obligat.

Docet Vlpianus quoties cum pupillo abſque tutoris authoritate contrahitur, ex vno latere conſiſtere obligationem, tamen nequaquam hoc de infantiæ proximo accipiendum, l. Iulianum 13. §. ſi quis à pupillo, D. de act. empt. & vend. ita ex vno latere ex ſuo vnquam ciuiliter, & naturaliter, qui cum pupillo proximo pubertati contrahit obligatur, vt minimè recedere poſſit à ſimili contracta obligatione: emit quis à pupillo, ſine tutoris authoritate, poteſt pupillus venditi actionem exercere, quam habet, ad hoc, vt pretium conſequatur, at emptor nullam empti actionem aduerſus pupillum ad id, vt rem à pupillo emptam conſequatur, ſic acceptum, tam à Bartulo in ipſa lege, quàm à Cuiatio lib. 16. obſeru. cap. 21 & Donelli lib. 12. comment. cap. 22. n. 30. adde quod, nec naturaliter quatenus ad effectum, quare emptor, ſi pretio oblato rem teneat, pupillus interueniente tutore iterum rem vindicare poſſit, vnde ſi malè pupillus pecuniam, vel rem conſumpſerit, nullam venditor, aut emptor habeat, neque actionem, neque retentionē, ratio redditur à Papiniano l. ſi ſciens 26. D. & à Paulo in l. qui à quolibet 27. D. de contrahend. empt. conſtat æquè ex l. quod ſi fortè 14. §. vltim. D. de ſolut. plures congerit Gothophredus dict. l. Iulianus 13. §. ſi quis à pupillo, literis Q. P. & Q. Alciatus in l. non

n. 15. *Pupillum infantiæ proximum, nec ſibi quem obligare poſſe abſque tutoris authoritate.*

n. 16. *Pupillo proximo pubertati abſq; tutoris interuentu, quiſque obligatur, ipſè non ita.*

n. 17. *Pupillus, & ſi proximus pubertati tamen abſque tutoris conſenſu contrahens.*

n.18. *In expoſitione l.1 D. de reſc. vend. firmatur pupillũ, nec naturaliter obligationẽ diſſoluere poſſe, nec ciuilem, ſibi adquiſitã contractus diſtractione, & ſi pater filij, & ſimul contrahentis, cum eo, quia vbi nõ eſt tutor, nihil indeterius mutare poteſt pupillus, & ſi proximus pubertati, niſi ſub patris poteſtate conſtitutus.*

l. non omnis 19. §. ſi pupillus, D. de rebus credit. nec eſt contrarium, quod à Pomponio aſſeritur, l. 1. D. de reſcind. vendit. ibi: *Nam quod Ariſto dixit poſſe ita paſciſci, vt vnus maneat obligatus, non eſt verum.* Nam hic, cũ de diſſoluenda venditione agatur, ex hiſdẽ principijs conſtat, niſi amborum contrahentium voluntate neminem poſſe ab illa ſemel contracta obligatione recedere: ſed cum ex amborum hic à venditione decederetur, ius prohibet deteriorem ſuã pupillum facere conditionem, meliorem facere poſſe. Rurſus quod aſſeritur à Pomponio hoc eſt non poſſe ita ab emptione diſcedere, vt ex vno latere teneat obligatio, quoniam ſemel dum placet ab emptione diſcedere, omnis diſoluitur contractus, & nullæ deinde remanent actiones, per ſe verum patet in eius ſpecie filio ſub poteſtate conſtituto, cum perſona patris filium repræſentet, l. ab emptione 56. D. de pactis, l. in omnibus 45. D. de ſolutionib. l. nihil tam naturale 35. D. de regul. iuris, l. ſicut 5. C. de oblig. & actionib. l. cum emptor. 5. §. vlt. D. de reſcind. vend. l. perfectam 2. C. quando liceat ab empt. diſced. ſed hoc intelligẽdum de perſonis illis, quibus licèt deteriorem ſuam facere conditionem, non verò de pupillis, quibus ab initio, quoties ſinè tutore contrahunt, nulla, neque ciuilis, neq; naturalis obligatio eſt, cæteri illis tenentur, illi nemini abſque tutoris authoritate, §. at ex contrario, §. ſed ex diuerſo, inſtit. quibus alienar. licet, vel non, l. pupillus 1 1.

n.19. *Pupillo proximo pubertati abſque tutoris authoritate.*

D. de

D. de adquir. rer. domin. l. contra 29. D. de pact. l. obligari 9. §. pupillus, D. de auth. tutor. §. 1. inſtit. de auth. tutor. aliud ſi tantũ inter illos, in quibus cum effectu obligatio conſiſtere poteſt pacta interueniant, non de toto contractu diſſoluendo, ſed de aliquibus portionibus, ſeu præſtationibus, vbi ex vno latere contingit ſaltem in illis liberatio, ſed non ideò minus verũ, quod Pomponius prædicat, non ita paſciſci poſſe, vt vnus obligatus maneat, quippè hoc de toto contractu incapacibus perſonis dici non poteſt, ſed aliqua de hac re prælibauit, Iacobus Cuiatius l. ſi conuenerit 56. D. de pactis ad librum 6. Iuliani ad Mincium Donellus lib. 16. comment. cap. 16. & 17. quibus omnibus apparet Acurſij, & Bartoli ſolutionem in l. ſi pupillus 21. D. & in l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. accipi non poſſe: nos reliquis quæſtionibus omiſſis, de hac ſola agamus, & ex prædicti ſine tutoris authoritate, proximum pubertate, neq; naturâ debere dixeris, ergo non de eo tantùm loquitur l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. quippè ibi dicitur, quod liberatur naturali obligatione, ita vt nec repetere poſsit, mortuo Sthico, vel repudiato legato, quia ſi perſonam pupilli ſpectas, quamuis proximi pubertati repetere poſſet, quare aut dicendum malè Paulum dixiſſe: *Vna numeratione & implet conditionem, & liberatur naturali obligatione.* Et infra: *Vt repudiato legato, vel Sthico qui legatus eſt mortuo nihil repetere poſsit*, aut quod certius eſt Bartolũ, & Acurſium,

n. 20. *Contractus nõ poteſt conſiſtere inter capaces perſonas ex vno latere regulariter.*

n. 21. *Pupillum proximum pubertati, intelligi tam l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. quã l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. ſic non probatur diſtinctio Bartoli, & Acurſij.*

ſuum, totum cælum in dicta lege aberrare: nec magis fœliciter ſolutionem quærunt, l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. dū de proximo infantiæ loqui prædicant, quia ut ſatis annotauimus, hunc, neque conſiſtere, neque ſtipulari poſſe conſtat. igitur aliorum ſolutiones ſunt inueſtigandæ.

n. 22.
*In expoſitione l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. Proculeianorū fuiſſe opinionem, quam ſecutus eſt Neratius pupillum, & ſi proximum pubertati, nec natura obligari, ſic ibi conditioni locū eſſe, cum abſq; tutoris authoritate obligatur, & ſoluit. Reuardus, & Cuiacius.*

Iacobus Reuardus in l. pupillus 59. D. de oblig. & act. & in l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. & ſic in l. cū amplius 84. §. is natura, D. de regul. iur. aſſerit Proculeianorum fuiſſe ſententiam affirmantium, iure naturæ, nequaquam pupillos teneri, & ita Neratius ius naturale intuens, in l. quod pupillus 41. D. de condit. indeb. dixit: *Neque is natura debet.* Quoniam Neratius Proculeianus erat, de quorum opinionibus, & ſequacibus Conſule Cuiatium lib. 2. obſeruat. cap. 25. & 26. Reuardū in dict. l. cum amplius 84. §. is natura D. & in l. in ambiguis 96. D. & in l. in obſcuris 114. D. de reg. iur. eundem Iacobum Cuiatium lib. 7. quæſt. Papiniani, l. unum ex ſocijs 54. D. de ſeruit. ruſtic. prædi. eundem quoque Cuiatium lib. 4. obſeruat. cap. 11. & in tractatu ad Africanum, l. ſi frater 38. D. de condit. indeb. Reuardum etiam in lib. 4. variar. cap. 10.

n. 23.
*Proximum pubertati obligari naturaliter abſque tutoris authoritate Sabiniani tenuere, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc.*

ſecus conſtat Sabinianorum ſectam Paulum obſeruaſſe, ideò ſibi videri pupillum ſaltem naturaliter obligatum manere, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. nam omnes ferè Sabiniani, nullo habito diſcrimine, infantium contrahentes obligari prædicabant. alij alia retulere, quos refert, & con-

gerit Viſualdus, in notatis ad Donellum, lib. 12. comment. cap. 22. lit. N. nobis placet Reuardi ſolutio, tamē quis negauerit, haud facilè poſſe adaptari Iuſtiniani doctrinæ, quamuis certum ſit, veritati, & iuris hiſtoriæ ſumopere conuenire? quippè Iuſtinianus omnia ſua fecit, l. tanta 2. §. tanta, C. de veter. iur enuclean. ibi: *Vt quidquid ibi ſcriptum eſt hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum.* Qua Reuardi ſolutione, & Iuſtiniani lege ex diametro pugnantibus, magis difficultas augetur, quam ſedatur, nam illa recepta, alijs aliæ legibus apparent contrariæ, quod eſt aduerſus Iuſtinianeam aſſeuerationem, etiam in ipſa lege, l. tanta 2. C. *Vt nihil, neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inueniatur.*

n. 24. *Solutionem Reuardi Hiſtoriæ iuris ciuilis conuenire poſſe, nō tamē Iuſtiniani doctrinæ, l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. & l. ſi pupillus 12. D. ad leg. Falcid.*

Licet tamen Reuardi ſolutionem de proximis pubertati prolatam, & conflatā fuiſſe aſſerere, quoniam omninò fatendū eſt, pupillum infantiæ proximum, neque naturaliter, neque ciuiliter vnquam Iuriſconſultos dubitaſſe obligari, cum non obligari certiſsimum ſit, de proximo pubertati maius diſsidium eſt, in quo Iacobi Cuiacij, & Antonij Gobeani ſententiam, & opinionem, in noſtro textu, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. ſequimur, quam fuiſſe conſtat vna etiam Hugonis Donelli, lib. ſingular. de verbor. oblig. l. ſi pupillus 127. D. eiuſd. titul. quorum ea fuit opinio, de proximo pubertati omnes leges accipiendas, quibus hæc reuocatur quæſtio, & ſic illis dubitatum, l. quod pupillus 41. D. de condict.

n. 25. *Reuardi ſolutionem eò amplectimur, quod de proximis pubertati loquantur, tam l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. quàm l. ſi pupillus 21. D. ad l. Falcid. nam de infantiæ proximis nulla dubitationis cauſa eos naturaliter nec obligari.*

in

n. 26. *Proximum pubertati abſque tutoris authoritate, an ſaltem naturaliter obligetur dubitatur*

indeb. & in l. pupillus 59. D. de obligat. & actionib. an proximus ille pubertati teneretur naturaliter, ſiue in mutuo, ſiue in ſtipulatione, aliovè quocumque contractu, & vltimo deciſum, nullo modo teneri, quod ita verùm eſt, vt ex ſupradictis conſtet, neque retentionem, ſeu exceptionem concedi accipienti, ex tali Pauli textu, & ſolutione, qua nulla interceſsit tutoris authoritas,

n. 27. *Exceptio proprius naturalis obligationis effectus.*

quæ maximè patet, nec natura debere, nam ſi natura deberet, nequaquam repetere poſſet, nempè quia ille eſt proprius, & præcipuus naturalis obligationis effectus indicat

n. 28. *Pupillũ proximumpubertati, abſq; tutoris auctoritate, & ſi naturaliter obligari dicas, nullum effectũ in eo naturalis obligationis.*

iura, l. iuris gentiũ 7 §. igitur nuda pactio, D. de pactis, l. naturales 10. D. de obligat. & actionib. l. ſed ſi pater familias 9. §. fin. D. de Senat. Maced. & l. quia naturalis 10. D. eiuſd. tit. l. 1. §. id quod natura, D. ad leg. Falcid. l. fideiuſſor 16. §. naturalis, D. de fideiuſſorib. l. ſi tuo ſeruo 83. D. de ſolut. potiùs pupillo datur cõdictio, quaſi nihil debenti, qui ſine vlla cauſa ſoluit, & ſine illo, quo naturaliter obligetur conſenſu, vt in prædi-

n. 29. *Pupillum pubertati proximum, abſque tutoris auctoritate naturaliter obligari poteſt, cũ animum & conſenſum habere valeat, huiuſq; rei ſignũ, eſt ſibi aliũ obligare poſſe.*

ctis duabus legibus aſſeritur, & in l. naturaliter 13. §. vltim. D. de condit. indeb. tamẽ vrget difficultatis ratio, eo videlicèt, quo pacto dici poteſt in pubertati proximo, nec naturalem obligationem conſiſtere, cum naturalis obligatio pendeat ex animo, & voto contrahentium, proximuſque pubertati, hunc animum, hunc poſsit habere conſenſum, ideoque ſibi obliget eos, qui cum ipſo contraxerũt, non tantùm ciuiliter, ſed naturaliter, §. ex contrario, inſtitut. quibus

alie-

alienari licet, vel non, & dict. l. Iulianus 13. D. de actionib. cum locis ſupracitatis addendum his expreſſè aſſertum, aliiſque iuribus eum natura debere, tam dict. l. naturaliter 13. §. fin. D. quam noſtro textu, l. ſi pupillus 21. D. doli, & iniuriæ capacem eſſe, l. Prætor 3. §. prima verba, D. de ſepul. viol. l. pupillum 111. D. de reg. iur.

n. 30. *Pupillũ pubertati proximum varijs iuribus docemur abſq; tutoris authoritate naturaliter obligari.*

*Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminiq; minantur*
*In cœlum ſcopuli: quorum ſub vertice latè*
*Æquora tuta ſilent.*

n. 31. *Pupillum proximum pubertati abſque tutoris authoritate naturaliter obligatur, ſed tamen abſque effectu creditoris, cum pupillo ſolutionis repetitionẽ demus, niſi eo caſu, quo locupletior effectus eſt.*

Hoc vltimo, quoniã ex Donello, Fabro, Cuiacio, Antonio Goueano, locis ſupracitatis veram, & genuinã diſtinctionis fœdere tãtæ difficultatis ſolutionem, per tot maria, atque æquora vecti tetigimus, portũvè, & optata fruemur arena: aſſerendũ eſt ergo, proximũ pubertati pupillũ, ſemper naturaliter obligari, ſed tamẽ in ipſius perſona, ſine effectu ſimilem obligationem manere, quoties locupletior non fuerit factus pupillus: nã ſi nõ eſt factus locupletior, quod pupillus ſine tutoris authoritate ſtipulanti promiſſerit ſoluerit, repetitur, ibi: *Repetitio eſt, quia nec natura debet*, quod eſt rectiſsimum, & Neratij aſſertum, l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. quippè interueniente tutore, explorati iuris eſt, ciuiliter, & naturaliter teneri, tamen inſtare poſſes, ergo falſum eſt Neratij aſſertum, cũ pupillus ſine tutoris authoritate proximus pubertati natura debeat? Sic contractus conſenſum fatemur, tamen reſpondendũ verba iuris, cum effectu accipienda eſſe, & cum hic nullus ſit effectus naturalis obligatio-

n. 32. *Pupillum, nec natura debere, abſque tutoris interuentu, & ſi proximus pubertati ſit, dixit Neratius, l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb. quia creditori ſine ef-*

*effectu eſt naturalis obligatio.*

n. 33.

*Verba iuris, cũ effectu accipi debent.*

n. 34.

*Pupillum proximum pubertati abſque tutoris authoritate naturaliter, & cum effectu obligari, quoties locupletior factus eſt, de quo accipimus, l. ſi pupillus 21 D. ad leg. Falc.*

n. 35.

*Pupillo obligato naturaliter, abſque tutoris authoritate, fideiuſſor accedere poteſt, qui ex mora prius conuento tenetur, ergo, & ſi pupillus non ſit locupletior naturalis obligatio, non abſque effectu manet.*

tionis, rectè *Quia nec natura debet* Noratiũ dixiſſe, rectè ergo l. quod pupillus 41. D. de condict. indeb & l. ſi pupillus 59. D. de obligat. & action. ex Vlpiani doctrina monẽtis verba, cum effectu accipi debere, l. 1. §. fi. D. quod quiſq. iur. in alt. iamque patet, hucuſque difficultatibus inuolutam legẽ noſtrã, Iuriſconſulti Pauli, l. ſi pupillus 21. D. ad l. Falc. nam eo textus caſu Paulus agit de pupillo, qui promiſsit abſque tutoris authoritate, tamen revera locupletior eſt factus: ex quo prouenit, rectè, & ritè debere, non tantũ naturaliter, verumetiã ciuiliter, quodammodo, cũ alterius iactura, nec ius ciuile locupletari permittat, igitur non male protulit Paulus, vna eadẽque numeratione ſoluere, naturalique obligatione liberari, ex quo & illud ſequi, vt nec repetere poſsit, cũ ſi naturaliter, abſque effectu naturalis obligationis deberet creditoris retentioni locus eſſet, l. naturaliter 13. §. fi. l. nã hoc natura 14. D. de cond. ind. l. cum illud 25 §. hæres meus, D. quãd. dies leg. l. apud Celſum 4 §. ſi quis pupillo, D. de dolo malo, l. ſed mihi videtur 3. in princ. D. cõmod, vel cõtra, l. pupillo 15. D. de ſolut. opponi videtur huic diſtinctioni Scæuola l. ſi pupillus 127. D. de verb. obl. in eo videlicet, quod obligatio naturalis ſine effectu conſiſtat, quippè pupillus, qui abſque tutoris authoritate promiſsit, & in mora fuit, nõ teneatur: & quod magis eſt, neque illius teneatur fideiuſſor, nempè ex pupilli mora, nã ibi morã fieri dixeris, vbi vlla petitio datur, in pupilli verò perſona nulla petitio

eſſe

eſſe poteſt, nulla igitur mora, tamẽ, vt aliquid operetur naturalis obligatio, ſufficit illud, quod fideiuſſor dari poſsit, & ex ſua mora fideiuſſor teneatur, quo patet aliquid operare, effectũque habere similẽ obligationẽ, quæ in pupilli perſona reperitur, quã difficultatẽ, & quæſtionẽ lattiſsime excutit, atque diſſoluit Hug. Donell. in ſuis cõmẽt. lib. ſing. de verb. obl. circa ipſius legis interpretationẽ, itaque tantùm ex illius mente breuiter totius difficultatis explicationem perſtringã: pupillus, de quo in d. l. ſi pupillus 127. D. de verb. obl. is eſt qui proximus dicitur pubertati, tamen nec cõtractu locupletior effectus, ex quo prouenit, vt naturaliter obligetur, abſque tutoris interuentu attamen ita naturaliter, vt ſine effectu in eius perſona naturalis obligatio conſiſtat, vnde in d. lege Scæuola prædicat aduerſus eũ nullã petitionẽ eſſe, & ex hoc principio etiã illatio illa certiſsima patet, nullã quoque morã ex ipſius perſona exiſtimari, ita ſi antequã à fideiuſſore petatur Stichus decedat, patet nullã morã fieri poſſe, quãuis pupillus in mora eſſe videretur, ideò videretur, quia forſitã priùs conuẽtus, ratio, quoniam cũ nõ ſit, vt diximus, vlla actio aduerſus pupillũ, l. à Titio 28. D. de obl. & act. l. actionũ 25. l. in honorarijs 35. D. de obl. & act. pro eodẽ habendũ eſt, cũ nõ cõuenire, aut eũ inutiliter cõuenire, l. quoties 61 D. qui ſat. cog. l. cum vitioſè 25. D. de pign. & hyp. Ex quo infertur, quòd cùm Stichus abſque vllius mora ſuũ diem obiret, nemo teneatur, neque fideiuſſor, & multo minus pu-

n. 36.
*In expoſitione l. ſi pupillus 127. D. de verbor. oblig. pupillus proximus pubertati naturaliter obligatur, & ſi in mora ſit cum nec locupletior factus fuerit abſque effectu in eius perſona eſt obligatio tamẽ, fideiuſſor ex ſua mora tenetur, cum cõuentus non ſoluit.*

n. 37.
*Seruo mortuo ante debitoris morã, nulla manet obligatio, neque in fideiuſſore, neqꝫ in principali reo.*

pupillus ex iuris regula, quoties certa ſpecies promiſſa perit omnimodo liberatur debitor, dũ abſit ipſius culpa, l. ex legati 23 D. de verb. obl. l. quod te 5. D. ſi cert. pet. l. Stichũ 95. D. de ſolut. l. ſtipulatus 115. D. de verb. obl. l. cum res 47. §. ſed ſi Stichus, D. de legat. Sed vrget vltimo, qua ratione ſuſtinetur fideiuſſorẽ teneri, dum ipſe cõueniatur, cum aperte expoſuerimus, quod ſine effectu pupillus ex naturali obligatione teneatur? & etiam ea ſit certa iuris regula, ea nempè, quod liberato principali ſimul ſtatim acceſsiones liberentur? l. cum principalis 178. D. de reg. iur. l. in omnibus 43. D. de ſolut. idcò cõtra quoniam æquè certum eſt, cum potiùs eximitur perſona, quam liberatur fideiuſſorem obligatum manere, l. 1. D. de duob. reis, l. 1. C. de fideiuſſ. l. ſi per imprudentiam 51. D. de euict. l. qui occidit 30. §. 1. D. ad l. Aquil. l. ſi ſuperatus 3. in princ. §. 1. D. de pign. & hic tamẽ mortuo Sticho ſummo iure obligatio euaneſcit ex prædictis iuribus, at verum eſt vtili ſaltẽ iudicio vnumquẽque ex mora ſua teneri, l. ſi ſeruum 91. §. nunc videamus, l. mora 88. D. de verb. oblig. quibus apparet rectè noſtro caſu, quamuis pupilli perſona eximatur obligatione, quatenus ad effectum, initio fideiuſſorem rectè accedere: & exẽpta pupilli perſona eum teneri: & rurſus ex perſona ſua obligatum manere, & ita obiectioni ei nempe, vt ſine effectu obligetur pupillus, Donellus reſpondit aſſerẽs, & diſtinguens ſine effectu in ipſius pupilli perſona naturalem obligationem conſi-

*n. 38. Fideiuſſor liberatur, liberato principali ſecus in fideiuſſore pupilli, vbi eius perſona eximitur obligatione*

*n. 39. Specie perẽpta iure euaneſcit obligatio, niſi in mora fuit debitor.*

*n. 40. Fideiuſſor pupilli tenetur ex mora facta in pupilli ſolutione, dum potius ex ſua dum viuo homine promiſſo conueniatur aut mortuo ex ſua, cũ ante eius mortẽ conueniatur, Duaren. & Faber.*

ſte-

ſtere, ita vt neque ei retentio noceat, quæ eſt proprius, vt retulimus, naturalis obligationis effectus, quod ei neceſſe prodeſt in rei alienatæ repetitione, quaſi nec naturaliter quid ille deberet, quod omne illius tantùm perſonæ conceditur, & in eo Antonij Fabri eſt ſentẽtia in l. contra iuris 28. D. de pactis, necnõ Franciſci Duareni in commentar. ad titul. de condit. indebit. cap. 6. quorum placet ſententia, maximè dicentium maiori æquitate vinci æquitatem, & ideò non videri, neq; naturaliter in ſui damnum pupillum obligatum manere, l. interdum 29. D. de condit. indeb. l. quod ſi fortè 14. §. fin. D. de ſolut. §. fi. inſtit. quib. alien. licet, vel non, & ſi cum fideiuſſor accedit, nõ adeò infirmum pupilli iudiciũ videtur: quapropter magis credimus conſenſum, & naturalem obligationem interueniſſe, etſi adhuc in eius pupilli perſona ſine effectu, non abſq; illo, vt fideiuſſor eo caſu non teneatur, nã ſi nulla naturalis obligatio ineſſet, neque ipſe fideiuſſor obligatus reperiretur, l. fideiuſſor 16. §. fideiuſſor, D. de fideiuſſ. & mandat. hæc Anton. Fabr. & Franc. Duaren. ſententia, cum Donelli doctrina conueniunt, & in vna ſede morantur, quibus reliqua patent, & ex illo principio, & alijs prædictis totiùs legis ſenſus clareſcit, nempè ex illo, vt quod tribuatur perſonæ ex ipſius rei natura minimè acceſſionibus tribuatur, l. cum patronus 28. D. de legat. 2. & optimè Scæuola exprimit: *Eſſe autem fideiuſſorem obligatum ad hoc viuo homine,*

n. 41. *Æquitas naturalis obligationis, pupilli proximi pubertati vincitur, maiori æquitate, vt eſt illa, ne conueniatur, dum locupletior non eſt factus.*

n. 42. *Fideiuſſor rectè accedit naturali obligationi, & ideo pupilli proximi pubertati obligationi.*

 cum

Digitized by Google

*n.43. Fideiuſſor pupilli, magis ex ipſius fideiuſſoris mora conuenitur, cū excepta pupilli perſona obligatio naturalis, cui fideiuſſor acceſſit maneat.*

cum nulla ſit in pupillo petitio, ſolus ipſe conueniatur, *vel ex mora ſua poſteà*, ſi forſitan moriatur Sthicus iam priùs conuento fideiuſſore, nam ad morā, & petitionē tantùm in fideiuſſoris perſona effectum habet naturalis obligatio, neque ex pupilli mora fideiuſſor, quippè nulla in pupillo dari poteſt, in quo, & nulla petitio tenet, l. mora 88. l. ſi ſeruum 91. §. nunc videamus, D. verb. obl.

*n.44. In expoſitione l. cum illud 25. §. cum hæres, D. quand. dies legat. vel fidei commiſſ. cedat emendationem adhibet Cuiatius, quem oppugnat Donellus.*

Aliam excitat difficultatem Iacobus Cuiat. in l. cum illud 25. §. cum hæres meus, D. quando dies legat. vel fid. ced. nam in commentar. lib. 12. quæſt. Pauli circa noſtri textus principium, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. ex l. cum illud 25. §. cum hæres, D. quand. dies legat. vel fideicommiſſ. ced. vult illud (nec) quod inter punctum inſpicitur omninò tolli deberi, aſſerens ita noſtri legi ſummopere conuenire, quod prorſus inconueniens, & contrarium prima fronte apparere dicas, quia dempta negatione, potiùs diſſonare videtur, quàm Cuiatij lectionem apertè Hugus Donellus reprobat, & reprehendit in ſuis commentarijs ad titulum de verbor. oblig. l. ſi pupillus 127. D. eiuſdem tituli, dum ait: *Faciūt admodum imperitè, qui vt eum locum ad ſuam ſententiam trahāt plus ſemicirculis neſcio quibus, quam manifeſtæ ſententiæ eius loci tribuunt.*

*n.45. Reſcripto Diui Pij cauebatur, pupillum teneri ciuiliter, & naturaliter cum locupletior fieret, quod ius tēpore Papiniani vigebat tamen ipſe de veteri in-*

Aſſerit Cuiatius Papinianum in l. cum illud 25. §. cum hæres, D. quando dies legat. vel fideicommiſſ. ced. haud ignarum fuiſſe Reſcripti Diui Pij, quo cauebatur, vt etiam ciuiliter pupillus locupletior factus teneretur,

tur, l. puberes 101. D. de verbor. obligat. l. Sthicum 95. D. de ſolution. idem Cuiatius lib. 20. quæſt. Papinian. tamen ante Reſcriptum, cum tantùm natura deberet, vt ſæpè aliàs faciunt Iuriſconſulti, de illo iure veteri, & ſecundùm talè ius loquentem Papinianum accipit Cuiatius, nam antè Diui Pij Reſcriptum pubertati proximus tantummodò naturaliter tenebatur, ita non eſſe opus negatione Cuiatius profitetur, quo fit, vt vtramque ſolutionem, & lectionem defendere poſsis, Donelli ſecundùm vulgarem Iuſtiniani doctrinam, ac Digeſtorum lectionem Cuiatij, ſecundum iuris ciuilis hiſtoriam, Pandectaſque Florentinas, nam vt aliàs monui, Cuiatius iuris ciuilis veritati, & hiſtoriæ doctiſsimè conſulit, necnon etſi audaciùs Faber. Donellus Iuſtiniani aſſertioni magnoperè fauet. Cōprobant vulgatē lectionem, videlicèt, cum negatione Gothophred. in ipſa leg. liter. N. Hugus Donell. loco ſuprà citato, ſuus Scholiaſtes Vſuald. Heligerus, liter. P. in notat. ad ipſum Donellum, ſe tamen defendit Cuiatius lib. 17. obſeru. cap. 4 ſed his prælibatis ad noſtrum reuertamur textū, in cuius ſpecie paret, quod qui locupletior ſit factus pupillus, cum naturaliter mutuo accipiendo obligaretur, vna numeratione debitum ſoluiſſe, & conditionem adimpleuiſſe, idque Martianus alijs verbis exponit, l. in numeratione 44. §. item ſi pupillus, D. de ſolutionib. & liberationib. obijcere quis poſſet, vt ait Hugus Donell. in fine ad l. pupillus 127. D. in

*iure. meminit, quo, & ſi locupletior, tantùm naturaliter debebat, Cuiatius.*

n. 46.

*In expoſitione l. cum illud 23. §. cum hæres, D. quand. dies legat. vel fideicommiſſ. Pandectæ Florentinæ ſunt pro Cuiatio, contra ſunt, Donellus, Vſualdus, & Gothophredus.*

n. 47.

*Pupillus proximus pubertati, locupletior factus abſque tutoris authoritate, vna numeratione, & ſoluit, & conditionem adimplet.*



Digitized by Google

n. 48. *Pupillum locupletiorem factum, abſque tutoris authoritate, & ciuiliter, & naturaliter teneri, ex Diui Pij Reſcripto, quod ante Paulum fuit, ita magis dubitaſſe Paulus, an vna numeratione conditionem adimpleret, & debito liberaretur, l. ſi pupillus 21. D. ad l. Falc.*

commentarijs de verbor. oblig. Pauli dubitationem non eſſe, an denegetur pupillo repetitio, cum aduerſus eum detur actio, ex Diui Pij Reſcripto, l. ait Prætor 3. §. pupillus, D. de negot. geſt. cũ certũ ſit, cui damus actionem eidem, & exceptionem competituram, Vlpianus l. inuitus 156. §. cui damus, D. de regul. iur. ſed eam fuiſſe Pauli quæſtionem, idem Hugus Donell. monet, an rectè, qui ea de cauſa decem dederit, vt conditionem adimpleret, ſimul illa ipſa numeratione ſoluiſſe videretur, hæc fuit propria, & præcipua dubitandi ratio: *Vna numeratione, & implet conditionem, & liberatur naturali obligatione.* Altera an aduerſus pupillum eſſet retentio, cum eum locupletiorẽ facimus, cum is proximus pubertati fuerit, non ita Iuriſconſulti animum ſuſpenſum habuit: tamen in quæſtionem vocatur Paulus in eo, quod aſſerit pupillum naturali obligationẽ liberari, cum prædicto caſu certum ſit, ciuili quoque obligatione teneri, cui obijci non difficiliter Hugonis ſolutio adaptatur, nodumq; diſſoluit edocens non ideò minus naturaliter teneri; adde quod vtrumq; Paulus expreſsit, quippè priùs dixiſſe videtur ciuiliter, & poſteà naturaliter verborum emphaſi illis prolatis: *Legatum à creditore meruit.* Nam eum creditorẽ Paulus appellat, cui iure ciuili teneor, l. creditores autem 55. D. & Vlpianus in l. creditores 10. D. de verbor. & rer. ſignif. Iacobus Cuiacius lib. 13. obſeruat. cap. 7.

n. 49. *Pupillum proximum pubertati locupletiorem factum ciuiliter, & naturaliter teneri expreſſit Paulus, cum creditorẽ habere dixit, l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falc. Donellus.*

CA-

# CAPVT XIIII.

## VLPIANI L. CVM EO, qui. 9. D. de ſeruitutibus prædior. vrbanor. & Pauli difficilis textus in l. eos, qui. 40. D. de ſeruitut. prædior. vrban. explicandus ſuſcipitur, & Cuiatij ſolutio retinetur abſque ipſius Cuiatij emendatione.

## SVMMARIVM.

COMMVNI Parieti, qui duorũ eſt, vel communi, qui eſt intermedius duobus ædibus, inuito vicino, feneſtras aperire non licet. n. 1.

Communem parietem, qui in ſingulis partibus communis eſt, inuito ſocio, non permittitur feneſtris aperire, Donellus. n. 2.

Com-

Communem parietem, etſi intermedium communem appellamus, vnde cæcum reponit Cuiatius, ideò aperire non licèt, quia in ſuo quiſque facere poteſt dum vicino, haud noceat. n.3.

Expoſitione l. cū eo, qui 9. D. de ſeruit. vrbanor. præd. parietem intermedium me aperire poſſe, non verò communem, inuito vicino, docet Donellus. n.4.

Domum altiùs tollere, non æquè vicino nocet, quam feneſtram aperire pariete intermedio n.5.

Domum alienam introſpicere inuidiæ, & contentui expoſitum. n.6.

Domuum intermedium parietem, & ſi meus non communis ſit me non aperire feneſtris poſſe, textumque emendat Cuiatius. n.7.

Communem parietem, qui duorum dominorum eſt, non poſſe ſocio inuito aperire res explorati iuris eſt. n.8.

Communis paries dicitur intermedius, & ſi vnius ſit, in quo aperire feneſtram æquè non licèt, ac ſi duorum dominorum communis ſit, & abſq; emmendatione exponitur, l. eos qui 40. D. de ſeruit. vrban. præd. n.9.

Suo facere cuilibet licèt, dum alteri non noceat. n.10.

Communi pariete intermedio, qui meus eſt licère aperire feneſtras editiores, ex regula quod tibi non nocet, mihi prodeſt, in re mea mihi facere licet. n.11.

## Vlpianus.

**Cum eo, qui tollendo obſcurat vicini ædes, quibus non ſeruiat, nulla competit actio.** Pau-

# Paulus.

*Eos, qui ius luminis immittendi non habuerunt aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe reſpondi.*

VLpianus Obſcuram reddere vicini domum altiùs tollendo ædificium, cũ neque lege, neque impoſita prohibeor ſeruitute, ne altiùs tollam ædes meas, mihi licèt, nullaque mecum vicinus actione agere poteſt. *Paulus.* Intermedium parietem, qui ad ædium onera ſuſtinenda communis eſt, aperire feneſtra, vicino inuito, non magis permittitur, quàm ſi vtriuſque noſtrorum eſſet, quippè etſi facere, cuique in ſuo permittatur aliàs, dum lege, aut ſeruitute, non id ipſum vetatur, non hac textus ſpecie vbi parum, aut nihil prodeſt multum, alteri nocet, cum eo caſu ſibi quiſque conſulere valeat feneſtris editioribus apertis, ne ita graue, quid committere, quo inuidiæ, & contemptui alienæ domus ſecreta ſubiaceant. Vlpianus l. cum eo, qui 9. D. de ſeruitutib. prædior. vrbanor. Paulus l. eos, qui 40. D. de ſeruit. prædior. vrbanor. Eſt ergo ſimilis Pauli ſentẽtia dict. l. eos, qui 40. D. de ſeruit. prædior. vrbanor. qui communi Titio pariete vtitur Seius, inuito Titio feneſtras aperire nequit: ratio dubitandi, ſi-ue

n. 1. *Communi pariete, qui duorũ eſt, vel communi, qui eſt intermedius, duobus ædibus inuito vicino feneſtras aperire non licèt.*

n. 2. ue communis ita ſit paries, vt Titij, & Sei habeatur, quare Seio non permittitur in pariete ſuo aperire, cum pro indiuiſo in vnaquaque parte dominium habeat? ſiue communis appelletur is, qui intermedius extat; nempè inter Titij, & Seij domos, quare Seio non permittitur in ſuó pariete, quē ſuum prædicat pro diuiſo, inſolidumque ſuum, quare non permittitur aperire feneſtras? ratio decidendi ea eſt, quoniam ſi communis nulla eſt particula, quæ ita Seij ſit, vt ea quoque Titij particula non fuerit, ſic Seius inuito Titio, nec Titius inuito Seio feneſtras aperire poteſt, amborum voluntas neceſſaria eſt, & conſenſu amborum feneſtræ aperiendæ ſunt: at ſi communem parietem accipimus, eum qui intermedius eſt, vt Iacobus Cuiatius inſinuat, æquè Seio inuito vicino ſuo Titio, haud licet aperire feneſtras, quippè vnicuique eo vſque in ſuo facere licet, donec alteri non noceat: & quod noceat maximè, ſibique ſummoperè non proſit aperire feneſtras, in pariete communi patet, dum officit inſpectione vicino, & ſibi editioribus feneſtris conſulere poſsit, ſine pompa, ſineque alterius inuidia, Donellus lib. 11. cap. 5. commentar. contrarius apparet, dum aſſerit, liberum eſſe cuiq; dum ſeruitute non impediatur, in ſuo pariete, quas velit feneſtras aperire, nulliſque legibus ad diuerſam obſeruationem teneri, quam opinionem magis, ac magis ex eo probare nititur, quòd cum liceat, vnicuique domum vicini tollendo ædes ſuas, obſcurare

*Communē parietem, qui in ſingulis partibus communis eſt, inuito ſocio nō permittitur feneſtris aperire, Donellus.*

n. 3. *Communem parietem etſi intermedium cōmunem appellamus, vnde cæcū reponit Cuiatius ideò aperire non licèt, quia in ſuo quiſque facere poteſt dum vicino, haud noceat.*

n. 4. *Expoſitione l. cùm eo, qui 9. D. de ſolut. vrban. præd. parietem intermedium me aperire poſſe non verò communem inuito vicino, docet Donellus.*

l. cum

l. cum eo qui 9. D. de de ſeruit. præd. vrbanor. Cuius verba iam retulimus, quantò certiùs, ei permittetur, & ſi vicini domum introſpiciat feneſtras in pariete ſuo aperire, eo caſu, quo eſt paries intermedius? de quo accipit Pauli l. eos qui 40. D. de ſeruit. vrbanor. præd. tamen eo ſimili, & exemplo minimè ſuum propoſitum firmat, quippè falſum dixeris plus incommodi ex domus obſcuritate prouenire, quàm ex feneſtræ facultate, nam obſcuritate, & vmbra domui, ſeu oculis officimus, at feneſtræ permiſsione, alterius domus ſecreta inuidiæ, vel cupidati exponimus, Theodoſius l. me minimus 2 §. quid enim, C. quand. & quib. quart. pars, ex bon. Decur. deb. verba: *Quid enim, tā durum, tamque inhumanum, quàm publicatione, pompaque rerum, familiarum, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias.* Quibus perpenſis, ab Hugonis doctrina diſcedere cogor. Sed quid ſequamur? an Iacobum Cuiatium lib. 3. Reſponſor. Pauli, cuius diuerſa illa eſt ſententia, vt me dum ineſſe putet, dict. l. eos qui 40. D. de ſeruit. præd. vrban. & ibi: *Pro pariete communi*, repoſuit, *in pariete cæco*; vt ſit ſenſus; nemini licere aperire feneſtras etiam in ſuo pariete, quamuis nullum in eo dominium vicinus habeat, ne per intermedium parietem per feneſtras oculi penitus (ita dicam) in extranei domum immittantur? ſic Iacobus Cuiatius; textus litteram emendat; Donellus à quo forſitan diſſentiens exemplo nititur dict. l. cum eo qui 9. D. quippè mihi vi-

*n. 5. Domum altiùs tollere, non æquè vicino nocet, quàm feneſtram aperire pariete intermedio.*

*n. 6. Domum alienam introſpicere inuidiæ, & contentui expoſitum.*

*n. 7. Domum intermedium parietem, & ſi meus non communis ſit me non aperire feneſtris poſſe inuito ſocio, textumque emendat Cuiatius.*

viſum eſt, minus incommodi habere vicini domum obſcurare, quam aperire feneſtras, & ſubijcere oculis, alterius domus ſecreta: placebat ergo pariete intermedio, non licere feneſtras aperire, & vnà textus verba intelligenda eſſe, non de pariete communi,

n. 8. *Communem parietem, qui duorum dominorũ eſt, non poſſe ſocio inuito aperire res explorati iuris eſt.*

ſed tantum intermedio, cum iure liceat hæc legis ſuſcipere interpretationem quæ vitio caret, quippè & ſi Viualdus aſſentiens Dounello de communi duobus, aut pluribus dominis, l. eos, qui 40. D. vt eſt ſpecies, l. parietem 8. D. de ſeruit. præd. vrbanor. accipit, qua defenditur, haud quidquam facere licere in communi pariete inuito domino non me mouet, potius ideò, quia ſatis explicitum ius parietis communis, duorum vicinorum fuit, Gai dict. l. parietem 8. D. de ſeru. vrb. præd. ne ſemel, & iterum idem

n. 9. *Communis paries dicitur intermedius, & ſi vnius ſit, in quo aperire feneſtram, æquè non licèt, ac ſi duorum dominorum communis ſit, & abſq; emẽdatione exponitur, l. eos, qui 40. D. de ſeruit. præd. vrban.*

in corpore iuris dicatur, aliud amplius dici; l. eos qui 40. D. nempè, neque aperire licere feneſtras in pariete tantummodo intermedio, & ſi communis iure illum non metiamur, & iudicemus, quem ideò communẽ appellat Paulus, quia duabus domibus cõmunicatur, non quia duobus dominis pro indiuiſo ſubiaceat. Sic Ouidius intermediũ parietem dixit lib. 4. Metham.

*Paries communis vtrique.*

Cùm iam prænotatum ſit, vt inſinuaui, hoc non permitti in ita communi pariete, vt eius proprietas duobus dominis communis ſit, dict. l. parietem 8. D. vnde pro ſingulis rebus ſingulæ apparebunt leges, cum ſatis ſit cautum de communi duobus dominis

pa-

pariete illis verbis: *Qui naturali ratione communis eſt, alterutri dominorum demoliendi eum, & reficiendi ius non eſt quoniam ſolus dominus eſt.* Sit ergo concluſio pariete communi, nõ licere aperire feneſtras, pro communique ſumimus etiam intermedium, quo ex Iacobi Cuiatij ſententia non licet aperire feneſtras, & ſi eius emendationem reijciamus, ipſius ſenſum amplectentes, videlicet, *Cæco pariete*, quod ſatis exprimitur: *Communi pariete*; à Paulo: *Nullo iure feneſtras immiſiſſe*, niſi ſeruitutis iure conſtituatur, & cum optima legum interpres ſit æquitas, l. placuit 8. C. de iudicijs, placeat non concedi aperire feneſtras, pariete intermedio, ſeu communi; & cum aliud inſinuet Donellus l. cùm eo, qui 9. D. de ſeruit. præd. vrb. cui quam in ſuo facere licere, dum alij haud noceat aut omnino obſcurando, aut aliter, ſine commodo ſuo, vicinum incommodando, l. ſicut 8. §. Ariſto, D. ſi ſeruit. vindicet. ſic poterit dominus parietis intermedij aperire feneſtras editiores, nam alteri, & ſi faciendo in ſuo, grauiter nocere prohibitũ eſt. Hac noſtra lege, & l. 1. D. de ripa munie. tamen id æquiſsimum eſt, quod mihi non nocet, alteri prodeſt illi tribui, l. in ſumma 2. §. quamuis, D. de aqua pluu. arcend.

n. 10. *Suo cuilibet facere licèt, dum alteri non noceat.*

n. 11. *Communi pariete intermedio, qui meus eſt mihi aperire feneſtras editiores, licèt ex regula, quod tibi non nocet, mihi prodeſt, in re mea mihi facere licet.*

# CAPVT XV.

SVMMAM RATIONEM, qua ſingulæ leges iuris communis nituntur, oſtendere cupimus, ex Iauoleni l. adoptio 16. D. de adoptionibus.

## SVMMARIVM.

Seruus voluntate quaſi expreſſa domini filius apud acta nominatus libertatem conſequitur, nõ filius adoptiuus manet. n. 1.
Seruorum aliqua æſtimatio apud Romanos. n. 2.
Seruorum conditio vna; & varia eorum officia. n. 3.
Serui neceſſarij hæredes haberi poterant. n. 4.
Seruus Ordinarius, alij Vicarij. n. 5.
Serui tutores, & libertatem aſſequebantur dati tutores. n. 6.

Li-

Libertinæ conditionis mulier accipiebatur in vxorem à Ciue Romano. n. 7.

Senatoribus non permiſſum libertinæ conditionis vxorem ducere & olim neque plebeiã n. 8.

Serui contubernia nõ nuptias contrahebãt. n. 9.

Seruos, & filios, ſub dominio & patria poteſtate, in illiſque ius vitæ, & necis. n. 10.

Serui pro nullis iure ciuili habentur. n. 11.

Liberti ingrati in ſeruitutem reuocantur, illis operæ in manumiſsione imponuntur. n. 12.

Libertorum tutela, ex Patronatus iure. n. 13.

Serui pluribus imperant apud Romanos. n. 14.

Liberti clauum Reipublicæ Romanæ tenuerunt. n. 15.

Libertus quomodo adrogatur. n. 16.

Explicatur l. etſi non adſcripta 9. D. de fideicommiſſ. libert. n. 17.

Seruus proprius tutor nominatus liber, & tutor, non ſic, & ſi filius nominetur apud acta filius adoptiuus manet. n. 18.

Seruus pupillorum fauore liber, & tutor. n. 19.

Seruus hæres inſtitutus liber, & hæres fauore teſtatoris. n. 20.

Libertus adoptari poteſt. n. 21.

Adrogatione totius populi conſenſus, quare requirebatur, Antonius Faber. n. 22.

Fauorabilibus cauſis, vt tutela, & inſtitutione, non adrogatione ſeruus libertinitatis fungitur prærogatiuã, vt filius familias ſit. n. 23.

Seruus ideò manet libertus, & ſi filius apud acta nuncupetur, nè vno capite Reſpublica priuetur. n. 24.

Serui ideò non adrogantur, neque adoptãtur, quia illis prohibetur iuris ſolemnitas. n. 25.

*Adoptio actus legitimus ſuis ſolemnitatibus conſtans.* n. 26.

*Adoptio in his perſonis locum habet, in quibus natura quomodo intelligatur.* n. 27.

*Serui apud Romanos in aliqua dignitate naturali fuere.* n. 28.

*Adoptans potentiam, quæ ad actum reduci poſſit habere debet, ſaltem figuratam.* n. 29.

*Spadonis nomen genericum, & ſi aliquando ſpecificum.* n. 30.

*Spado plerumque dicitur, qui temporali laborat impotentia, caſtratus, qui perpetua.* n. 31.

*Spadonis nomen pro caſtrato ſpecificè ſumptum.* n. 32.

*Spadonum variæ ſpecies.* n. 33.

*Spadonem adoptare, & nuptias contrahere poſſe.* n. 34.

*Eunucorum nomen genericũ Theophilus.* n. 35

*Exponitur l. filio 23. D. de lib & poſth.* n. 36.

*Adoptantem præcedere oportet filium adoptiuum decem & octo annis, vel quem nepotem adoptat.* n. 37.

*Patria poteſtas Romanis proprior, & an in filio adoptiuo detur.* n. 38.

*Patris imperium mite, & ideò Patres patriæ dici Imperatores.* n. 39.

*Adoptio fœminis interdicta, quia filios in poteſtate patria non habent.* n. 40.

*Adoptio fœminis permittitur, ex Principis indulgentia.* n. 41.

*Explicatur l. mulierem 5. C. de adopt.* n. 42.

*Adoptionis iure Regno Neapolitano.* n. 43.

*Adoptiuum filium poſſe patrem adoptantem, alijs in adoptionem dare.* n. 44.


*Ado-*

Adoptionis diffinitio. n.45.
Cælibem adoptare poſſe. n.46.
Adrogare nequit, qui non ſexageſimum annum habet. n.47.
Sexagenarius proprius patris nomē habet n.48
Septuaginta annis excuſatur, quiſque à tutela. n.49.
Adrogator tenetur adoptiui bona legitimis reddendi. n.50.
Tutor pupillum adrogare nequit. n.51.
Adoptio, ſeu adrogatio Galbæ Imperat. n.52.
Populi Romani ſumma poteſtas, & ſi ad Imperatores deuoluta. n.53.
Adoptio actus legitimus, eiuſque ſolemnitates, inter quas quinque teſtium numerus. n.54.
Pluralis locutio duobus contenta. n.55.
Imperatorē adoptare poſſe, & ſe in adoptionē dare, & Magiſtratum, cui hæc facultas adoptandi, à lege permittitur. n.56.
Perſonas duas, quē repræſentare poſſe. n.57.
Publica perſona duas repræſentare poſſe. n.58.
Perſonas duas, quē repræſentare poſſe, non dua corpora. n.59.
Perſonam priuatam regulariter duas perſonas repræſentare non poſſe. n.60.
Senatorem poſſe adoptari à plebeio, & ſi olim inter hos nuptiæ prohibitæ. n.61.
Senatorem libertinæ conditionis vxorem ducere non licere. n.62.
Senator propter dignitatem, an exeat à patria poteſtate. n.63.
Magiſtratum aduerſus patrē agere poſſe n.64
Adoptiui filij, & naturalis commoda comparantur. n.65.



Digitized by Google

*Patria poteſtas leuis in filio adoptiuo. n.66.*
*Patria poteſtas in filio naturali grauis. n.67.*
*Patri peculia quatenus, & bona per filium adquirebantur. n.68.*
*Peculi aduentitij pater naturalis fructuũ medietatem retinet emancipatione, non æquè adoptiuus pater. n.69.*
*Adoptionis Iudicij opus, an præcellat generationis beneficium. n.70.*
*Adoptione filij adrogati bona apud patrẽ, ſed cum ſatiſdatione de illis reddẽdis legitimis. n.71.*
*Adoptione Senatoris Principis Reſcriptum interuenit. n.72.*
*Senator plebei adrogatione nihil ex fama, & dignitate amittit. n.73.*
*Adoptio, & adrogatio coram quibus Magiſtratibus regulariter fiat. n.74.*
*Similis non eſt idem, cũ eo quod imitatur. n.75.*

## Iauolenus.

### *Adoptio enim in his perſonis locum habet, in quibus etiam natura poteſt habere.*

I*Auolenus*, Adeò imitationem, atque naturæ imaginem præſeferre adoptionem, certum eſt, vt tantum ad patrisfamilias, & filijfamilias nomen eos admittat, qui proprius has perſonas agere poſſunt. Iauolenus l. adoptio 16. D. de adoptionibus; at quod habeat locũ in illis perſonis in quibus,

&

& natura poteſt habere, conuinci videtur, ex eo, quod ſeruus adoptari non poſsit, & ſi in eo natura locum habet, §. ſi. inſt. de adoptionib. l. vnica, §. ſimili quoque modo, C. de lat. libertat. toll. quibus locis patet ſeruum, quem dominus adoptauit, cumque apud acta filium nominauit, non cenſeri filium adoptiuum tamen, quod ei prodeſſet domini vox, ex ipſius naturæ imagine ad id, vt libertatem conſequatur, ſeu potius mero libertatis fauore, ſed quare non æquè filius habetur? Cum hæc ſit domini voluntas expreſſa, cum libertas, ex præſumpta voluntate per conſequentiam, ei competat, quo pacto ei adoptionis beneficium denegatur? Nam ſi in perſonis locum habet, adoptio in quibus etiam natura poteſt habere, quid obſtat ad id vt minus in ſeruo locum habeat? Cum ſerui quatenus attinet ad ius naturæ perſonam, cum reliquis hominibus gerant? l. quod attinet 33. D. de reg. iur. at ſi quis dixerit, ideò hoc non admitti, quia ſordida, & vilis conditio ſeruorum, cum alia obtinuerint decora, & apud Romanos non adeò abiecta fuerit eorum conditio, minimè hæc placet ſententia. Quod aliqua ſeruilis conditionis fuerit æſtimatio, longeq; diuerſa, ac diſsimilis ei, quam noſtris temporibus in Turcis, & Mauris exercemus diſſeram, deinde rationem oſtendere curabo, quapropter, is ſeruus, quem filium dominus appellauit, & nuncupauit, tantum ad libertatem proueniat, tamen adoptiui filij nomen haud conſequatur, conditio verò ſeruorum

*n. 1. Seruus voluntate quaſi expreſſa domini filius apud acta nominatus libertatem conſequitur, nō filius adoptiuus manet.*

*n. 2. Seruorū aliqua æſtimatio apud Romanos.*

n.3. *Seruorum cō ditio vna, & ſi varia eorum officia.* uorum vna fuit, quamuis varia eorum offi-cia, hoc ex media iuriſprudentia, nam olim fuiſſe etiam ſeruorum multiplicem condi-tionem, conſtat §.fin.inſt.de libertinis: & illud ideo obſeruatum, quia ex diſsimili-tudine dominorum, cum quidam exige-re, & conſequi vellent plus à ſeruis, quam illis competebat obuiādi cauſa varias, quæ oriebantur controuerſias, ſimplicem, & vnam conditionē ſeruorum obſeruare pla-cuit. Sic Martianus l.& ſeruorum 5. D.de

n.4. *Serui neceſſarij hæredes haberi poterant.* ſtatu hominum; ſed de æſtimatione eorum erit certiſsimum teſtimonium, quod ne-ceſſarij hæredes haberi poterant, l.ſed & ſi

n.5. *Seruus Ordinarius, alij Vicarij* conditione 6.§.fin.l.ſeruus 3.§.ſeruum, D.de hær.inſt.§.1.inſt.de hær.qual.& diff. peculium aliosque Vicarios ordinarium

n.6. *Serui tutores, & libertatē aſſequebantur dati tutores.* habere, l.ſi ſeruum 17. D. de peculio, adde, & ſi non adſcripta libertate tutores nomi-nantur, vtrumque à teſtatore conſequi, l.& ſi non adſcripta 9.C.de fideicom.libertat. l.qui tutelam 28.§.verb. D.de teſt.tut.§. ſeruus autem, inſt.qui teſt.tut.dari poſſ.l.ſi

n.7. *Libertinæ conditionis mulier vxor accipiebatur plebeis.* hæreditas 10.§.vlt. D.de teſt.tut. cum li-bertinæ conditionis mulier in vxorem ac-cipiatur, §.eadem lege, inſt. quib.ex cauſ. quamuis idem Senatoribus haud licebat, l.

n.8. *Senatoribus nō permiſſum libertinæ conditionis vxorem ducere & olim neque plebeiā.* lege Iulia 44.D.de ritu nupt. & ſi olim il-lis, neque cum plebeis liceret iuſtas nuptias contrahere, ſic duodecim tabularum lege cautum: *Ne Patritijs, cum plebeis connubium eſſet*, quæ non leuium certaminum cauſa inter plebem Patritiosque Liuius decad.1. lib.3.& 4. nuptias plebeis, cum libertis cō-

tra-

tranſeri non licebat; nam ſeruorum contubernalia ſunt longè inco à liberis hominibus, tamen his augetur difficultas, cum ſeruilis conditio libertatis iura, tutelam, & libertatem conſequatur, quare in l. 1. §. ſimili, C. de lat. lib. toll. non æquè filiorum ſtatum ſimul, cum libertati conſequuntur? Nec eo ſeruilis conditio magis ac magis deprimitur, & neglecta inſpicitur, quoniam olim vitæ, necisque in ſeruis fuerit dominis ius, l. in ſuis hæredibus 11. D. de lib. & poſt. vnde hoc temperamentum à Diuo Pio Vlpianus, l. ſi dominus 2. D. de his, qui ſui, vel alien. iur. Iuſtinianus refert ſuis inſtitutionibus, §. in poteſtate, inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. quantum olim licuiſſet in ſeruos, patet varijs quoque ſcriptorum locis, Seneca lib. 3. de ira: *Fregerat vnus ex ſeruis eius cryſtallinum: ad mortem rapi eum Vedius iuſſit, nec vulgari quidem periturum morte: murænis obijci iubebatur, quas ingens piſcina continebat.* Horatius ſat. 3.

n. 9. *Serui contubernia nō nuptias contrahebant.*

n. 10. *Seruos, & filios ſub dominio, et patria poteſtate in illiſq; ius vitæ, & necis.*

*Siquis eum ſeruum, pati nam qui tollere iuſſus*
*Semeſſos piſces, tepidumque ligurierit ius*
*in cruce ſuffigat.*

Neque eo quoque deprimitur, quoniā pro nullis iure ciuili haberentur, l. quod attinet 32. D. de regul. iur. l. nec ſeruus 41. D. de peculio, neque ſi dicas, quod illis ius patronatus, & opera imponantur: quod in ſeruitutem reuocantur, integris titulis, de iure patronatus, de operis libertorū, l. vn. C. de liber. & eorum liber. nam hæc partim alijs dominorum ſuffragijs compenſantur, partim

n. 11. *Serui pro nullis iure ciuili habentur.*

n. 12. *Liberti ingrati in ſeruitutē vocātur illis operæ in manumiſſione imponuntur.*

 tim

tim communia ſunt illis, cum filijs familias, nam ius necis patriæ quoque poteſtati conceſſum, dict. l. in ſuis 11. D. de liber. & poſthum. ius patri in bonis manumiſsi §. præterea, inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſol. ſuffragio patronorum muniuntur, aluntur, atque conſilio, tutela, & ope reguntur, nō minus quam liberi, l. 1. D. de leg. tut. tit. inſtit. de leg. patronor. tutel. Talis denique fuit ſeruorum conditio apud Romanos, quod plura illos domi, rurique obſequerentur, & pluribus imperitarent, Iuuenal. Satyr. 5.

n. 13. *Libertorum tutela ex patronatus iure.*

n. 14. *Serui pluribus imperant apud Romanos.*

*Maximaquæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.*

Et Horatius lib. 1. Ser. 3.

*Habebat ſæpè ducentos*
*Sæpè decē ſeruos modo Reges, atq; Tetrarchas*
*Omnia magna loquens.*

Magnitudo, denique Romana eo perducta eſt, vt eruditos ſeruos haberet, & ob vniformem religionem, quàm colebant, non ſolùm haberet, ſed etiam magni faceret, & ex illo facilè id colligitur, quod ſi ſeruitus adeò probroſa eſſet, non maiorem libertatem, ciuiumque Romanorum ius conſequerentur ſerui, l. vni. C. de lat. liber. §. fin. inſtit. de libertis, non deinde conſecuta libertate Reipublicæ, clauum tenerent ex Claudij domo exempla ſumamus, Tacitus lib. 12. annalium, cap. 1. cum libertorum ſuffragia circa fœminas Claudi nuptias optantes oſtenderet, ſic ait: *Huic Pallas, illi Calliſtus fautores aderant, at Ælia Petina, à familia Tuberonum Narciſſo fauebatur.* Et anteriori li-

n. 15. *Liberti clauum Reipublicæ Romanæ tenuere.*

br.

bi.cap.9. *Ergo Narciſſus aſſumptis quibus idem metus, non aliam ſpem incolumitatis Cæſaris affirmat, quàm ſi ius militum vno illo die, in aliquem libertorum transferret, ſeque offert ſuſcepturum.* Horum libertorũ diuitias, cum imperia iam ſignificaſſet Caius Suetonius, ſatis indicauit ſubijciens, Claudio quærente de fiſci exiguitate quendam admonuiſſe: *Abundaturum, ſi à duobus libertis in conſortiũ reciperetur.* Sic, qui fuiſſent illi duo liberti, expreſsiùs lectione conſtat, Narciſſum, & Pallantem fuiſſe, retulit Suetonius in vita Claudi, cap. 28. idem teſtatur etiam alijs locis Cornelius Tacitus lib. 14. cap. 16. *Igitur ad ſpectandum Britaniæ ſtatum miſſus eſt ex libertis Polycletus magna Neronis ſpe, poſſe authoritate eius, non modo inter Legatum, Procuratoremque concordiam gigni, ſed, & rebelles barbarorum animos componi.* Vnde mirũ videbitur, quod ſeruus libertate conſequuta ſimul in locum filij non accipiatur? l. vlt. §. ſimili, C. de lat. lib. toll. ſed cum in ſeruo nullo modo adrogatio procedat, vt quamuis ſub dominio ſeruus conſtitutus ſit, maximè ei ex adoptione filij ius denegetur, & quod etiam vltra Principis reſcriptum, cauſæ narrationem, & probationem adrogatio liberti requirat, ita vt principalis reſcripti interuentio, ſatis communis libertis ſit cum ingenuis, l. generalis 2. D. de adopt. l. quod nec 8. D. de adopt. & hoc ampliùs in illo deſideratur cauſæ narratio, & probatio, l. cum eum quem 3. C. de adopt. ergo cum hæc omnia deficiant eo caſu, quo tantùm

n. 17. *Libertus quo modo adrogatur.*

apud

apud acta non libertus, ſed ſeruus filius nominatur; abundè illis prouiſum videtur ſumma æquitate, & libertatis fauore, ſi libertas conceditur tantùm iure filij denegato, nec nos mouere debent exempla in contrarium adducta, nam diuerſa ratio, diuerſum ius ſtatuit, quam in ſeruo tutore filijs ſuis relicto, nam omiſſa quæſtione in l. etſi non adſcripta 9. C. de fideicommiſſ. libert. vbi Antonius Faber in lib. 1. titul. 12. iuris Papinian. ſcient. princ. 1. illat. 42. illa verba expungit: *Vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur*, vbi Donell. quæſtionē diſſoluit ex illis verbis: *Niſi aliud euidenter defunctum ſenſiſſe appareat.* Quaſi tota quæſtio pendeat ex teſtatoris voluntate, ita vt, ſi aliud non adiecerit, directè proprio ſeruo, fideicommiſſariè alieno dediſſe videatur, & ſi ego verbum per fideicommiſſum in principio legis intelligo, quaſi dixerit, Iuſtinianus, benigna interpretatione, id relatum ad libertatem, ita vt quaſi roget, aut velit, quod non palàm protulit, omiſſa tamen hac quæſtione, certum eſt, vt ex præſumpta voluntate ſeruus, qui tutor nominatur, fiat directè liber, ſi proprius, ſi alienus per fideicommiſſum, d. l. etſi non adſcripta 9. C. de fideicommiſſarijs liber. l. ſi hæreditas 10. §. vltim. D. de teſt. tut. ſed non idem ſtatuendum in d. l. vlt. §. ſimili, C. de lat. lib. vt ob id, quia filius apud acta nuncupetur vtrumque conſequatur, vt eodem modo, quo fit liber, & tutor, fiat quoque liber, & filius adoptiuus. Nam vltra ratio-

n. 17. *Explicatur l. etſi non adſcripta 9. D. de fideicommiſſ. libert.*

n. 18. *Seruus proprius tutor nominatus liber, & tutor fit nō ſit filius nominatus adoptiuus habetur.*

Digitized by Google

ctiones prædictas, merito aliud obſeruatur in tutelis, & inſtitutionibus, in tutelis ob id ſanè, quia non ſolùm fauor libertatis, verū etiam pupillorum expectetur, lex Imperatorum Valeriani, & Galliani hoc demonſtrat: *Receptum eſt tamen, & libertatis & pupillorum fauore, vt per fideicommiſſum manumiſiſſe eum videatur*, dict. l. etſi non adſcripta 9. C. de fideicom. libert. in inſtitutionibus, quoque non minus, vt libertatem ſeruus conſequatur, quam ob domini beneficium, non ſolùm libertas, ſed etiam hæreditas ſeruo competit, nam ita famæ domini parcitur, dum ſuum hæredem habet, *Vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potius eius hæredis bona, quàm ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur*, verba in princ. inſt. de hæred. qualit. & differ. ſed hæc duplex vtilitas haud reperitur in adoptione ſerui, nam non ita publicę vtilitatis eſt, quemquam in adoptionem recipere, vt eſt tutela, & libertas, & inſtitutio, potius publicæ vtilitati refragatur, ſæpè adrogatio. Ex quo procedit, quod, cum ſeruus ad id vt adrogaretur libertinæ conditionis fieri deberet (nam ſeruus nequaquā, vt poſteà dicam, recipi poterat ad adoptionem) euenit, vt aliud ſtatui debeat, quam in tutelis in omni caſu, quia adrogatio, nequaquam fauorabilis cauſa exiſtimatur, cū in ea vnius familiæ detrimentum Reſpublica patiatur: quapropter olim totius Populi conſenſus deſiderabatur in adrogatione, quippè ſua intereſt, ne familiarum numerus decreſcat, & ſicut Antonius Faber

*n. 19. Seruus pupillorum fauore liber, & tutor.*

*n. 20. Seruus hæres inſtitutus neceſſarius liber, & hæres fit.*

*n. 21. Libertus adoptari poteſt.*

*n. 22. Adrogatione totius populi cōſenſus, quare requirebatur, Antonius Faber.*

referet titulo de adoptionibus l. prin. illat.
§ *Si enim Populi Romani iuſſu Ciuem Romanum occidi nefas erat: cum ea ratione vno capite Ciuitas minueretur, quanto magis prouidendum erat, ne eiuſdem Populi iniuſſu tota vna familia de Ciuitate tolleretur?* Deinde Reſcripto principali opus eſt, cum in Principem omne Imperium populi translatum ſit, l. 1. D. de conſtit. Princip. quibus cognitis, patet, quod ſi tranſitum de ſeruitute per libertinitatem dare velimus publicæ vtilitati, id contrariũ ſit, ſic nec conſtitutum, vt tale temporis momentum præſumatur, nam tantum in fauorabilibus cauſis, id fingit Iuriſprudentia, & in tutelis, & inſtitutionibus, quæ quodammodo publicæ vtilitatis ſunt, cum publicè interſit voluntates teſtantium exitum habere, l. quidam § 4 C. de neceſſ. ſeru. hær. inſt. l. teſtamenti 3. C. qui teſt. facere poſſ. ſi verò domini voluntati obſequi velimus, nulla ibi eius vtilitas: nam vltra id, quod non ſit hæc eius ſuprema voluntas, nullius vtilitatis eſſe videtur ſeruum filium habere, & ſi aliqua dari poteſt ob m[a]iorem boni publici vincitur, in eo nempè, vt Reſpublica liberum caput ſerui in locum patrum familias habeat. Nec magis admittendum, quoniam in illis perſonis locũ habeat adoptio, in quibus, & natura, ita vt diximus æquè fictione libertatis adrogationem in tali ſeruo dari poſſe; verumtamen videamus, an adoptio locum habere poſſit, & cum diuerſum ſit quemquam habere ſub dominio, quam ſub poteſtate, & ad conſtituen-

n. 23. *Fauorabilibus cauſis, vt tutela, & inſtitutione nõ adrogatione ſeruus libertinitatis fungitur prærogatiuá.*

n. 24. *Seruus ideò manet libertus, ſi filius apud acta nuncupatur, ne vno capite Reſpublica priuetur.*

ſtituendam adoptionem, vna amplius perſona deſideretur, nec ei locus eſt, ita vt nulla fictione; ſiue momentanea ſimul per domini adoptionem liber, & filius fiat; & ratio quæ propter hoc in ſeruo omni caſu maximè denegetur, quidam dixerunt, eam eſſe, ne facilè ad ius ingenuorum ſerui peruenirent; quoniam cum idem in libertis obſeruetur, multo magis in ſeruis obſeruari debet, l. cum eum quem 3. C. de adopt. Sed noſtra fert opinio inhærens iuris principijs, quod ex eo eueniat, non admitti ſeruum ad iura adoptionis, quia ſiue genericè, ſiue ſpecialiter adoptio, vel adrogatio conſideretur, ſemper verum eſt, ſuis ſolemnitatibus conſtare, & olim ſcrupuloſitate, ac ritu illas obſeruatas eſſe: ex quo procedit, cum ſeruus ad ſolemnia iuris non admittatur; haud ad ius filij adoptiui admitti ſeruum poſſe, non admitti ſeruum ad iuris ſolemnitates; Vlpiani verba apertiſsimè oſtendunt: *Seruus quoque meritò ad ſolemnia adhiberi non poteſt, cũ iuris ciuilis communionẽ nõ habeat in totum, ne Prætoris quidem Edicto*, l. qui teſtamento 20. § ſeruus; D. qui teſtam. fac. poſſ. adoptionis ſolemnitates paſsim in Pandect. reperiuntur, tunc antiquitatis alijs ſcriptoribus indicantur, l. generalis 2. D. de adopt. l. fin. C. de emancipat. ibi Gothophredus litera K. Antonius Faber ad hunc titulum ſua Papinianea, Iacobus Cuiatius C. de adoptionib. Donell. lib. 2. comment. cap. 21. & cap. 22. Adoptio in illis perſonis locum habet, in quibus, & natura, vt cætera

n. 25. *Serui ideò non adrogantur neque adoptãtur, quia illis prohibetur iuris ſolemnitas.*

n. 26. *Adoptio actus legitimus ſuis ſolemnitatibus conſtans.*

tera non deſint, cum verba de aptitudine in patre familias accipi debeant, ſed ita, vt res de qua agitur poſtulat, nam adoptio eſt iuris ciuilis, nec minus eſſe videtur, quia in illis perſonis locum habet, in quibus, & natura, quippè ius ciuile non in totum à iure naturali recedit, l. ius ciuile 6. D. de iuſtit. & iure, nec ideò quoniam quatenus ad ius naturale, ſeruus æqualis habeatur reliquis hominibus, minus verùm, quod ipſa illa iuris regula prædicat, quod nullus ſit, quatenus ad ius ciuile, l. quod attinet 23. D. de regul. iur. non mirum ergo, ſi libertatē conſequatur, qui apud acta filius nuncupatur, tamen haud filius fiat, l. vlt. §. ſimili, C. de lat. libert. nec obſtat, quod apud Romanos in aliqua ſaltem naturali dignitate fuerunt l. item apud Labeonem 15. §. itaque Prætor, D. de iniurijs. Nam ideò maximè receptum non admitti ſeruos in locum liberorum, quia neque rationi, neque naturæ congruum, quamuis ob domini amorem libertate donentur, §. fin. inſtit. de adopt. cum inſtitutio, & tutela ob neceſsitatem illis concedantur: at præcipua, & antiquior ratio, qua propter illis adoptio non concedatur illa eſt, quod adoptio ad ſolemnitatem expectat, à qua maximè ſerui, vt diximus arcentur.

n. 27. *Adoptio in his perſonis locum habet in quibus natura quomodo intelligendum.*

n. 28. *Serui apud Romanos in aliqua dignitate naturali fuere.*

Sed cum dixerimus de vi adoptionis, quæ ex imagine naturæ procedit, quæ ſit hæc imago videamus, & ad eam ſiue conſtituendam, ſiue deſignandam, illa communis, & receptior opinio præualet, talem ſuffice-

fieri eſſe in patre quocumque adoptante n. 29.
potentiam, ut hæc imitatio naturæ depre- *Adoptans po-*
hatur, quæ poſſit ad actum reduci, ex ver- *tentiam, quæ*
bis l. adrogatio 40 §. fin. D. de adopt. ſed *ad actum redu*
antequam vltrà progrediamur, non nihil de *ci poſſit habere*
verborū ſignificatione diſſeramus, vt obi- *debet, ſaltem fi*
ter præcipuas huius materiæ ſcrutemur *guratam.*
quæſtiones, & quis fuerit Spado, cum in hu-
ius nominis ſignificationē ſæpè incidamus
animaduertere oportet, & Spado genericè,
tam pro Caſtrato, quàm pro Spadone illo,
qui tantùm temporali vitio laborat vſur- n. 30.
patur, ſpeciali ſignificatione Spado eſt, qui *Spadonis nomē*
aliqua cœundi tenetur impotentia, cui me- *genericum &*
deri poteſt. Caſtratus verò, qui naturali, & *ſi aliquādo ſpe-*
perpetua impoſſibilitate, quæ talis eſt, vt *cificum.*
nulla ſanabilis ope videatur, l. ſi ſeruum 39.
§. fin. D. de iur. dotium, ibi: *An poſſit vxorem* n. 31.
*ducere dubitabatur Spadonem.* Vlpianuſq; di- *Spado plerum-*
ſtinctiones eaſdem id conciliat, Caſtratum *que dicitur qui*
non poſſe aſſerens: Spadonem verò maxi- *temporali labo*
mè poſſe, tamen non ideò minus verū Ca- *rat impotētia,*
ſtratos quoque dici Spadones, ſic quoque re- *Caſtratus qui*
fert Gothophredus dict. liter. K. in l. alum- *perpetua.*
nos 14. §. fin. D. de manumiſſ. vindict. & ne
quis diſſentire hac in re putet, neque anti- n. 32.
quos Iuriſconſultos, neque eorum inter- *Spadonis no-*
pretes conſonant, l. alumnos 14. §. fin. D. *men pro Caſtra*
de manumiſſ. vindict. §. eadem lege. inſtit. *to ſpecificē ſum*
quib. cauſ. manumiſſ. non licet, l. Spadonū *ptum.*
128. D. de verbor. ſignific. de qua nuper di-
ximus, & prima fronte obſtare videtur, niſi n. 33.
exactè rem excutiamus, quod paſſim ab *Spadonum va-*
interpretibus indicatur: quod cū Thalibus, *riæ ſpecies.*

Iiii &

& Thlaſiæ nomina Spadonum [illegible], deinde ex vera, & genuina, [illegible] nominis notatione, patet [illegible] Thlibiæ [illegible] quibus attriti ſunt teſtes, & Thlaſiæ propriam eſſe ſignificationem de illo, cui ex[illegible]cti ſunt, quod non [illegible] modo [illegible]bus iuribus, vt prædixi [illegible], & conſequenter iuris principio, [illegible]mus, Spadonem adoptare poſſe, [illegible] in eo [illegible] locum habet, & [illegible] Thlibia, cum Spado ſit perpetuo [illegible] laborat, ita vt neque generare, neque adoptare poſſe fatendum ſit, dict. l. Spado [illegible]

n.34. *Spadonem adoptare, & nuptias contrahere poſſe.*

D. tamen aſſertum eſt Spadonem, non tantū adoptare, ſed & nuptias poſſe contrahere, dict. l. [illegible] 1. 4 1. § fin. D. de [illegible] vindict. §. eadem lege, inſtit. quib. ex cauſ. quibus ſatisfacimus ex l. ſorua 34. § fin. D. de iur. dot. vbi docet Vlpianus generaliter ſummi hoc Spadonis nomen, tam pro Caſtratis, quàm pro illis, qui aliquod vitium temporale habuerint, quo ſublato generare poſſint, itaque ad noſtram [illegible] deuoluimur, qua dictū ſit genericè Spadonum nomen, tam Caſtratum, quàm frigidum temporaliter indicare, aliàs ſpecialiter Caſtratum alijs, atque alijs interpretijbus non ſemper exactè rem [illegible]bus, quoddā inuolucrum concertare dixeris, dicentibus. Thlaſias, ſeu Thladias, atque Thlibias, & Eccopias Caſtratorū genera eſſe, quæ omnia haud contraria indicantur, nā Thlibiam, ſi ſpeciali nomine accipere velis Caſtratum dixeris, ſin etiam generali [illegible]

n.35. *Eunuchorū nomen genericū Theophilus.*

nomi-

poſſimus Spadonem appellabis. Theophili doctrinæ hæc conſonat ſententia: quippe ipſe denotat Spadonem eſſe, qui vitio temporali tenetur, ſiue ille, cui aliquid virilis deeſt, tamen vel vitio ſublato, vel damno reſpectu ætatis potentiâ generandi facultatem. Idem quoque Theophilus connotat generi cum eſſe nomen Eunuchorum: quorum omnium ſcriptorum ſumma eſt, generice, aut ſpecialitèr ſumpti Spadonum, & Eunuchorum nomen, vnde: oppoſitis legibus ſequitionem quamuis, facilèque omnes iudicant adoptionem in illis perſonis locum habere in quibus, & ipſa natura habet. Sed quare illis, qui ex perpetuo morbo laborant prohibetur adoptio? Ratio inquit. Duplex prima cauſa, nam ſemis Eunuchus in omnes, nullo legitimo tenetur amore, vt ait Claudianus in Eutropium li. 1.

*Adde quod Eunuchus nulla pietate mouetur,*
*Nec generi, natiſvè cauet clementia cunctis*
*In ſimiles, animoſque ligant conſortia damni.*
*Illa nec Eunuchis placidus: ſed peius in aurum*
*Eſſenit hoc vno fruitur ſuccisa libido.*

Secunda quia, nec ſuſpitione caret eorū libido. Idem Claudianus antea cecinit:

*Inhortus promiſſa petit, viduum ne relinquis*
*Eutropium noctemque premunt obliuia noctes?*

Nubere ſibi voluit Nero hermaphroditum, Suetonius in principe lib. cap. 28. de ſimili delicti crimine accipiendus Conſtantij, & Conſtantis, textus in l. cum vir nubit 31. C. ad legem Iuliam de adulter. non, vt vulgo de præpoſtera. Venere tantùm, ſed ſpeciali-

ter, de nuptijs celebratis inter improbos mares.

n. 36. *Exponitur l. filio 23. D. de liber. & poſth.*

Quantum ei poſsibile eſt naturam imitatur adoptio, idque mirificè exprimit textus in l. filio 23. D. de liber. & poſth. vbi ſic Papinianus: *Filio, quem pater poſt emancipationem à ſe factam iterum adrogauit, exhæredationem antea ſcriptam nocere dixi: nam in omni ferè iure, ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas adumbretur, videlicet, quod non translatus, ſed redditus videretur.* Satis hac lege docemur, quod ſi pater filium exhæredauerit, & poſteà emancipauerit, deinde hunc ipſum adoptauerit, magis redditum videri dicamus, quàm translatum fuiſſe, magiſque naturalem filium, quàm lege cognitum, itaque magis exhæredatum, quam tali nota immunem, cum idem filius indicetur, ideò quia adoptio ſummoperè naturam imitatur, ſicque plus veritati tribuat, quam fictioni, quippè, quantum ei poſsibile eſt, naturæ accedit, & cum hoc caſu ita adaptari poſſit, vt eundem filium naturalem conſtituere poſſet, vinculo iuris refarcito, ſemper filium naturalem illum relinquit, qui ante fuerat.

n. 37. *Adoptans præcedere oportet filium adoptiuum decem & octo annis, vel quem nepotem adoptat.*

Non minus ex hac naturæ imagine Modeſtini eſt ſententia, vt poſsit Spado adoptare, vnaque ille, qui decem, & octo annis adoptiuo filio præcedit, idemque poſsit in locum nepotis adoptare quemlibet, dum ei prædicta ætate præcellat, quæ plena pubertas habetur, l. adrogatio 40. D. de adopt. §. minorem, inſtit. de adoptionibus, & non

ſo-

ſolùm naturam imitatur adoptio, quatenus ad generandi, & ſuccedendi facultatē, verum etiam, quatenus ad patriæ poteſtatis vinculum, quod proprium eſt iuris ciuilis vinculum, naturali verò rationi conueniēs, l. 1. l. nam ciuium 4. D. de his, qui ſui, vel alien. iuris ſunt, l. in ſuis 11. D. de lib. & poſthum. & ita proprium, vt nullis hominibus, qui orbe terrarum degunt, hoc ius tale quale Romanis commune ſit; tamen, vt inſinuaui, maximè rationi congruum, cum nihil magis debeatur, quam paternale obſequium, & cùm nihil magis ſecundum rationem eueniat, vt nihil magis naturæ conſentaneum ſit, quam parentum Imperium in ſuis liberis, quod Imperium adeò mitiſſimum fore iudicamus, vt libenter hoc Imperatoribus inditum ſit, quaſi in commodo primum nos inferamus. *Magnos, & fœlices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ Maieſtati, quidquid potuimus, titulorum congeſſimus illis hæc tribuentes; Patrem quidem Patriæ appellauimus; vt ſciret datam ſibi poteſtatem Patriam, quæ eſt temperatiſſima liberis conſulens, ſuaque poſt illos reponens. Tardè ſibi pater membra ſua abſcidat, etiam, cum abſciderit, reponere cupiat; & in abſcidendo gemat cunctatus multum, diuque.* Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 4. tamen, & ſi adoptio iure naturæ maximè imitatur, cum patria poteſtas, ſit iuris ciuilis Romanorum, & ſolis viris concedatur, cū hoc ius ſuſceperit imitandum adoptio, inde procedit, vt non æquè fœminis permittatur, ratio illa, quia iure ciuili neque filios ha-

n. 38. *Patria poteſtas Romanis pro prior, & unis filio adoptiuo detur.*

n. 39. *Patris imperiū mite, & ideò Patres patriæ dici Imperatores.*

n. 40. *Adoptio fœminis interdicta, quia filios in poteſtate non habent.*

 ha-

Digitized by Google

n. 41. habere in poteſtate poſſunt; verum tamen
*Adoptio fœminis permittitur ex Principis indulgentia.* ex Principis indulgentia illis conceſſum ad
liberorum amiſſorum ſolatium, vt adop-
tare poſsint. Quod ipſis eo tantum prodeſt,
vt matribus ſuccedant, l. mulierem 5. C. de
adoptionib. § fœminæ, inſt. de adoptionib.
n. 42. neque ideo quia dicta l. mulierem 5. C. Dio-
*Explicatur l. mulierem 5. C. de adopt.* cletianus, & Maximinianus velint mulieri
conceſſum ire adoptare priuignum ſuum,
alium quemcunque adoptare fœminis cau-
ſa cognita denegatur. Nam ibi ab Impera-
toribus factum oſtentandi gratia dictum
eſſe apparet de priuigno; non, vt omnino
neceſſe ſit ad hoc, vt locum habeat ado-
ptio priuignos à fœminis adoptari. Sic ius
n. 43. Regni Neapolitani deuolutum ad Hiſpa-
*Adoptionis iure Regnũ Neapolitanum.* niarum Reges per Ioannæ Reginæ adoptio-
nem in proauunculo Cæſareæ Maieſtatis
Caroli Quinti conſtat. Sic naturæ imitatri-
cem eſſe adoptionem, ex eo ſummopere
patet, quod non minus liceat, eo patriæ po-
n. 44. teſtatis iure vti patri adoptiuo, quam patri
*Adoptiuum filium poſſe patrem adoptantem, alij in adoptionem dare.* naturali & inter alia vnum pro cunctis exẽ-
plum ſit, vt æquè adoptiuus pater, vt natu-
ralis, poſsit filium adoptiuum alij in ado-
ptionem dare, l. qui in adoptionem 2. ff.
de adopt. § in plurimis, inſt. de adopt. Vnde
n. 45. de rectè adoptionis actus diffinitur, vt ſit
*Adoptionis diffinitio.* *legitima naturæ imitatio, qua certa perſona in fi-
lio eligitur in ſolatium eorum, qui filijs carent*
*inuentio.* Eodem penè modo Theophilus eã
diffiniuit, aſſerens: *Adoptionem eſſe actum le-
gitimum naturam imitantem ad eorum, qui libe-
ros non habent ſolatium inuentum.*

In-

Inter ea quæ adoptioni naturæ, & diffinitioni obijcimus, ſuum locum obtinere poteſt, quod proponitur in l. quiuxores 30. D. de adoptionib. videlicet, eum adoptare poſſe, qui cælebs habetur, vnde concedi dicere poſſit, vt qui generare non potuerit, cum ille ſit, qui vxorem vnquam duxerit ei adoptare permittatur? Sed id ad iam ſupradictam reuertitur iuris rationem, cum diximus tantum ad potentiam, ſpemque generandi leges attendiſſe, & cum cælebs, neque ſpe, neque potentia careat, euenit ergo, vt natura, & adoptio in eo locum habeat, & ſi cælebs ipſum in eius odium prohibita ſecit, eo pacto modo reſpondendum eſt, illi obiectioni, quod naturæ imagini refragari videatur, poſſe eum, qui filium non habet, quempiam in nepotis locum adoptare, l. adoptionis 43. D. de adoptionib. nam ſi naturæ contrarium, veritatique hoc maxime videri poſſit, eoque Iuriſconſultorum ſententiam accuſandam eſſe, cum filium non habenti nepotem tribuant, hocque factũ eſſe ad naturæ imaginem eo ipſo defendant? facile tamen id ipſum diſſoluitur, cum ad fictionem, & normam, ſeu imaginem naturæ, non veritatem, ſed ſimilitudinẽ quæramus, & non eſt prorſus neceſſarium, ad id, vt quis nepotem habeat filium habere, ſed habuiſſe, & in adoptione, vtrumque ei poſsibile fuiſſe, quare vt quis aptus adoptioni iudicetur, non quæritur, vt poſsit tunc generare, ſed an ſpem, ſaltem, vel facultatem haberet, idem etiam, cum quis iam

n. 48. *Cælibem adoptare poſſe.*

an quis adoptare poſsit in locum nepotis quærendum eſſe ratio ſuadet, an quis poſsit, aut potuerit habere filium, & tunc eſſe fictioni locum aſſerimus, quamuis ipſi non fuerit filius, ſicque is in locũ nepotis quempiam adoptare poterit, cum quaſi nihil noui hic inducamus fictione, cum in veritate eueniat, ſeu morte, ſeu emancipatione filium non habere, vel extra poteſtatem, & frui vita nepotem, ſub patriaque poteſtate conſiſtere.

n.47. *Adrogare nequit, qui non ſexageſimũ annum habet.*

Fortiùs obſtare videtur, quod adrogare nequeat, niſi ſexagenarius, vbi conſulto contraire dixeris Iuriſconſultum Vlpianũ ſententiæ dictæ l. adoptio 16. D. nam, cum aptior ſit ad generandum, & magis locum habeat natura in iuniore, iunior repellitur, ſexagenarius admittitur, l. ſi pater 15. D. de adopti. §. in adrogatione, ſed id diſſoluitur, ſi perpenſo iudicio notemus hoc aſſertum haud verum eſſe, quatenus ad naturæ imaginem, & iuris fictionem, quia falſum eſt ſecundùm eas aptiorem eſſe iuniorem ſexagenario, ſecus quatenus ad veritatem, & nõ ad actum adoptionis reſpicias, & cum hic agitur de fictione ſuſtinenda pares eos habemus, cum tam ſenex potuerit patris vicem ſuſtinere, quàm iuuenis, & ſi quis dicat certiùs tamen in eo hanc prædictam ſpem dari poſſe, attamen repelli ab adrogatione, cum aliquid pluris ei concedere deberemus, contra differendo licet, quod ad id, vt in aliquo naturæ locum habeat, non tamẽ præſentem potentiam, quæ actui proxima

ſit

ſit inſpiciendam, ſed potiùs, quamuis remotam ab actu potentiam tantũ, & tunc certiùs, & veriùs dicendum eſt, magis non ſolũ ſecundũ iuris fictionẽ, ſed ſecundũ veritatẽ naturæ fuiſſe, vt pater dicatur ſenex, fiatque, quam ille, qui ætate iuuenili pollet, rectiuſque ſtabilitum in ſene locum habere adoptionem, cum in eo etiam natura potius locum habeat, cum ferè ſemper ſenibus reperiatur, ac patris nomen omninò conueniat, & rectè, & ritè dixeris ſecundùm naturam, quod hoc nomen meliùs ſeni adaptetur, quàm iunioribus: ſic Titus Liuius lib. 1. decad. 1. ab vrbe condita, patres ob honorem, Senatores appellatos eſſe necnon Senatores, quia inter ſenes connumerabantur, vnde ſexagenarijs benè patris adoptiui nomen inditum, quoniam magis ſenibus hoc patris nomen adæquatur, quàm iuuenibus, cum magis illam parentis imaginem præſeferant. Virgilius aptè, lib. 2. Aeneidum: n.48. *Sexagenarius proprius patris nomen habet.*

*Subijt cari genitoris imago,*
*Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi,*
*Vitam exhalantem.*

Tamen obijci poterit hoc introductũ contra Reipublicæ benè conſtitutæ rationem, cum exponatur paternis curis, qui ob ipſam ætatem ab omni ſolicitudine procul abeſſe rationi conuenire dicatur, cum aliquantulum vlteriùs progreſſi propter ſenectutem à publica tutelæ cura ſeptuagenari liberentur, l. excuſatur 2. D. de excuſat. l. vn. C. qui ætat. §. item maior, inſt. de excuſat. n.49. *Septuaginta annis excuſatur, quiſque à tutela.*

tut. & alijs omiſsis, negotiorum ſollicitudinibus obnoxiam eſſe adoptionem, ex textu inſpici poterit in l. non aliter 18. D. de adoption. vbi adrogator ſatiſdatione obſtringitur, ad illud nempè, vt pupilli bona legitimis reddat, l. hæc autem 20. D. de adopt.

n. 50. *Adrogator ſatiſdare tenetur adoptiua bona legitimis reddendi.*

l. his verbis 19. D de adopt. ſed tutela onus, hìc tantùm honor, illam quaſi neceſsitate ſubimus, hanc ſpontè appetamus, meliorique fungitur adoptiuus pater ſorte fructuū particeps, vt pater ipſe naturalis, quibus, & alijs ita iura pater imitatur, vt neque rationibus præſtādis obligetur, quemadmodum

n. 51. *Tutor pupillum adrogare nequit.*

tutor, cum potius ab illis reddendis tutor liberaretur, ſi pupillum ſuum adoptaſſet, qua de cauſa hoc ei penitus interdicitur, l. nec ei permittitur 17. D. de adopt. quippè inter patrem, & filium, nulla cōſiſtit actio, §. ſi ſeruus, inſt. de noxalib. act. tamen priuignum ſuum licèt ipſi tutori adrogare, l. nonnunquam 32. §. fin. D. de adoption. rectè igitur ſexagenario remota omni ſuſpitionis nota permittitur adrogare, l. nec ei permittitur 17. §. item ei permittitur, D. de adoptionib. §. cum autem, inſt. de adoptionib. hæc omnia in Sergi Galbæ adrogatione concurriſſe fateris, cum ſ. Actus Imperator coràm Senatu habita priùs oratione,

n. 52. *Adoptio, ſeu adrogatio Galbæ Imperat.*

Piſſonem Licinianum adoptaſſet, qui cum ſui iuris eſſet, Galbaque ſupra ſexageſimum ætatis ſuæ annum duxiſſet, Galbæ roganti conceſsit, & ſe patriæ eius poteſtati ſubiecit Piſſo, extat exemplum in lib. 1. Hiſtoriarum Cornelij Taciti, c. 4. & 5. vbi

de

de moribus, atteque Piſſonis ita Galba. *Ex actus tua, quæ cupiditates adoleſcentiæ effugeris, ea vita in qua nihil præteritum excuſandum habeas.* De Piſſonis conſenſu eodem loco, hæc protulit: *Sermo erga patrem, Imperatoremque reuerens, de ſe moderatus, nihil in vultu, habituque mutatum &c.* Cum hæc nuncuparentur ſolemni modo in Senatu, vel in caſtris penes quos, & ſi nõ ſumma rerum poteſtas, huic rei ſufficiens, præcipuè concedente Imperatore, rectè adrogationem factam eſſe dicas, quippè, ſic olim coram populo fiebat adrogatio, ob id ipſum, quod Populus Romanus ſummam in ſe poteſtatẽ habebat; ex quo procedit hoc ſummæ poteſtatis ius, in Imperatorem translatum fuiſſe, etiam hodie ab Imperatore iure Romano exerceri, nuncque fieri adrogationẽ coram maioribus Magiſtratibus Principis Reſcripto illis remittentis cauſarum cognitionem docemur, l. generalis 2. D. de adoptionibus, per populum fieri adrogationẽ, etiam lege Curiata inſiſtente Principe, aliiſque modis refert Iacobus Reuardus lib. de Aucti Prudent. c. 6. de adoptionib. & ſi re vera Imperator Senatui ſuperior, tamẽ hoc palàm profiteri nolluere Romani Imperatores, potius Senatui ſe ſummittebant, quoties aliquam priſtinæ libertatis imaginem illi relinquere ipſis conducere animaduertebant.

n. 53. *Populi Romani ſumma poteſtas, & ſi ad Imperatores deuoluta.*

In adoptionibus quinque teſtes deſiderabantur, publicuſque tabellio, quippè actus legitimus eſt, cum Prætor quam in teſtamẽtis,

n. 54. *Adoptio actus legitimus, eiuſque*

*que ſolemnitates, inter quas quinque teſtiũ numerus.*

tis, in reliquis legitimis actibus hic teſtium ſufficiat numerus, l. ſi quis pro donatione 36. §. fi. C. de donationib. §. fin. inſt. de codicill. l. actus 23. D. de reg. iur. in alijs pluralis locutio duorum, vel trium teſtium numero contenta eſt, l. vbi numerus 12. D. de teſtib. ſed tam in propoſito adrogationis exemplo, vbi Piſſo ab ipſo Imperatore adrogatur, l. ſed etiam 2. D. de off. Praet. quod contrarium naturæ imagini dixeris, quibus aſſertum poſſe tunc Principem, tunc Magiſtratum apud ſe quempiam accipere in adrogationem, vel ſe ipſum (nam re vera Galba Senatu ſuperior, l. 1. D. de conſt. Princip. §. ſed & quod, inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.) alij dare, quoniam magnopere naturæ obſtare videtur; vt quis duarum perſonarum vicem ſuſtineat, Principis, & Patris adrogatoris, eius apud quem fit adrogatio, & adrogantis? Sed non ſolùm id permittitur, ſed etiã iure obtinet, vt duæ perſonæ in priuato inſpiciantur, & diuerſo modo vna quoque alterius perſonam repræſentat, perſonaque patris filij reputetur, & aliquando contra: l. ſtipulator 38. §. hi qui ſunt, D. de verb. oblig. §. ſi quis alij, inſt. de inutilib. ſtipulat. D. de his qui ſunt ſui, vel inſt. per quas perſo. nob. oblig. & inſtit. per quas perſon. nob. adquir. & in propoſito caſu multo magis, & meliùs perſonæ publicæ hoc ita conceſſum, vt duarum perſonarum vice fungatur; neque hoc, aut illo caſu id introductum abſque naturæ ratione, ſecundum ipſe eius imaginem; nam perſonæ fictio,

n. 55. *Pluralis locutio regulariter duobus contenta teſtibus.*

n. 56. *Imperatorẽ adoptare, & ſe in adoptionem dare, & Magiſtratũ, cui hæc facultas, à lege permittitur, vel Imperatore.*

n. 57. *Perſonas duas, quis ſuſtinere poſſe, & agere.*

n. 58. *Publica perſona duas repræſentare poſſe.*

ctio, quæ intellectu percipitur, ſecundum rationem procedit: ergo, & ſecundum hominis naturam. Aliud eſſet ſi duorum corporum quis vicem gereret, quod erat de natura impoſsibile, ſecus fit in perſona, quæ eſt fictio iuris, illud verò certum quid, quod tangi poteſt, l. hæreditas 50. D. de pet. hær. § fin. inſt. de reb. corp. & incorp. l. bonorũ 49. § fin. D. de verb. ſignif. perſonæ fictio, vt inſinuaui in hæreditate, l. hæreditas 62. D. de regul. iur. l. nihil aliud 24. D. de verb. ſignif. l. hæreditas 61. D. de adquir. rer. domin. recte igitur aliud in corpore ſeruatur, quippe ius naturam mutare nequit, ideoq; dicimus corpus patris non eſſe filij corpus, & ideo aſſerendum non an dua corpora diuidi Principem, vel Magiſtratum, cum ſe ipſum dat, vel aliquem recepit in adoptionem, vt prædicant iura, l. quod meo 18. D. de adquir. poſſ. l. poſſideri 3. § cæterum, D. de adquir. poſſ. quibus, & ſimilibus ſemper de perſona repræſentanda agitur, & nulla iuris parte, de corpore, cum ius ciuile illud ſit, quod neque in totum à natura recedit, neque per omnia ei ſeruit, l. ius ciuile 6. D. de iuſt. & iur. quapropter non refragatur naturæ ſecundũ prædictam diſtinctionẽ Principem, & Magiſtratũ duarum perſonarum vicem ſuſtinere, in cuius legis enodatione lapſus Donelli videtur dicentis poſſe dare ſe Magiſtratum in adoptionem, alium verò in adoptionem nequiuiſſe, l. 1. D. de auctor. tut. vi... ...orem, & alium quemlibet in ſua cauſa auctorem eſſe nõ poſſe, cum aliud ſit

n. 59. *Perſonas duas, quem repræſentare poſſe, non dua corpora.*

n. 60. *Perſonam priuatam regulariter duas perſonas repræſentare non poſſe.*

ſit publicū munus, quod ad priuatorum vti-
litatem expectat, aliud publicum ius, quod
ad publicam vtilitatem abſque vllo ambi-
tu pertinet, & in Principe, & Magiſtratu cō-
ſiſtit, aliud de perſona tutoris tenetur, aliud
de Principis perſona, & Magiſtratus expe-
ctatur ita vt vtrumque poſsit facere, vel ſe
in adoptionem dare, vel quempiam acci-
pere: nec obſtat, quod in ſua cauſa fiat actor,
nam cum è Reipublicæ ſtatu id ſit, in rebus,
quæ ad publicum ſtatum expectant, illis id
permiſſum, qui ſuperiorem non agnoſcunt;
l. & hoc Tiberius 41. D. de hæred. inſtit. &
toto titulo ne quis in ſua cauſa, C. & ibi Do-
ctores, & Paulus, in Conſule idem probat,
vnde in quibus id à iure, & Principe conceſ-
ſum, vt in Magiſtratibus, l. ſi Conſul 3. D. de
adoption.

n. 61. *Senatorem poſſe adoptari à plebeio, & ſi olim inter hos nuptiæ prohibitæ.*

Videamus vltra, qua iuris ratione, quaq;
naturæ imagine liceat plebeio, Senatoriæ
dignitatis virum adoptare, cum neque in-
ter plebeios, & Senatores iuſtæ nuptiæ olim
fuiſſent. Sic lege Duodecim Tabularum
cautum Dionyſius lib. 11. refert, & Vlpia-
ni teſtimonium extat, l. ſi quis in Senato-
rio 27. D. de ritu nupt. l. cum legitimæ 19.

n. 62. *Senatorem libertinæ conditionis vxorem ducere non licere.*

D. de ſtatu homin. vbi neque libertina ex
media Iuriſprudentia, neque olim ex pri-
ma plebeia Senatorio viro, iuſtæ vxoris no-
mine copulabatur, et ſi contra factum eſſet,
eo plectebatur Senator, ne iuſta habere-
tur vxor, nec filij in eius poteſtate mane-
rent, donec dignitatem amitteret, & quo-
dam poſtliminio omnia debita matrimonij af-

fectio-

fectioni redderentur, auſpitia plebeis interdicta; ideoque Conſules fieri, ex Tito Liuio, decad. 1. lib. 3. ex quo maximè cognoſces apud Romanos longè à Patritijs, & Senatoria dignitate plebeiorum ſtatum diſtare; & cum ſic ſe res habeat, tamen Iuriſconſultus Paulus iuri conueniens prædicat, poſſe plebeium Senatorē adoptare docens per adoptionem non magis minui dignitatem, l. per adoptionem 35. D. de adoptionib. Eius tamen ſententiæ proprius aliæ Iuſtiniani refragatur, §. filius familias, inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. vbi propter Patritiatus dignitatem; deinde omnes perſonas, quas à Curia liberauit à patria quoque poteſtate liberat, etſi in adoptione idē procedere hoc nouiſsimo iure, cum de Digeſtorum iure agamus dicas, tamen Digeſtorum iuri ſaltem obſtare videri eandem rationem: ergo cum indecorum, aut minus conueniens Principi videatur filium conſtitutū in patria poteſtate, in patria poteſtate manere, multò magis Senatorem, in adoptionem, & plebeiorum poteſtatem redigere negare dicas, etſi aliter olim malè cautum conſonant iura, Nouell. conſtitutio, quæ de dignit. §. illud, & §. generaliter, &c. quo principio perſonæ publicæ libertas apparet, vnde qui publicam perſonam gerit, etiam aduerſus patrem agere, & negotium gerere poteſt, l. nam quod 14. D. ad Senat. Trebell. l. filius familias 9. D. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. 1. §. fin. D. ne filius pro pat. propter quas iuris regu-

n. 63. *Senator propter dignitatē, an exeat à patria poteſtate.*

n. 64. *Magiſtratum aduerſus patrē agere poſſe.*

las

n.65. *Adoptiui filij, & naturalis commoda comparantur.*

las contra Paulum ſtare videtur, neque rationi, neque naturæ conuenire plebeiū Senatorem adoptare, rationi ob dedecus Senatorium, naturæ ob ipſius nobilitatis viciſitudinem, imaginem, & repræſentationem! At ſi exacte rem excutiamus, ſimulque coniiciamus, & conferamus vtriuſque poteſtatis vtilitatem, & iura, reperies diuerſum eſſe veræ patriæ poteſtatis vinculum, aliudque adoptionis beneficium ſentire, nā,

n.66. *Patria poteſtas leuis in filio adoptiuo.*

etſi patriæ poteſtatis, naturaliſq; patris imperium graue in filio naturali exiſtit, leue, ſanè, & fauorabile in adoptiuo filio, & adoptantis patris poteſtate reperietur. Quōdā, vt ſæpè diximus, ius vitæ, necíſque in filio naturali patri fuit propriū, l. in ſuis hæredibus 11. D. de liber. & poſth. l. vlt. C. de patr. poteſt. quod hodie ſatis temperatur, dum cogitur pater filium emancipare, quem atrociter exagitat, l. vlt. C. ſi à patr. quis. cum ducere tamen, quo velit poteſt. l. deinde 3. D. de lib. exhib. omnia olim ſine exceptione patri adquirebat, §. 1. inſt. per quas perſ. nob adqui. nec famæ, nec ſtatui filij pater naturalis ſumma cōſtitutus paupertate parcit, cum ob hanc cauſam eum vendere poſſit, l. vlt. C. de patrib. qui fi. l. diſt. hæc eſt illa poteſtas patria, qua filius naturalis tenetur, qua liberari non minimum beneficium eſt. Simul videndum, quid talis filius naturalis emancipatione conſequatur, vt rurſus etiā in eo huic patriæ poteſtatis effectui, & progreſſui, qui reperitur in filij naturalis emancipatione comparemus filij adoptiui emā-

n.67. *Patria poteſtas in filio naturali grauis.*

n.68. *Patri peculia quatenus, & bona per filium adquirebantur.*

cipationis comparemus filij adoptiui eman cipationis beneficium: vt ſic diſcrimen vtriuſque poteſtatis cognoſcere poſsimus, nexu patriæ poteſtatis diſſoluto quondam patris naturalis bona profectitia ſine vlla diſtinctione fuere, quod & hodie obtinet: caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia, non ita hodie media iuriſprudentia, nam Duodecim Tabularum tempore etiam hæc patri adquirebantur, poſteà iure ſingulari ea filius habuit: in aduentitijs emancipationis beneficio tertia eorum parte priuabatur, patriſque ob emancipationis gratiam remanebant, cum partis eius proprietate. hodie verò, vt annotaui, quidquid profectitium eſt ad patrem reuertitur, nam ſic olim quoque obſeruatum, at verò bona aduentitia filij ſunt, eiuſque manent poſt emancipationē, tantùm ampliori fruitur ſumma pater, cū ei dimidia pro tertia parte concedatur, ea nempè conditione, quod tantùm dimidiā vſusfructus partem habeat, non vt olim aliquid proprietatis, l. 1. C. de bon. matern. ſ. igitur, inſtit. per quas perſon. rurſus in adoptione nullum notum grauamen, vnde magis optabilis adoptio, imò nequaquam permittenda emancipatio filij adoptiui, niſi iuſta ſubſit cauſa, in ea primas fert adoptio, quod in ea patrem diuitem quærimus probum eligimus, at in patris naturalis poteſtate ſors, aut naturæ viciſsitudo operatur, quod ſi tamen ſumma ſit prouidentia, non minus ea diuina prouidentia interuenit, cū quid rationis ope fit, aut eligitur, l. nec ei per-

n. 69. *Peculi aduentitij pater naturalis fructuum medietatem retinet emancipatione, non æquè adoptiuus pater.*

n. 70. *Adoptionis Iudicij opus, an præcellat generationis beneficium.*

permittitur 17. D. de adoptionib. niſi non immeritò obijcias, quadam præcipua dilectione nos in obſequijs patris naturalis teneri, & magnitudine beneficij in generatione, idque patriæ poteſtatis onus leuare, iugumque tollere, nodumque laxare, etſi hæc ita auſus eſt Seneca contra diſſerere, lib. 3. de Beneficijs, cap. 2. non, vt minus parentibus grati ſimus, ſed vt contendamus illos beneficijs vincere, ibi: *Ego mihi vitam tibi dedi conſumatam perfectam; tu me expertem rationis genuiſti, onus alienum, vis ſcire, quam non ſit magnum beneficium ſic dare? Si expoſuiſſes nempè iniuria erat genuiſſe, quo quidem colligo minimum eſſe patris, matriſque concubitum, niſi acceſſerint alia.* Educatio, exemplum, vita, mores in patre adoptiuo magni debent haberi, tamen dixeris patri adrogatori bona adquiri? l. qui ex liberis 11. §. teſtamento, D. de bonor. poſſeſ. l. ſi dominiū 48 D. de furtis. Sed ita adquiruntur, ſiue tenentur ab eo, vt ſatiſdatione tradantur redditura, ſi deceſſerit filius eius legitimis, ſin verò emancipetur, adoptans præmoriatur, ipſi filio adoptiuo omnia ſua ſunt reſtituenda, cum quarta parte bonorum patris, neque retinet pater ob emācipationis adoptiui filij pretium aliquod ex eius bonis, cū ſecus ſit in naturalis filij emancipatione, integra æſtimatione, procul ab omni imperi atrocitate in familia tenetur, ita non ſolùm non illibatis bonis, ſed cum ſine cauſa emancipatur his auctis patria liberatur poteſtate adoptiuus, l. ſi adrogator 22. D. de

n. 71. *Adoptione filij adrogati bona apud patrē, ſed cum ſatiſdatione de illis reddē dis legitimis.*

de adopt. §. ſed hodie, inſt. de adopt. Quartam Diui Pij ei debetur, l. Papinianus 8. §. ſi quis impubes, D. de inoff. teſt. bona ſatiſdatione ſemper ſecura, l. his verbis 19. D. de adopt. Sic me reſpondiſſe exiſtimo, præcipuè obiectioni, quæ circa filij adrogati vtilitatem verſatur, cum diues plebeius tamen Senatorem adoptat, cum pauperi non permittatur, l. nec ei permittitur 17. §. & primum quidem, D. de adopt.

Videamus deinde, quid dicendum, de ipſius Senatoris decore: an id poſtulet Senatoria dignitas? Et ex huius rei examine, non lædi dignitatem, & decus Senatoriam dixeris; quippè ſanguinis puritati haud offendit adoptio, adoptiui moribus ſatis prouiſum, cum tota cauſa Magiſtratuum cognitioni ſubiaceat, l. cum eum quem 3. C. de adoptio. Principis Reſcriptum præcedit, l. adrogationes 6. C. de adopt. l. generalis 2. §. Principis, D. de adopt. l. in adoptionem 8. C. de adopt. poteſtas denique patria in patribus adoptiuis, nec latus vnguis a lege diſcedere poteſt, nullæ patriæ poteſtatis reliquiæ in adoptiuo poſt emancipationem; l. ſi pater 15. §. in adrogationem, l. neque ei permittitur 17. D. de adopt. æquè filiū, aut facilius, ſic prouiſum, vt emancipare cogatur, quem exagitat, l. vn. D. ſi à parent. quiſ, litigium circa Dignitatē, & decus ex prædictis ſedatur, cum id legibus conceſſum, & ratione monſtretur, cum vna eademque ratio communis vtrique ſit, tā in permittendo connubio, inter Plebeios, & Senatores,

n.72. *Adoptione Senatoris Principis Reſcriptum interuenit.*



res,

res,quàm inter eos,& Senatores in adoptione permittenda; hæcque non minus difficilis,cum in ſingulis his adoptionibus Magiſtratuum cognitio Principis Reſcriptum interueniat. Plus eſt nuptias, cum plebeis iuſtè contrahere, minus adoptionem conſequi,& peragere, illius cauſæ effectus vicē ſortitur adrogatio;ſed cum ſui ſimilē,quiſque generare ſoleat, aduerſus naturæ imaginem dixeris conſtitutum, quod Senator à plebeio adoptetur? Si naturam conſulimus,non ſemper hoc ita procedit,nam nō eſt certum meliores patres filijs ſuis ſemper exiſtere,quippè ſæpènumero præſtātior filij virtus,quam patris,etiam in rei veritate animaduertimus. *An quiſquam* (inquit Seneca lib. 3. de benefic. c. 32.) *Ariſtonem,& Gryllum,niſi propter Xenophontem,ac Platonē filios noſſet Sophroniſcum,Socrates expirare non patitur,cæteros enumerare longum eſt, qui viuunt ob nullam cauſam aliam, quam, quod illos liberorum eximia virtus tradidit poſteris.* Ergo, neque ſanguis, neque fama, neque facultates,neque natura,corrumpitur,læditur, dilabuntur,offenditur adrogatione à plebeio facta, vt docemur l. per adoptionem 35. D. de adopt. nā nobilitas eo reſpicit, vt ſit quædam præclaræ indolis coniectura,futurorūque facinorum præſagiū, quæ vbi pulchrà euenere non minus laudabilis eſt, nouitatis obies,quam index nobilitatis. Iuuenalis rectè Sat. 8.

n. 73. *Senator plebei adoptione nihil ex fama,& dignitate amittit.*

*Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos.*

Propria laude Senator cenſetur, neque per ad-

adrogationē, vt retulimus obſcuratur, ſuæ nobilitati incumbit, quod de ſe Alexander dicebat, de illo dici poteſt: *Dabo nobilitatem in nobilibus locis*. Quibus eadem penè ratione in vtraque adoptionis ſpecie certā eſſe noſtri textus mentem apparet, d.l.adoptio 16. D.de adopt. quas duas ſpecies non raro ſub generico adoptionis nomine Iuriſconſulti comprehendunt, adoptio tamen ſpecialiter ſumpta pro ea dicitur, qua pater liberum ſub eius poteſtate conſtitutum alij dat in adoptionem, fitque coram Procōſule, aut Præſide in Prouincia, at verò in Romæ Ciuitate coram Prætore, aut Conſule, præſente patre naturali, vnaque patre adoptante, l.emancipari 36.l.poſt mortem 15. §.vlt. D.de adopt. quorum conſenſus parentum maximè deſideratur, ſimulque filij, qui datur in adoptionem patientia, ſiue concedentis, ſiue non contradicentis, l.in adrogationibus 5.D.de adopt. Adrogatio Principis Reſcriptum deſiderat, l.in adrogationibus 6.l.in adoptionibus 8. D.de adopt. cauſæ cognitionem ex Principis voluntate delegatam, d.l.in adrogationibus 5.D.l.interdum 2.C.de adopt. conſenſum tam patris, quā ipſius filij expreſſum, qua de cauſa infans ne quid adrogari, l.ſi pater 29. D.de adopt. ætatem in patre, quæ præcellat decem, & octo annis filio, prout in adoptione, & illud amplius in adrogatione, vt pater adrogator ſexagenarius ſit, l.nec ei 17. D. de adopt. Quibus omnibus nec naturæ imaginem deſiderabis, tamen in his naturæ dif-

n.74. *Adoptio, & adrogatio corā quibus Magiſtratibus regulariter fiant.*

n. 75. ferentias, & adoptionis notas, vnde eſt ergo differentia ſimilitudinem eſſe negas? Imò contra, ex differentia inter adoptionem & ipſam naturam Pauli ſententia firmiſsima patet. Quippè cum adoptionem imitatricem eſſe naturæ diximus, oportuit non ipſam eſſe naturam, aliud ſit adoptio, aliud natura, vt poſsit naturæ imaginē eſſe adoptio. Ita hæc Plato diſtinxit Seneca retulit lib. 8. epiſt. 66. *Quinque ergo cauſæ ſunt, vt Plato dicit, id ex quo, id à quo, id in quo, id ad quod, id propter quod, nouiſsimè, id quod ex his eſt, tanquam in ſtatua (quia de hac loqui cæpimus) id ex quo æs eſt, id à quo artifex eſt, id in quo forma eſt, quæ aptatur illi, id ad quod exemplar eſt quod imitatur, is qui facit id propter quod facientis propoſitum eſt, id quod ex iſtis eſt ipſa ſtatua.* Ad id ergo, vt naturæ imago ſit adoptio, ſicut iam prædiximus, intereſt non ipſam eſſe naturam, nam id ad quod oportet, vt natura habeatur, adoptio verò id quod ex his reperiatur: & facilè ad efficientem, materialem, formalem, & finalem cauſam has Platonis reduces. Vniuerſam penè adoptionis materiam, eiuſque quæſtiones, quodam obiectionum artificio complexi ſumus, l. adoptio 16. D. de adopt. placuit aperto cœlo, & campo vagare, vt vtilitatis fructum voluptate mixtum perciperemus:

*Similis non eſt idem, cum eo quod imitatur.*

*Ouidius lib. 6. Metam.*

*Planus erat, lateque patens prope mœnia campus*
*Aſsiduis pulſatus equis, vbi turba rotarum,*
*Duraque mollierat ſubiectas vngula glebas.*

CA-

# CAPVT XVI.

**SVBTILIS EXTRA Donelli, & Cuiatij emendationẽ interpretatio ad Vlpiani textum, l. in omnibus 43. D. de ſolut. & Imperatoris Gordiani, l. intelligere 2. C. de luit. pignor. quam Antonius Faber lib. 7. coniectur. cap. 18. inſinuat, & cum additamento exponitur.**

## SVMMARIVM.

Debitoris principalis liberatione perſonæ, res, & rei præſtationes euaneſcunt ipſo iure, aut exceptionis ope, regulariter. n. 1.

Debitoris principalis perſonam eximi ſolet a-

ctioni, & fideiuſſorem obligatum manere, quia non liberatio contingit ſolutione. n.2.

Deportato principali debitore fideiuſſor actione tenetur. n.3.

Fideiuſſoris culpa, extincto ſeruo promiſſo liberatur, & ſtipulatione fideiuſſor tenetur. n.4.

Debitor rei casus fortuitos præſtare non tenetur. n.5.

Pignora liberantur, ſolutione debitoris. n.6.

Pignoris ſubmota perſonali actione, pignoris vincula manent ſeu pignoris obligatio. n.7.

Reo principali liberato, quia ſoluendo non eſt, vel à tertio perdita re pignoris, perſonali actione perempta; manet obligatio, & realis hypothecaria ex pignoris iure. n.8.

Pignoris iura quadraginta annis præſcribuntur. n.9.

Expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. non eſſe petendam ſolutionem à l. cum notiſsimi 7. C. de præſcript. trigint. vel quadr. ann. n.10.

Pignoris obligatio re contrahitur cum conuenerit inter partes rem pro debiti ſolutione teneri. n.11.

Pignoratitia & contraria debitori, & creditori competunt perſonales actiones. n.12.

Hypothecaria, quæ etiam quaſi Seruiana dicitur Prætoria realis actio creditori competit ad pignora perſequenda. n.13.

Expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pig. Antonij Fabri ſolutio probatur. n.14.

Perſonalis actio eximi poteſt, & manere pignoris obligationem. n.15.

Pignoris poſſeſſor creditor tenetur lata vel leui culpa in committendo. n.16.

Obli-

*Obligatione naturali permanente pignus conſiſtit, & durare poſſe.* n. 17.

*Pignoris iura etiam abſque obligatione naturali permanere poſſe.* n. 18.

*Hypothecaria durat pignore extincto dum vtiliter contractum fuiſſe probetur, donec debitum ſoluatur, & eſt differentia inter pignus & fideiuſſorem hoc caſu Faber.* n. 19.

*In expoſitione l. intelligere 2. C. de luitione pign. negationem inducit Donellus.* n. 20.

*In expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. ſubmouere actionem exemplo, l. 1. C. de luit. pig. aſſerit Cuiatius.* n. 21.

## Vlpianus.

***In omnibus ſpeciebus liberationum, etiam acceſſiones liberantur: puta ad promiſſores, hypothecæ, pignora præterquam, quod inter creditorem, & ad promiſſores confuſione facta reus non liberatur.***

## Imperator Gordianus.

***Intelligere debes vincula pignoris durare perſonali actione ſubmota.***

VLpianus. Liberato principali debitore, fideiuſſores, mandatores, & qui ſe pro

eô conſtituerunt, nec non pignora, & hypothecæ liberatur, nullæque rerum præſtationes, quæ extrinſecus accedunt manent: ſed excipitur fideiuſſoris perſona, ſi hæres creditori ſit, vel creditor fideiuſſori ſuccedit: quo priora confirmantur, cum eo caſu reus principalis obligatus exiſtat. Vnde euenit, non ex principalis liberatione fideiuſſorem liberari, ſed actionum confuſione, inter fideiuſſorem, & creditorem, reumque principalem obligatum manere fideiuſſori, qui creditori ſucceſsit. *Imperator Gordianus.*

Quamuis creditoris culpa leui in omittendo, à quo lite pignus auocatum eſt à tertio, vel ſeruo pignorato occiſo, abſque ipſius creditoris culpa lata, vel leui in omittendo, vel quia debitor ſoluendo non eſt, extincta ſit perſonalis actio, ſiue pignoratitia cõtraria, vel quæcumque alia perſonalis actio aduerſus debitorem, vel tertium, certum eſt pignoris vincula manere, obligatione aduerſus debitorem, qui ſoluendo non eſt, & quaſi Seruianam, ſeu hypothecariam aduerſus pignoris poſſeſſorem, quæ quaſi Seruiana, vel hypothecaria eſt Prætoria realis actio ad ius pignoris perſequendum, quod eſt in re diſtinctum, ab ipſius rei dominio aduerſus rei poſſeſſorem, vel ſerui pignorati homicidam, ideò quia prædictis caſibus, & ſi perſonalis actio ſubmouetur, non æquè obligatio ciuilis, vel naturalis, qua propter euenit, vt debitor principalis, non prorſus liberetur & conſiſtente obligatione, nec pignus liberatum eſſe videatur, ſeu potius, & ſi

ſiue perempta pignoris iura manere. Vlpianus l. in omnibus 43. C. de ſolutionib. Imperatur Gordianus l. intelligere 2. C. de luitio. pignor. Principalis debitoris liberatione, perſonæ, aut res, & ex rebus præſtationes, ſiue ipſo iure principalis, ſiue ope exceptionis, quæ acceſſere liberantur, ipſo iure, vt noſtro Vlpiani textu dict. l. in omnibus 43. D. de ſolutionib. exceptionis ope, l. ex perſona 43. D. de fideiuſſor. & mandatoribus. Sed hoc regulariter, quippè nonnunquam euenit, vt principalis debitoris perſona eximatur, & fideiuſſor obligatus maneat, hoc ideò, quia non liberatur ſolutione, vnde creditori non eſt ſatisfactum. Pone exemplum, cum debitor principalis bonorum amiſsione ab actione eximitur, quo caſu, cum debiti obligatio maneat creditori fideiuſſor tenetur. Pomponius l. fin. D. de duobus reis conſtituend. ibi *Multum enim intereſt vtrum res ipſa ſoluatur, an perſona liberetur, manente obligatione.* In fine: *Ideò ſi aqua & igni interdictum eſt alicuius fideiuſſor poſteà ab eo datus tenetur.* Etiam liberato principali ex fideiuſſoris culpa, vel mora, l. mora rei 88. D. de verbor. obligationibus, ibi: *Sed ſi fideiuſſorem hominem occiderit, reus liberatur, fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt.* Eximitur enim debitoris perſona, & ſi teneretur ex ſtipulatione ſeruum præſtare; cum abſque eius culpa à fideiuſſore occiſus ſit, quia mortis caſum nec præſtare tenetur, l. contractus 23. D. de reg. iuris, l. ſi ſeruum 91. §. nunc videamus, D. de verbi oblig.

n. 1. *Debitoris principalis liberatione perſonæ, res, & rei præſtationes euaneſcũt ipſo iure, aut exceptionis ope regulariter*

n. 2. *Debitoris principalis perſona eximi ſolet actioni, & fideiuſſorem obligatum manere, quia non liberatio contingit ſolutione.*

n. 3. *Deportato principali debitore fideiuſſor actione tenetur.*

n. 4. *Fideiuſſoris culpa extincto ſeruo promiſſo, reus liberatur, & ex ſtipulatione fideiuſſor tenetur.*

n. 5. *Debitor rei caſus*

*ſus fortuitos præſtare nō tenetur.*

n. 6.

*Pignora liberātur debitoris ſolutione.*

n. 7.

*Pignori ſubmota perſonali actione vincula pignoris manēt ſeu pignoris obligatio.*

n. 8.

*Reo principali liberato, quia ſoluendo nō eſt, vel à tertio perdita re pignoris perſonali actione perempta manet obligatio, & realis hypothecaria ex pignoris iure.*

obſig. liberato denique principali non minus, vt inſinuaui, pignora, vel hypothecæ liberantur, quod etiam complectitur noſtri textus ſpecies, dict. Vlpiani l. in omnibus 43 D. de ſolution. tamen Imperatoris Gordiani obijcitur textus dict. l. intelligere 2. C. de luit. pignoris, ibi: *Intelligere debes vincula pignoris durare perſonali actione ſubmota.* Submota perſonali actione dicitur non liberari pignus, ſubmota principali actione, pignoris, acceſsionem non liberari: ergo principalis debitoris liberatione, acceſsiones non liberantur? Quibus reſpondes, non videri liberatum eſſe principalem debitorem, hoc ideo, quia non dixit Gordianus, ſoluto debito, & extincta obligatione: *Vincula pignoris durare.* Sed perſonali actione ſubmota, vincula pignoris durare, quod eſt maximè diuerſum, nam principalis, & ſi actione liberetur, quoniam ſoluendo forſitan non eſt, vel quia pignus abſque ipſius debitoris culpa in creditoris poteſtate à tertio perditum, vel deterioratum fuerit, obligatio debiti manet, quæ eſt pignoris vinculum, & ſi actione perſonali puta contraria pignoratitia, vel ex ſtipulatione debitor principalis liberetur, vnde ſubmota perſonali actione, creditori, quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria conſiſtit, nec pignoris acceſſio prorſus euaneſcit, cum principalis obligatio vigeat. Quo Gordiani dict. l. intelligere 2. C. Vlpiani textu conſonat, l. in omnibus 43. D. fuere tamen, qui hanc Gordiani legem aliter conciliare Vlpiani legi ten-

ta-

ſtarent: nempè aſſerentes præſcriptione triginta annorum, poſſe perſonalem creditoris actionem ſubmoueri, & per alium decennium ei manere pignoris vincula, & obligationem, & inde realem Prætoriam hypothecariam actionem. Iuſtinianus l. cum notiſsimi 7. C. Anaſtaſij, l. omnes 4. D. de præſcript. trigin. vel quadr. ann. ſed malè quippe Gordianum Imperatorem fuiſſe conſtat, antè Anaſtaſium, qui primus triginta annorum præſcriptionē perſonali actioni opponere decreuit, l. ſi cui in rem 3. l. omnes 4. C. de præſcript. trigint. vel quad. annor. & multo magis ante Iuſtinianum, l. cum notiſsimi 7. C. eiuſd. titul. quarè non ab illis legibus fuit petenda ſolutio, dicti Gordiani intelligere 2. C. de luit. pign. his permiſsis iuris aliqua principia attingenda, quibus tota nititur quæſtio. Quoties, quis debitor accepta pecunia pignoris iure, nuda pactione rem creditori obligauit, tradit, re creditor directa pignoratitia tenetur ad rem pignoratam reſtituendam, ſoluto debito, debitor contraria pignoratitia ad damna, vel impenſas in re pignorata ſoluendas, quæ actiones ſunt perſonales ciuiles, etſi ſtipulatio interuenit, non minus ea agere poteſt creditor, §. fin. inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig. l. 1. §. fin. D. de pignor. actio. tamen ex ſimili pactione oritur, & competit creditori realis Prætoria actio, ad pignora, hypothecaſque perſequēdas, à quocumq; poſſeſſore, nam ius Prætorium adiuuare, ſupplere, vel corrigere ius ciui-

n. 9. *Pignoris iura quadraginta annis præſcribuntur.*

n. 10. *Expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. nō eſſe petendā ſolutionē à lege cū notiſsimi 7. C de præſcript. tri. vel qua. an.*

n. 11. *Pignoris obligatione re contrahitur, cū conuenerit inter partes rē pro debiti ſolutione teneri*

n. 12. *Pignoratitia, & cōtraria debitori, & creditori, competunt perſonales actiones.*

n. 13. *Hypothecaria, quæ etiam quaſi Seruiana dicitur Prætoria realis actio cre-*

*tori cõpetit ad pignora perſequenda.*

ciuile ſolet, l. ius autem 7. §. ius Prætoriũ, l. ius pluribus 11. D. de iuſt. & iur. §. item Seruiana, inſtitut. de actionib. his inſpectis, magis, ac magis Gordiani Imperatoris tex-

n. 14.

*Expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. Anto. Fabr. ſolutio probatur.*

tui lucem permittes, dict. l. intelligere 2. C. de luit. pign. & expoſitioni Antonij Fabri, quam ſecuti ſumus, cum hiſdem iuris principijs nitatur, lib. 7. coniect. cap. 18. aſſerentis receptum eſſe perſonalem actionem

n. 15.

*Perſonalis actio eximi poteſt & manere obligationẽ pignoris.*

eximi pignoratitiam, vel contrariam, aut ſtipulationis, ſi ſtipulatio interuenit, vel aliã quamcumque, & obligationem hypothecariæ, vel quaſi Seruianæ manere, nam etſi Antonius Faber non tanta quæſtionis perſpicuitate, minus iuris principijs moratus,

n. 16.

*Pignoris poſſeſſor creditor tenetur lata, vel leui culpa in cõmittendo.*

tamen exẽplis docet, id quoq; procedere, ſi debitor non eſt ſoluendo, & pignus ex tertij culpa perit, vel ſubreptum eſt, æquè abſq; creditoris culpa, pignoris obligationem non perire: abſque culpa, inquam, qua creditor non tenetur leuiſsima, quippè pignus ex illis res eſt, quæ creditoris, & debitoris gratia conſtituuntur, §. fin. inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. l. quod Nerua 32. D. de poſit. vel cont. l. mandatũ 2. D. mandat. vel contra pignoris vincula durare, cõprobat Faber perſonali ſub mota actione, l. qui occidit 30. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. ſi ſuperatus 3. in princ. §. 1. l. ſeruum quem 27.

n. 17.

*Obligatione naturali permanente pignus cõſtitui, & durare poſſe.*

D. de pignorib. l. ſi per imprudentiam 51. D. de euict. l. debitor 59. D. ad Senat. Trebellian. l. Stichum, aut Pamphilum 95. §. ſi mandata, D. de ſolutionib. quod nec nouũ eſſe teſtatur, cum etiam naturali obligatio-



Digitized by Google

ni pignus excedere poſsit, & quod mirum eſt, etiam permanere pignoris iura naturali perempta obligatione, exemplo l. debitor 59. D. ad Senat. Trebell. & vltra tendit, dari hypothecariam, abſque pignoris vinculis, l. ex ſextante 30. §. latiùs largus, D. de except. rei iudic. nam ius pignoris extinguitur, cum rei pignoratæ dominus ſit creditor, & ſibi res propria obligata eſſe nō poſsit, l. neque pignus 45. D. de regul. iuris, l. ſi rem alienam 29. D. de pign. actio. durat tamen hypothecaria, & ſi non ſit pignus, & ſufficit probare ius pignoris vtiliter contractum fuiſſe, in quo eſt differentia inter ius pignoris, & fideiuſſorem, qui prorſus liberato debitore principali liberatur, hypothecaria durat, & ſi pignus extinguatur, donec debitum ſit ſolutum, l. cum quis 38. §. vlt. D. de ſolut. ſic Antonius Faber, quem mihi propoſui ducem, & non abſque rationis cauſa, vt mea fert opinio, cum Donellus verba textus emendet, lib. 16. commentar. cap. fin. negationem inducens dict. l. intelligere 2. C. de luit. pign. addita negatione (non) vt ſit ſenſus pignoris vincula non durare perſonali actione ſubmota, cum Iacobus Cuiatius lib. 5. obſeruat. cap. 32. caſum ita figuret, vt teſtator, qui pignus obligaret duos relinqueret hæredes, ex quibus vnus pro ſua hæreditaria portione, debitū ſub pignore à debitore contractum ſoluit: euenit ergo, vt liberetur hæres perſonali actione, qua tenebatur, ex teſtatoris perſona, tamen obligatus maneat hypothecaria,

qua

n.18. *Pignoris iura etiam abſq; obligatione naturali permanere poſſe.*

n.19. *Hypothecaria durat pignore extincto dum vtiliter contractum fuiſſe probetur, donec debitū ſoluatur, & eſt differentia inter pignus, & fideiuſſorem hoc caſu Faber.*

n.20. *In expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. negationē inducit Donellus.*

n.27. *In expoſitione l. intelligere 2. C. de luit. pign. ſubmoueri actionē exēplo, l. 1. C. de luit. pign. aſſerit Cuiatius.*

Digitized by Google

qua indiuidua actionis cauſa inſolidum hæredes tenentur, nam perſonalis actio diuiditur inter hæredes, non verò pignoris iura, & realis hypothecaria. Papinian. l. rem hæreditariam 65. D. de euictionib. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. hæred. ſicque cum principale conſiſtat ius pignoris, nec acceſsiones liberantur ab eius obligatione, quibus Cuiatij, nec obijci ſatisfacimus, dict. l. intelligere 2. C. de luit pig. cum magis eã Gordianum ſenſiſſe dicas de actione tota penitus ſubmota, perſonali, & Cuiatius exemplum adducat in caſu, quo ex parte tollatur perſonalis actio, quæ fuit ſpecies Imperatorũ Seueri, & Antonini in l. 1. C. de luit. pign. & obſtat quoque Cuiatij ſolutioni, eſſe contrariam Iuſtiniano, qui prędixit, nec vis idẽ dictum reperiri, ſuis libris, niſi neceſsitas ſubeat, l. tanta 2. §. ſiquid autem, C. de vet. iur. enucleand. etſi priùs ſancitum id fuit eodẽ titul. dict. l. 1. C. de luit. pign. ad quid repetitur? l. eligere 2. C. de luit. pignoris, & contra in Antonij Fabri ſolutione in ſupplementum, vel epilogum Codicis rectè ſub diuerſo titulo Pandectis diſperſam quæſtionem, ex Gordiani lege Iuſtinianus exponit.

DO.

# DOMINO D. FRANçiſco de Ramos, Adſcripto in ſelecto virorum numero Maioris Archiepiſcopi Collegij Salmãticæ literis, & morum probitate præſtantium. Salutem, & Fœlicitatẽ optat ſuus D. Simon de Villalobos & Calataiud.

CVM Tibi hac Matriti Regia, Domine Domine Frã-
ciſce à Ramos, Paradoxa
noſtra legenda libentiſsi-
mo animo donarem, in-
ſtataque generi, & nobili-
tati tuæ gratia ea admit-
teres, & legeres; iuris communis difficiliũ-
que textuum Periphraſim, & expoſitiones
ſponderem, vt properarem eas tibi eman-
dare Salmanticam iuſsiſti, vnde, quaſi ex
ſtipulatione obligatus à maiori earum cor-
pore excerptas, quas tibi concederẽ excel-
li,

Digitized by Google

li, ecce properant nonnullæ, antequam vltimam manum acciperent, voti, & obſequij ergo: corrige, vt emendatione, quaſi tuæ elimatæ lucem aſſequutæ rurſus, ſuo maiori volumini iungantur, quod vniuerſalem iuris communis cognitionē proſequitur, & iterum cum reliquis, ſi mihi facultas fuerit typus omnes excudet:

Virg. Eclog. 8.

*Hanc ſine tempora circum*
*Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros,*

Lauros togatæ militiæ, quæ tibi augurantur, illis ſcholæ paleſtris redimito, ſtudiorū opinione ſecunda inſigni, digniſsimè præmia non vltra differenda, quippè in hoc Reipublicæ res agitur, nā quid vtiliùs Reipublicæ, quàm virum ſibi commodare, qui ætatis robore, vitæ integritate, doctrinæ præſtantia, conſilijs, & laboribus ſufficiat, quem domeſtica exempla exeitent, & propria virtus ea ad effectū perducere valeat. Intereà, dum hoc, quod omnes boni optāt, eueniat, quatenus ad te, & ſimiles viros attinet, quamuis laboribus obtritos vigilijs exhauſtos, vos fœliciores, illis quibus eſt fortuna peracta iam ſua iudico, quippè generoſos labor nutrit, quid votis opus eſt fac te ipſe fœlicem facies autem, ſi intellexeris bona eſſe, quibus admixta eſt virtus:

Seneca lib. 4. epiſt. 37.

*Huic, & illud accedat, vt perfecta virtus ſit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia conſonans ſibi, quod non poteſt eſſe, niſi rerum ſcientia, & ars, per quam diuina, & humana noſcantur.* Quæ ergo ſcientia humana, diuinaque tractat, niſi Iuriſprudentia? *Surges parem Deo, parem*

*Deo*

*Deo pecunia non faciet Deus nudus eſt, fama nō faciet non oſtentatio tui, & in populos nominis demiſſa notitia.* Subnectitque vltimò Philoſophus quid ergo? Animus, hoc ſolū contingit immortale, mortali, quo veſtræ ſpes? Huc tendunt in vobiſmet ſitæ, ſic cum fœlicitatem veſtram, eorum fœlicitate comparo, qui iam clauū Reipublicæ tenent, ſi in ipſa virtute conſiſtit, longè pulchriorē veſtram dicam: *Nam virtus quoque opera ſua, quæ vidit affici, ac premi non magis amat, ſed parentum bonorum more magis complectitur, ac fouet.* Hac ipſa ratione, qui toto pectore veſtri nominis beneuolentiæ ſe tradit, rem ſuam facere mihi compertum eſt: nam qui vos diligit virtutem, quæ duris gaudet diligit: diligit animum erectum deſpicientem delitiás: diligit Sophiam, ſummumque hominis bonum diligit; vnaque veneratus, tanquam rerum arbitros, gentemque togatam: Idem lib. 4. epiſtol. 31. Idem lib. 9. epiſtol. 67.

*Nā, vel hyperboreæ plauſtrū gratiale ſub vrſæ,*
*Vel plaga qua torrēs clauſuſq; vaporibus axis,*
*Nec patitur noctes, nec iniquos creſcere ſoles,*
*Si fortuna ferat, rerum vos ſumma ſequetur,*
*Imperiumque comes.*

Lucanus lib. 5. Pharſal.

Etſi hoc deficiat pro vobis erit:

*Gaudet patientia duris*
*Letius eſt magno quoties ſibi conſtat honeſtū.*

Idem.

Quare merito Iuſtinianus vobis ſimul pollicetur, auſpicaturvè: poſſe etiam Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernare; quoniam, *non votis, neque ſuplicijs muliebribus auxilia Deorum parantur: vi-*



Digitized by Google

*Saluſt. de coniurat. Catilin.* *gilando, agendo, benè conſulendo, proſperè omnia cedunt: vbi ſocordiæ te, atque in auiæ tradideris ne quicquam Deos implores, irati, infeſtique ſunt.* Denique, quod in ſua Republica Iuſtinianus, quod Cato de auxilio diuino prædixere, & promiſſere, tunc ſtudioſis, tūc laborioſis vigilijs veſtris ſummoperè conuenit, nam præmiorum ſpem captare virtutis gratia viro bono conuenit, illi nempè, qui vitæ ſpatijs præoculis habet illud Auli j, Perſi j:

*Satyr. 3.*

*Quæ Samios diduxit litera ramos*
*Surgentem dextro monſtrauit limite callem.*

Hāc ſuſcepiſtis curam, nō ambitionis cauſa quāuis præmia haud negligenda exiſtimetis, quippè in hoc conueniunt ambitionis, & magnanimitatis vota, in reliquis diſſentiunt, hoc proprium virtutis, *Alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere:*

*Lucanus lib. 7. Pharſal.*

*Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.*

At hoc auaritiæ proprium, quæ ambitionis germana:

*Euripides.*

*Sine me vocari peßimum, ſimul, vt diues vocer,*
*An diues ſit omnes quærimus: an bonus nemo,*
*Non quare, & vnde: quid habeas tantū rogare,*
*Vbique tanti quiſque, quantum habuit fuit,*
*Quid habere nobis turpe ſit quæris? nihil*
*Aut diues opto viuere, aut pauper mori,*
*Bene moritur, quiſquis moritur, dū lucrū facit.*

Veſtra equidē tulit opinio pulchrū eſſe Reipublicę ſubuenire, nō tantū diuitijs incūbere: ò verè militares viri! dum pace, otioq; non ſinitis veſtram egregiam indolem per inertiam ſeneſcere, atque hebetari.

Nec

Digitized by Google

*Nec deſinat vnquam*
*Vobis Græcia loqui, vobis Romana vetuſtas.*
Hanc hominis fœlicitatem, & propriũ denique bonum appellare licet, quoniam *neminem excelſi ingenij virum humilia delectant, & ſordida: magnarum rerum ſpecies ad ſe vocat, extollit. Quemadmodum flamma ſurgit in rectum iacere, ac deprimi non poteſt, non magis quam quieſcere: ita noſter animus in motu eſt, eo mobilior, & actuoſior, quo vehementior fuerit.* Recta mens ſcientiarum decore Deũ quærit virtutem eligit, ſapiens, aſſertorque ſapientiæ non adhæret quidem in corpore ſuo, ſed optima ſui parte abeſt, & cogitationes ſuas ad ſublimia intendit: *Quemadmodum radij Solis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt vnde mittuntur: ſic animus magnus, & ſacer, & in hoc demiſſus, vt proprius quidem diuina noſſemus conuerſatur quidem nobiſcum ſed hæret origini ſuæ.* Quod omne haud alienum à ius, & iuſtitiam colentibus, dum veram, & non ſimulatam Philoſophiam profitemini, dum diſtributiua vtimini, ſiue pœnas vitijs irrogantes, ſiue præmia virtutibus differentes, dum commutatiua ſuũ vnicuique tribuentes; quis hanc rationem, hanc mentis fœlicitatem diſcendi cupiditate ſolã viuendi rationẽ optimã duxit? An potius quis non ducit? Vnde recte Pomponius: *Nam ego diſcendi cupiditate, quã ſolam viuendi rationem optimam in octauum, & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, qui dixiſſe fertur, & ſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret, aliquid addiſcere.*

*Claudianus de Quarto Honorij Conſulatu.*

*Seneca lib. 5. epiſt. 39.*

*Idem lib. 5. epiſt. 41.*

*L. apud Iulianum 20. D. de fideicomm. libert.*

re. Rationale enim animal eſt homo conſummatur, itaque eius bonũ, ſi id adimpleuit, cui naſcitur: quæ in eum vos accipitis ſenſum, vt ſcire ſit pijs, deuotiſque actionibus id coniũgere, ſic vt in laudem, & obſequium Chriſti Seruatoris noſtri, & Deiparæ Virginis Mariæ abſque labe peccati originalis conceptæ cedat, quippe aliter ſcire deſipere eſt. O terque quaterque beati legum ſtudioſi viri! qui nunc, nunc pulcherrimo incumbetis operi, cæteris doctrinæ ſcientiæ præditis viris, quodammodo fœliciores, quoniam non ſolùm fructus ſapientiæ ſuaues, ſed etiam radices, æquè ſuauem, aut ſuauiorem reddunt ſaporem:

Seneca lib. 1. epiſt. 9.

*Quomodo Artifici iucundiùs eſt pingere, quàm pinxiſſe, illa in opere ſuo occupata ſollicitudo, ingens oblectamentum habet in ipſa occupatione, non æquè delectatur, qui ab opere perfecto remouet manũ, iam fructu artis ſuæ fruitur, ipſa fruebatur arte cũ pingeret.* Cicer. ibi: *Quantũ laborare contendi (ſi diſcendi labor eſt potius quã voluptas)* neque minus, cætera bona longo interuallo diſtant à vera fœlicitate; ab hac, quam colitis virtutis, & fœlicitatis comitem Philoſophiam: *Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc vis corporis; & alia huiuſmodi, omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora ſicuti anima, immortalia ſunt.* Et cum ea videntur continuari, ſic, vt æternitate abſque vllo interuallo per hunc tramitem frui videamur: at ſi quis obijciat, cũ de fœlicitate diſſerimus: otium, quaſi hoc ipſum verum gaudium contineat, audiat illud

Cicer. lib. 3. de offic.

Saluſt. de bell. Iugur.

illud, pro compertoque accipiat: *Puto æquè, qui in odoribus iacet, mortuus eſt, quam qui rapitur vnco, otium ſine literis mors eſt & hominis viui ſepultura.* Vnde cum nunquam ſatis dictum, quod benè, placet vobis tunc maximè Flaccus, cum illud canit: *Seneca lib. 11. epiſt. 83.*

*Vt iugulent homines ſurgũt de nocte latrones,*
*Vt te ipſum ſerues, non expergiſceris? at qui*
*ſi nolis ſanus, curres hydropicus, & ni*
*poſces ante diem librum, cum lumine, ſi non*
*intendes animum ſtudijs, & rebus honeſtis,*
*inuidia, vel amore vigil torqueuere. Nam cur,*
*quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſiquid*
*eſt animum differs, curandi tempus in annum?*

Præmia ſcientiæ, otium voluptatis, corporis bona, veſtra laborioſæ virtutis fœlicitas vincit, hanc ſpe concepiſtis, hæc vota, hæ preces, hæ cogitationes veſtræ fuere, hanc poſsidetis fœlicitatem; longiùs forſitan nominis veſtri charitate, & animi affectu, quã cauſa poſtulat, cum perſuaſis, perſuadere, rẽ actam agere fuerit prouectus ſum, quod boni ob hoc ipſum conſulas, &

*Hanc etiam Mæcenas aſpice partem.* *Virgil. Geor 4.*

Hanc reſpice lucubrationum noſtrarũ partem, vſus Plinij iunioris benignitate, circa opus literarium amici largientis: ex concedentis voluntate, cum optimum concedere vellem, tanquam optimum accipe, non, vt minus recta probes, cum potius à te elimanda feſtinent, ſed vt animum offerentis tibi gratum habere velis. VALE. *Epiſt. vlt. lib. 4*

# PERIPHRASIS I.

## *Iauolenus l. Mincius 61. D. de rei vindicatione.*

### SVMMARIVM.

*PRoculeiani rei dominium fieri, qui formã ei inſligebat docuere. n. 1.*

*Sabiniani dominum materiæ, rei futurum dominum iudicabant. n. 2.*

*Res alij iuncta maiori cedit, & nonnunquam precioſiori, vt picturæ. n. 3.*

*Res quantitate æquales precioſiori cedit altera. n. 4.*

*Media ſententia præualet, vt ſi res ad priorem materiam reddi poteſt rei dominus ſit, materiæ dominus, aliàs ſecus. n. 5.*

*Mediam viam nonnunquam eligunt Iuriſconſulti. n. 6.*

*Nauem ex illis eſt rebus, quæ ad priorem materiam reduci non poſſunt, ſic qui eam ædificat eius dominus fit, & ſi aliena materia. n. 7.*

*Exponitur l. ſed ſi ex meis 26. D. de adquirẽd. rer. dom. n. 8.*

*Antonij Fabri ſententia l. Mincius 61. D. de rei vind. quam Vſualdus reprobat. n. 9.*

*Donelli ſententia refertur in l. Mincius 61. D.*

Digitized by Google

D. de rei vindicatione. n. 10.

Vſualdi ſententia in l. Mincius 61. D. de rei vindicat. probatur. n. 11.

## Iulianus.

*Mincius interrogatus, ſi quis nauem ſuã aliena materia refeciſſet, num nihilominus eiuſdem nauis maneret. Reſpondit manere. Sed ſi in ædificanda eu idem feciſſet, nõ poſſe. Iulianus notat: nam proprietas totius nauis, carinæ cauſam ſequitur.*

IVulinus. Nauis refecta ex alienis tabulis, & lignis manet, cuius, & fuit ex Minci ſententia, ſed ſi totam ex materia aliena eam ædificaſti, materiæ dominum ſuam facere nauem, idem Mincius docet: Iauolenus contra Mincium in hac diſtinctione eſt, & ideò eum reprobat, hoc eſt notat omni caſu, cuius fuit carina (hoc eſt per ſinedochem) nauis, eſſe reædificatam nauem, ſeu carinam, ſic eius conſiſtere dominium, hoc eſt proprietatem, quoniam nauis ex illis rebus eſt, quæ ad priorem materiam reuerti non poſſunt. Iauolenus l. Mincius 61. D. de rei vind. Difficilis textus aſsidua meditatione planus, & captu facilis fiet. Proculeiani Iuriſconſulti (qui Proculeiani ideò dicti ſunt, quia Proculi factionem ſequebantur) rei materiam, eius fieri volebãt, qui for- n. 1. *Proculeiani dominũ rei fieri, qui formabat eam.*

formam ei infligebat ratio? Quippè, cum formæ gratia deſinat eſſe res illa, quæ fuerat, & in aliam transferatur: euenit ergo, vt res noua, cum alia ſit, quam fuit prior, nullius in bonis reperiatur, ſicque ex iuris regula ſtatim occupantis fiat, Neratius l. quod in litore 14. D. de adquirend. rer. dom. l. litore 3. l. in litore 4. D. ne quid in loc. publ.

n. 2. *Sabiniani dominum materiæ, totius rei dominum iudicabant.*

Sabiniani contra vim materiæ reputantes, domino materiæ totum rei opus adiudicabant, ea nempè ratione, quod res mea ſine facto meo ad alium transferri nequit, l. id quod 11. D. de diuerſ. regul. iur. Adde factū alienum, non debere alteri damnoſum eſſe, l. factum 155. D. de regul. iur. receptamque regulam iuris eſſe, vt precioſiori, aut maiori, minor, & deterior cedat, ſeu accedat,

n. 3. *Res alij iuncta maiori regulariter cedit, & ſi nonnūquam precioſiori vt picturæ.*

forſitan forma precioſior ab illis reputabatur, tamen ſuperficiem tantum complecti, aut quid incorporeum videbatur, ſic materiæ, vt maiori cedebat, ſic gemma anulo incluſa cedit. Vlpianus l. cum aurum 19. §. perueniamus, D. de aur. arg. mund. quāuis gemma precioſior anulo ſit, picturæ tamen cedit tabula. Gaius l. qua ratione 9. §. ſed non vti, D. de adquir. rer. domin. §. ſi quis in aliena, inſtit. de rer. diuiſ. ita quoquè

n. 4. *Res quantitate æquales precioſiori cedit altera.*

acceſsionis vi, cum æquales quantitate res ſunt, precioſiori cedit altera, Pomponius l. quid quid 27. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. illique materiam precioſiorē, eamque ſolā manere exiſtimabant; his, aut ſimilibus alijs rationibus aduerſus alterius factionis Iuriſconſultos diſſerebant, & ſuam tutabātur

tur opinionem. Fuit tamen media ſententia exiſtimantium, quæ præualuit, nempè ea, quod ſi ſpecies ad priorem materiam reuerti poſsit, Caſsio, & Sabino accedamus, & dominum materiæ ſemper totius rei dominum credamus, quippè ibi naturalis ratio magis conſuluit materiæ, tãquam preciosiori & excellentiori forma: & ſecus ſi non potuit reuerti, quippè tunc Neruæ, & Proculo credendum, dominumque rei artificem appellari contraria ratione, ſic diſſerit Gaius l. adeò quidem 7. §. eſt tamen, D. de adquir. rer. dom. ſic ſæpè mediam viã eligunt, tam Iuriſconſulti, quàm Iuſtinianus in iuris ambiguitatibus, l. cum propo nas 3. C. de hæred. inſt. §. vlt. inſtit. de vulg. ſubſt. §. vlt. inſt. quib. ex cauſ. manumit. non licet, Iauolenus l. quoties 200. D. de reg. iur. Paulus l. filio 7. D. vt legat. ſeu fidei commiſ. cauſ. caueat. Tamen Iulianus ſequi videtur Proculeianorum ſectam ſimili facti ſpecie, Titius nauem ſuam refecit alienis lignis, dubitatur, an Titius eius dominus maneat? Et dicitur à Mincio dominum manere: rurſus quæritur, quid iuris futurum erit, tota naue reædificata? Quo caſu reſpõdit Mincius materiæ dominium ſequi totius nauis proprietatem: quippè Mincius Proculi opinionem amplectitur, & formã materiæ cedere vult. Quam opinionem notat Iulianus, quod non eſt idem, quod probare, & adijcit, ideò notare, quoniam *Nauis proprietas debet carinæ conditionem ſequi* Iulianus dict. l. Mincius 61. D. de rei vin-

n.5. *Media ſententia præualet, vt ſi res ad priorẽ materiam reddi poteſt rei dominus ſit, materiæ dominus, aliàs ſecus.*

n.6. *Mediam viam nonnunquã eligunt Iuriſconſulti.*

n.7. *Nauem ex illis eſſe rebus, quæ ad priorem materiam reduci non poſſunt, ſic qui eam ædificat eius ſit dominus, & ſi aliena materia ſit.*

Digitized by Google

vindicat. vltima verba videntur, non tamē ſunt contra Pauli ſententiam, qui aſſerit, Nauem factam ex cupreſſo aliena, eſſe illius, qui fecit: ſecundum Sabini opinionem, aut potius ex Gai diſtinctione, & eorū qui mediam ſententiam eligunt exiſtimantiū, tunc formæ dominum, ſuum facere totum opus, cum ad priorem materiam reuerti nō poteſt, quod accidet in naui, quæ non reuerti poteſt ad ligna, quæ reciſſa, ſecta ex cupreſſo ædificant nauis latera, coſtas, deniq; totius corporis ingentes cauernas, malum, antemnas, prorā, puppim, & alia, vnde torta, ſecta, intexa affixa non reuocari poſſunt, ad eam integritatis eſſentiam, quam ſemel amiſſerunt. Sic Paulus l. ſed ſi ex meis 26. D. de adquir. rer. dom. quid ergo ſignificaſſe dicemus Iauolenum? Et priùs Iulianū contra Mincium, qui ambo Mincium notant illis verbis, ait Iauolenus dict. l. Mincius 61. D. *Iulianus notat: nam proprietas totius nauis carinæ cauſam ſequitur.* Sequitur Minciū, qui Sabinum ſequitur, aut eum reprehendit? Quippè ipſi placet Proculi ſententia? Verba ad vtrumque parata; Antonius Fab. lib. 6. coniectur. cap. 15. Iulianum hac ſaltem ſpecie velle docet, ex media ſententia exiſtimantium, ſi res ad priorem materiam reduci poſſet, fieri domini materiæ, nauēque ad priorem materiam reuerti poſſe: & vltra eo præcipuè vtitur argumento, quod ſi tota moles imponitur carinæ, quæ eſt nauis fundamentum, eaque poteſt reuerti ad priorem materiam (quippè propria, & ſpecia-

n. 8. *Exponitur l. ſed ſi ex meis 26. D. de adqu. rer. dom.*

n. 9. *Antoni Fabri ſententia in l. Mincius 61. D. de rei vind. quam Vſualdus reprobat.*

cia-

ciali ſignificatione carina eſt primum nauis lignum) cum illa carina illud lignum ſemper informe quodam maneat lignum, vt reuerti poſſe dicendum, ſequatur ergo, vt vi ſua omne ſuper impoſitum ad ſe trahat, & tota ædificata nauis illi carinæ cedat: vnde cum carina alterius ſit tota nauis eius fiat, eius nempè, cuius & fuit carina, & vltimo, & conſequenter cuius & fuit materia: ſic verba illa interpretatur Antonius: *Nā proprietas nauis carinæ cauſam ſequitur.* Antonij Fabri ſententia multis oppugnatur rationibus, ea tamen potiſsima, quippè ſi hoc certum eſſet, idem ſtatuendum in omni, quod cedit ſolo, vt materiæ potius dominū ſequeretur: nam quoties bona fide ex materia aliena, noſtro nomine, noſtro ſolo, ædē fabricamus, cæmenta ſunt, quid informe, quapropter ad priorem materiam reduci poſſet, eademque ratione poſſemus dicere, fieri ſuper impoſitum ædificium domini materiæ: ex quo ſequeretur abſurda iuris diſpoſitio, vt dominus materiæ obtineret ædificium, & non ſoli dominus, non aliter Vſualdus in Notatis contra Fabrum inſurgit. Hugus Donellus lib. 4. comment. c. 12. n. 10. Sequitur Acurſium, qui Nauem numerat inter eas res, quæ reduci poſſunt ad priorē materiā, ſic accipit l. Mincius 61. D. quod fallere vult, eo caſu, quo non ex alienis tabulis, & lignis fit, ſed ex aliena arbore, ex aliena cupreſſo, de qua ſenſiſſe indicat Paulum l. ſed ſi ex meis 26. D. de adquir. rerum dom. quippè, ſi lignis alienis fit, ad ligna reuer-

*Donelli ſententia in l. Mincius 61. D. de rei vind.*

nerti poteſt·at ſi ex arbore cupreſſi, non ita ad arborem ipſam, verumtamen non ſatis idonea differentia dari poteſt, inter nauem factam, ex alienis lineis, aut ex arbore aliena: nam, cum partes nauis variæ ſint, & vario fabricatæ modo, non facilè ad priſtinū reuertuntur ſtatum, l. malum 242. D. de verb. ſign. ſit ergo ſententia Vſualdi Hilligerij nempè in Notatis ad Donellum lib. 4. c. 12. lit. C. ſequenda, quod Mincius dubitauit, an eadem nauis maneret, quam ex alienis tabulis refeciſſem, & decreuiſſe eandem manere, & iudicaſſe Mincium non æquè manere, ſi fieret tota ex aliena materia, potius videri, cuius, & fuit materia. *Notat Iulianus*, hoc eſt reprobat Minci aſſertionem, vt patet ex eo, quod profitetur nauis proprietatem ſequi formæ cauſam, hoc eſt carinæ cauſam: quia carina forma nauis eſt, itaque fabricantis fieri: cum nauis ſit illarū rerum, quæ reduci non poſſunt ad priorem materiam, quæ ſolutio magis placet, tamē textum emendat, expungitque particulam *eiuſdem*, & pro ea reponit Vſualdus *eadem* particulam. Mihi verò ſenſum ſaluum cōſtare abſque tali emendatione videbatur, cum eandem nauem manere: ex eo apparet, quia eiuſdem manet ex Minci ratione, & nos exiſtimabamus carinam, non formam nauis eſſe, ſed partem materialē, nauiſque inferiorem, illud nempè lignū, quod Hiſpaniæ dicitur, *la Quilla*, & per Sinedochē Iulianum ne ita diceret: *Nam proprietas totius nauis, nauis cauſam ſequitur*. Dixit carinæ, ideſt,

*n. 11. Vſualdi ſententia l. Mincius 61. D. de rei vind. probatur.*

Digitized by Google

ideſt, refectæ nauis cauſam ſequitur. Nam video pro naui dici carinam. Virgil. dixit:

*Statio male fida carinis.*

# PERIPHRASIS II.

## *Tryphoninus l. ſi fundum 16. D. de fundo dotali.*

### SVMMARIVM.

*Traditio, & ſi regulariter neceſſaria ad dominij translationem, nonnunquam non ita deſideratur.* n. 1.

*Dotis conſtitutione, ſine tituli traditione, rerũ dotalium transfertur dominium in maritũ.* n. 2.

*Dotis conſtitutione dominium, & vindicationem rerum dotalium competit marito.* n. 3.

*Dominium mulieris in rebus dotalibus ſilet durante matrimonio.* n. 4.

*Dotales actiones non exercendo maritus rem periculi ſui facit, & tituli traditione has exercere poteſt, & debet.* n. 5.

*Dominij translationem non deſiderat vacuam rei poſſeſsionem, & reſpondetur l. qui prædiũ 13. C. de diſtract. pignor.* n. 6.

*Explicat Donellus l. cum res 13. C. de probatio.* n. 7.

*Dominium iuſſu domini per alterius traditionem rei transfertur.* n. 8.

Try-

## Tryphoninus.

*Si fundum, quem Titius poſsidebat bona fide, longi temporis poſſeßione poterat ſibi quærere, mulier, vt ſuum marito dedit in dotem, eumque petere neglexerit vir, cum id facere poßet, rem periculi ſui fecit: nam licet lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiuſmodi adquiſitionem, nõ tamen interpellat eam poſſeßionem, quæ per longum tempus fit, ſi ante quam conſtitueretur dotalis fundus iam cæperat; planè ſi paucißimi dies ad perficiendam longi temporis poßeßionem ſuperfuerunt, nihil erit quod imputabitur marito.*

T*Ryphoninus.* Titius bonæ fidei poſſeſſor iuſto titulo vſucapiebat mulieris fundum diuturna tẽporis continuatione, quæ nupſit viro, eique fundum in dotem dedit, quem ſi vir vindicationis actione petere neglexerit, in culpaque fuit etiã leui ad intereſſe mulieri tenetur: quippè lege Iulia, non interrumpitur Titij vſucapio, quæ ante matrimonium cõtractum initium, habuit, etiam ſi ad huiuſmodi adquiſitionem expectet, tamen, ſi ita proceſſerat

ſerat vſucapio tempore, vt iam propè eſſet terminus legitimus, vt per eam Titius dominus fundi fieret de adeò in omittendo leui culpa, non tenetur maritus. Tryphoninus l. ſi fundum 16. D. de fund. dotal. voluntate, tam dantis, quàm accipientis interueniente per rei traditionem dominium trāſfertur, l. traditionibus 20. C. de pactis, §. per traditionem, inſt. de rer. diuiſ. Sed ſi hoc regulariter, non ideò minus verum alijs proditis à iure modis dominium trāsferri, quo plures iuris nodos diſſolues, l. adquiruntur 10. §. idem placet, D. de adquir. rer. domin. melior textus l. homo liber 54. §. vlt. D. de acquir. rer. dom. in legatis dominij eſt effectus poſt aditionem hæredis dari legatario rei legatæ vindicationem, & ſi etiam condictionem, & hypothecariam, l. 1. & 2. C. communia de legat. & fictum dominium ante aditionem, l. à Titio 63. D. de furtis, & in vicē traditionis claues domus, viſum prædij, titulum, in dotem dari permittere dominium transfert, Gaius l. qua ratione 9. § item ſi quis, D. de adquir. rer. dom. l. 1. §. penul. l. quod meo 18. §. ſi venditorem, D. de adq. poſſ. & noſtro textu l. ſi fundum 16. D. de fund. dotal. & l. homo liber 54. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. qua & prædictis ſimilibus legibus ſibi proprietatem, ideſt dominium, liber homo adquirit, etiam nota digno modo per traditionem tamen abſque poſſeſsione, cum ab alio poſsideatur, ſic, vt nuda traditione dominium conſequatur, quod noſtro textu expreſsiùs hoc in marito di-

n. 1. *Traditio, & ſi regulariter neceſſaria ad dominij translationem nonnūquam non ita deſideratur.*

dicitur, nam eo cum Titius bona fidei poſſeſſor prædium teneat eius mulieris, quæ id marito in dotem dedit, ſiue nuda traditione, ſiue effectu conſtitutæ dotis, ſiue tituli acceptionis, procedit, maritum adquirere rei vxoriæ dotalis dominium, & conſequẽter rei vindicationis actionem: nuda traditione dixit, Donellus lib. 4. c. 19. commẽt. quare ei imputatur, quod prædium à Titio non petierit, quippè vſucapio aduerſus mulierem procedit eo caſu, cum lex Iulia alienationem, aut vſucapionem, non prohibuerit, quæ per longi temporis poſſeſsionẽ fit; ſi ante quam conſtitueretur dotalis fundus, iam illa bonæ fidei vſucapio cœperat. Planè ſi pauciſsimi dies ſuperfuerunt, cum fundus dotalis conſtitueretur, ſic vt mariti ſcientiam res effugerit, vel facultatem agendi, nihil erit, quod marito imputetur, l. ſi fundũ 16. D. de fund. dotal. Tryphoninus pro Donello diſſerere videtur, proque communi Doctorum aſſertione, quod maritus dominus fieret, patet ex eo, quod rei vindicatio ei competit, cum dixerit Tryphoninus eum petere poſſe, nam cũ perſonalis actio haud ipſi competat: euenit ergo, vt realem competere dixeris, cum nulla alia ex actionum diſtinctione ſit, §. omnium, inſtit. de action. l. actionum 25. D. de oblig. & actionib. dominus eam habet, l. in rem 23. D. de rei vindicat. & cum mulieris dominium ſileat, in rebus dotalibus, tantùm eius vice mariti dominium viget, l. doce 9. C. de rei vind. tamen ex hoc iuris principio Donellum

*n. 2. Dotis conſtitutione, ſiue tituli traditione, rerum dotalium transfertur dominium in maritum.*

*n. 3. Dotis conſtitutione dominiũ, & vindicationem rerum dotalium competit marito.*

*n. 4. Dominium mulieris in rebus dotalibus ſilet, durante matrimonio.*

Digitized by Google

um oppugnandum ſuſcipias, quoniam nec traditione opus eſſe videtur marito, ad id vt rei dotalis vindicationem habeat, cum nomine dotis prædium dediſſe mulierem ſufficiat, ipſamque eius dominam eſſe: ratio, quia maritus non eſt alius dominus, ſed ipſe, qui eſt mulier, quam iam adquiſiſſe traditione prædij dominium præſupponimus, vt ipſius iure maritus vtatur. Vnde quibus Donellus nititur ſic reſpondebam: adducit Donell. l. de diuiſione 5. D. de ſolut. matr. vbi fructus anni, quo diuortium fit diuidi aſſertum eſt, neque verba intelligi tantum de tempore facti prædij dotalis, ſic vt illos prioris temporis fructus à die traditionis prædi, mariti eſſe velit, hos vxoris, qui ante fundi traditionẽ percepti ſint: ſed non ideò ex illis verbis id deduces: *Qua primum dotale prædium constitutum eſt, ideſt tradita poſſeſſione.* Quippè aliud eſt dicere prædium dotale non fit, niſi traditionis ipſius prædij ſolemnitate; aliud frui oportet prædio, & libera poſſeſſione opus eſt, ad id, vt fructus marito imputentur, quod certiſsimum eſt, nec magis vrget l. dotale 13. §. dotale prædiũ, D. de fund. dotal. nam ibi prohiberi prædij dotalis alienationem aſſertum à tempore, quo dominium marito quæſitum eſt, ſed quando hoc procedat, aut quomodo haud docemur, placet contracto matrimonio actiones mulieris in maritum transferri cõſtitutæ dotis, & rem periculi ſui facere, dum eas non exercet à tempore conſtitutæ dotis, quaſi iam in vxoris dominio mariti

n. 5. *Dotales actiones non exercẽdo maritus rem periculi ſui facit, & tituli traditione mariti, fiunt. Cuiatius.*



Digitized by Google

dominium conſiſteret, & ſi aliquam traditionis formulam procedere velis, tituli traditionem ſufficere, vt placet Cuiatio li. 14. obſeru. c. 9. Dotis titulo tradito dominus prædij fit maritus, actiones exercere tenetur ex prædij dotalis tituli traditione. Sic accipio dict. l. ſi fundum 16. D. tamen, cum initio aſſeruerim vacua poſſeſsione opus nõ eſſe ad dominium acquirendum, quædam leges contra ſtare videntur, Diocleciani ſunt verba: *Qui prædium obligatum à creditore comparauit, ſi in vacuam poſſeſsionem inductus non eſt, nullam in rem actionem habet*, l. qui prædium 13. C. de diſtract. pign. ſed ibi vacuam poſſeſsionem abuſiuè pro libera traditione dici ſentias, quippè ibi haud traditione fundum, quis nanciſcitur impeditus in eius traditione, quia forſitan eam nec aſſequutus, vnde, nec dominiũ, quod aliàs nuda tantùm prædij traditione conſequeretur, nec aliud dicitur, l. cum res 12. C. de probat. qua in vacuam poſſeſsionem patrẽ ſuum inductum eſſe, quidam aſſerebat, & cum ex facto reſponderent, Doclecianus, & Maximinianus, quod id ipſum probet monent, ſed non ideò eos de iure negare dixeris nudam traditionem ad dominium aſſequendum ſufficere. Quibus abundè reſpondit Hugus Donellus, nihilque intereſſe an à domino, an ab alio iuſſu eius res tradatur, §. venditæ, inſt. de rerum diuiſ. l. emptorem 9. C. de locat. Donellus lib. 4. cap. 19. comment.

n. 6. *Dominij translationẽ non deſiderat vacuam rei poſſeſsionẽ, & reſpondetur l. qui prædiũ 13 C. de diſtract. pignor.*

n. 7. *Explicat Donellus l. cũ res 13. C. de probatio.*

n. 8. *Dominium iuſſu domini per alterius traditionem transfertur.*

PE

# PERIPHRASIS III.

## Vlpianus l. ſed ſi plures 10. §. ad ſubſtitutos, D. de vulg. & pupill. Paul. l. ſed etſi 6. §. fin. D. de legatis.

### SVMMARIVM.

Miles filium, cui pupillariter ſubſtituit, poteſt pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum relinquere. n. 1.

Exhæredare hodie pupillum poſſe extante Nouella, vt cum de appell. §. aliud, Goueanus ſub diſtinctione inſinuat. n. 2.

Exhæredatio in pupillo non ipſius vtilitatis cauſa non videtur cadere poſſe. n. 3.

Exhæredari poſſe pupillũ ob patris delictũ olim certum, vnde ei querela inofficioſi teſtamẽti. n. 4.

Exhæredationem pupilli tenere poſſe, dũ bona mente fiat, quis dixerit, ex Goueani doctrina. n. 5.

Pupillum ex cauſis contentis in Nouell. vt cũ de appell. §. aliud exhæredari poſſe, cum doli capax ſit. n 6.

Legare ab illo, cui nihil relinquo me non poſſe docemur. n. 7.

Legare à ſubſtituto pupilli exhæredati non poſſumus. n. 8.

Hæredem ſubſtituendo pupillo exhæredato cõſtituere poſſum, non ab illo legare; quippè hæredẽ dare pupillo vtilitas eſt, non verò ab illo legare exhæredato. n. 9.

### Vlpianus.

*Ad ſubſtitutos pupillares pertinent, & ſi quæ poſteà pupillis obuenerint: nec enim ſuis bonis teſtator ſubſtituit, ſed impuberis, cum & exhæredato ſubſtituere, quis poſſit: niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit hæredẽ hac mente, vt ea ſola velit ad ſubſtitutum peruenire, quæ à ſe ad inſtitutum peruenerunt.*

### Paulus.

*Sic autem fideicommiſſum dari non poterit, ſi Stichus, Sei factus iuſſu eius hæreditatem addierit, rogo det: quoniam, qui fortuito, non iudicio teſtatoris conſequitur hæreditatem, vel legatum non debet onerari: nec recipiendum eſſe, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges.*

V*lpianus.* Aut aliter pater filio conſtituto in poteſtate ſubſtituet, quam perſonæ filij vice vtens, quam ſi ipſe ſibi filius inſtituiſſet hæredem: ex quo procedit, quòd in pupilli bonis dominus fiat ſubſtitutus ſi intra pubertatem decedat, illiq; pertineant, quæ poſt inſtitutionem pupillo obue-

obuenerint, & cum hoc beneficij loco reponatur, etiam exhæredato hæredem conſtituere poterit pater, qui ex pupillari ſubſtitutione in omnibus pupilli bonis, æquè ſuccedit: niſi miles ſit, qui filio ſubſtituit, nam miles poterit filium pupillum pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum relinquere, ſic vt ea tantùm pater ſubſtituto concedat, quæ filio ipſe relinquerit, & in alijs aduentitijs pupilli bonis, quoquo modo pater miles voluerit inteſtatum facere filium. *Paulus*. Seruo Sticho rogo det Sempronio tot aureos, cum Sei factus ſit, & hæreditatē meam iuſſu Sei domini adierit, nihil me feciſſe conſtat, nam, & ſi hæreditas mea cenſetur, tamen Stichus forte fortuna ad eam peruenit, ex Sei voluntate, quippè vario rerum euentu illius ſeruus ſit, non verò hoc, & illud ex certo teſtatoris iudicio aſſequutus. Vnde prouenit Sempronij fideicommiſſum non conſiſtere, quippè ad id, vt à ſeruo legare poſſem eum inſtituere deberem ſeruum, aut ipſum inſtituere Seium, & ipſi rogare, vt ſeruum Stichum emeret, libertateque donaret, aut ex ſua perſona ob beneficium acceptum, cum Stichus ſuus eſſet, & eum inſtitueret legare, ſeu fideicommittere, quoniam recipiendum eſt, tantùm ab illis me poſſe legare perſonis, aut fideicommittere, quibus quid amplius legato, aut fideicommiſſo dedi, ne ſi aliter fecerim, nihil me feciſſe videatur. Vlpianus l. ſed ſi plures 16. §. ad ſubſtitutos, D. de vulgar. & pupill. Paulus l. ſed etſi 6. §. fin. D. de

legat. 3. Aſſeuerauimus filio ſuo pupillo poſſe militem pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum relinquere, l. miles 41. §. exhæredato, D. de teſtam. milit. Sed magis vrget, in Vlpiani textu doceri pupillum exhæredari poſſe, in quo placet Antonij Goueani diſtinctio, inter patrem, qui mala mente filium exhæredat, & eum qui bona filium ab oneribus hæreditarijs remouet exhæredatione, cum nitatur altera Vlpiani l. multi 18. D. de liber. & poſthum. l. ſi patronus 12. §. ſi quis, D. de bon. libert. nam in pupillo non rectè exhæredationis cauſa cadit, ſi mala mente exhæredabitur, niſi, vt olim velis ob eius patris delictum, quamuis hodie, id non permitti, Nouell. vt cum de appellat. §. aliud. Extat tamen lex in Pãdectis, vbi expreſsè grauari docemur, ex turpibus nuptijs patris nepotem, exhæredarique poſſe, l. non tantum 3. §. ſi emancipatus, D. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. tamen hodiè bona mente poſſe exhæredari, non obſtante dict. Nouell. §. aliud, Goueanus defendit expoſitione l. ſed ſi plures 10. §. ad ſubſtitutos, D. de vulg. & pupill. §. nõ ſolum, inſtit. de pupill. ſubſtit. vnde textus mentem habemus abſque Accurſi acceptione, & ſi non ſit aduerſus iuris rationem poſſe pupillum proximũ pubertati ex proprio exhæredari delicto, l. pupillus 112. D. de regulis iuris, Goueanus in dict. l. ſed ſi plures 10. §. ſubſtitutos, D. de vulg. & pupill. deinde ab omnibus interpretibus illud obijcitur, ac dubitatur, quod cum ab

*n. 1. Miles filiũ, cui pupillariter ſubſtituit, poteſt pro parte teſtatum, pro parte inteſtatum relinquere.*

*n. 2. Exhæredari hodie pupillũ poſſe extãte Nouell. vt cũ de appell. §. aliud, Gouean. inſinuat.*

*n. 3. Exhæredatio in pupillo non ipſius vtilitatis cauſa non videtur cadere poſſe.*

*n. 4. Exhæredari poſſe pupillum ob patris delictum olim certum.*

*n. 5. Exhæredationẽ pupilli tenere dũ bona mente fiat quis dixerit ex Goueani doctrina.*

*n. 6. Pupillum exhæ-*

eo, cui nihil relinqui, nec quid poſsim legare, d. §. ſ. l. ſed etſi 6. §. fin. D. de legat. 3. quo pacto mihi permittatur, vt illius bona, totamque pupilli exhæredati, per teſtamenti formam poſsim largiri hæreditatem; & magis, ac magis urget Iuſtinianum aſſerere propter hanc ipſam rationem, neque ab exhæredati filij ſubſtituto quidquam legare poſſe l. cum quidam 24. C. de legat. Sed ea eſt in hoc maxima iuris, & vtilitatis differentia: nempè eſſe legatum quandam hæreditatis delibationem, & cum bona in quibus ſubſtitutus ſuccedit pupilli ſint, ſequitur ergo non poſſe patrem à ſubſtituto exhæredati pupilli hærede, quidquam legare, cùm non videatur, quidquam, ei relinquere, qui in pupilli tantum bona venire fatendum eſt: at hæredem pupillo dare non eſt aliquid ei adimere, ſed potius illi ſubuenire, vſumque rerum ſuarum præuere poſt mortem largienti, quod inter maximas iuris vtilitates habetur, l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. expreſsè Vlpianus l. Iulianus 42. in principio, D. de adquirend. vel omittend. hær. ſic Donellus lib. 6. cap. 25. commentar.

*redari poſſe ex cauſis contemptis, Nouell. cũ de appell. §. aliud. cum iniuriæ faciẽdæ capax ſit.*

n. 7.

*Legare ab illo cui nihil relinquo me nõ poſſe docemur.*

n. 8.

*Legare à pupilli exhæredati ſubſtituto non poſſumus.*

n. 9.

*Hæredẽ ſubſtituendo pupillo exhæredato cõſtituere poſſum non ab illo legare, quippè hæredem dare pupilli vtilitas eſt, non verò ab illo legare exhæredato.*

# PERIPHRASIS IV.

## *Modeſtin. l. iam hoc iure 4. in principio, D. de vulg. & pupill. Alexãd. Imper. l. quamuis 4. C. de impub. & alijs ſubſtitut.*

### SVMMARIVM.

*Vulgari pupilli ſubſtitutione tacita pupillaris ſubſtitutio continetur.* n. 1.

*Vulgari expreſſa pupillaris tacita non venit, quoties id profitetur teſtator nolle procedere.* n. 2.

*Vulgari expreſſa non comprehenditur tacita pupillaris, cum ei cohæredem teſtator dedit, in quẽ pupillaris non cadit.* n. 3.

*Vulgari expreſſa non datur tacita pupillaris, cũ pupillo cohæres mater inſtituitur, & ſoli filio dedit ſubſtitutum.* n. 4.

*Pupillo cui ſoli dedit pater ſubſtitutum, & matrem cohæredem mater ſuccedit, ſi poſt immiſtionem decedat pupillus, idque ex voluntatis coniectura Imperatoris beneficio, qui nec tacitam pupillarem eo caſu ſub vulgari accipere voluit.* n. 5.

Mo-

Digitized by Google

## Modeſtinus.

*Iam hoc iure vtimur ex Diui Marci, & Veri conſtitutione, vt cum pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur; ſiue filius hæres non extiterit, & impubes deceſſerit.*

## Imperator Alexander.

*Quamuis placuerit, ſubſtitutionem impuberi, qui in poteſtate teſtatoris fuerit à parente facta, ita, ſi hæres non erit, porrigi ad eum caſum, quo poſteà, quàm hæres extitit impubes deceſſit, ſi modo non contrariam defuncti voluntatem extitiſſe probetur: cum tamen proponas, ita ſubſtitutionem factam eſſe, ſi mihi Firmianus filius, & Ælia vxor mea (quod ab minor) hæredes non erunt in locum eorum Publius Firmianus hæres eſto, manifeſtum eſt, in eum caſum factam ſubſtitutionem, quo vtrique hæredem ſubſtitui potuit.*

*Modeſtinus.* Ex Diui Marci conſtitutione

vo-

voluntatis coniectura, in apertum ius recepta eſt: ita vt cum pater Titium, filij ſuo ſuccedere vellet, ſi intra pubertatem deceſſerit, hocque expreſſerit, multo magis credendum ſit, eum Titium, etiam filiū ſubſtitutum eſſe voluiſſe, ſi antequam ſe immiſceat hæreditati deceſſiſſet. Et contra, ſi tantum filio ſubſtituerit, nulla facta mentione pupillaris ætatis, attamen ipſa voluntatis coniectura, quem voluit vulgariter filio ſubſtitutum, & pupillariter eum ſubſtitui voluiſſe credimus: ſic vt ex pupillari expreſſa, tacita vulgaris contineatur, & in vulgari expreſſa, tacita pupillaris conſiſtat. *Imperator Alexander.* Cum hoc verū eſſe prius fateatur, ſubnectit: totum illud ex teſtatoris voluntate procedere, quare, ſiquis vxorē ſuam, cum filio ſibi hæredes inſtituerit, & poſteà adiecerit, ſubſtitutū expreſsè in amborum defectu, non ideò pupillariter, cum filio ſubſtituiſſe credendum, quamuis pubes ſit, & ita, ſi filius, & vxor ſemel hæreditatem obtinuerint, iique decedant ad legitimos eorum deuoluitur hæreditas, nihil verò ad ſubſtitutum, quippè, cum tacita pupillaris, ex præſumpta teſtatoris voluntate proueniat: hic ceſſat, cum non ſit credibile, filio pupillariter ſubſtituiſſe velle patrem, qui eum inſtitutione matri coniunxerit, in qua non cadebat pupillaris, nec verbum de pupillari adiecerit: potius veroſimile eſt, patrem eo modo, ei ſubſtituere voluiſſe, quā matri ſubſtituit ex perſonarum coniunctione, & ſubſtitutionis ſimilitudine, vnde regula,

Digitized by Google

gula, quæ à priori excipitur, quoties in vtrãque inſtitutorum perſonam, quibus ſimul ſubſtituit teſtator, non cadit pupillaris, ſub expreſſa vulgari, nec vnius pupilli ſubſtitutionem pupillarem contineri. Modeſtinus l. iam hoc iure 4. in princ. D. de vulg. & pupill. Alexand. l. quamuis 4. C. de imp. & alijs. Quæ inſignior eſt differentia, & voluntatis quæſtio in omni ſubſtitutionis genere, & ſi aliæ ſunt exceptiones minus inſignes, quas exponere operæ pretium erit. Regula eſt, quoties vulgariter, quis ſubſtituit pupillo credendũ eſſe, & pupillariter, quoque ſubſtituiſſe, l. iam hoc iure 4. D. de vulg. & pupill. quod tam in tribus caſibus fallit, vel cum teſtator, expreſsè hoc nolit, l. cum ex filio 39. §. filio impuber. D. de vulg. & pupil. vel cum alterum inſtituit, in quem pupillaris ſubſtitutio non cadit, quæ eſt ſpecies dict. l. quamuis 4. C. de impub. & alijs ſubſt. vel cum mater & filius à patre inſtituuntur, & ſoli filio dedit pater ſubſtitutum: in qua caſus ſpecie mortuo filio intra pubertatem, haud ſubſtitutus, ex tacita pupillari vocatur ad pupilli hæreditatem, ſed mater, ex eadem teſtatoris voluntate, nam etſi pupillo tantùm vulgariter ſubſtituerit pater, cum apparuerit, ita matrem dilexiſſe, vt eam ſibi pater hæredem deſtinaſſet, eã ſubſtituto anteponi credimus voluiſſe, qui tantùm etiam paternæ voluntatis coniectura nititur, ſi enim ſuæ ſubſtãtiæ partem vxori derelinquit, multò magis, & luctuoſam hæreditatem ad matrem venire cura-

n. 1. *Vulgari pupilli ſubſtitutione tacita, pupillaris ſubſtitutio continetur.*

n. 2. *Vulgari expreſſa pupillaris tacita non venit, quoties id profitetur teſtator nolle procedere.*

n. 3. *Vulgari expreſſa non comprehenditur tacita pupillaris, cum ei cohæredẽ teſtator dedit in quem pupillaris non cadit.*

n. 4. *Vulgari expreſſa non datur tacita pupillaris, cum pupillo cohæres mater inſtituitur, & ſoli filio dedit ſubſtitutum.*

n. 5. *Pupilli cui ſoli dedit pater ſubſtitutũ, & matrem cohæredẽ, mater ſuccedit, ſi poſt immiſtionem decedat pupillus, idque ex voluntatis coniectura, beneficio Imperatoris, qui nec tacitam pupillarẽ eo caſu ſub vulgari accipere voluit.*

curauit, l. fin. C. de inſt. & ſubſt. quod eſt perſonale matris beneficium ab Imperatore ſuperſtiti matri conceſſum, priùs ſimul cum filio à patre inſtitutæ, quamuis ſoli filio vulgariter ſubſtituerit pater, non extenditur vulgaris ſubſtitutionis vis, vltrà primum ſubſtitutionis caſum expreſsè vulgari contentum, ſic Donellus lib. 6. cap. 26. commentar.

# PERIPHRASIS V.

## *Imperatores Diocletianus, & Maximianus l. in teſtamento 12. C. de teſtam. milit.*

### SVMMARIVM.

*Militis teſtamento, etſi vltrà falcidiam tẽdere poſſe conſtet militem teſtatorem nõ vltra patrimonij vires tenetur hæres.* n. 1.

*Militis vtilitati cautum, vt heredes habeat, eos non vltrà patrimonij vires teneri legatarijs, & fideicommiſſarijs, etſi falcidiæ normam obſeruare non tenetur miles.* n. 2.

*Militis teſtamento legibus locus eſt, vt nec fundum dotalem legare poſſit, nec ſeruum in creditorum fraudem liberũ teſtamento relinquere.* n. 3.

*Militis teſtamento non ideò minus legibus locus eſt, quia falcidiæ in eo non ſit cum falcidia in his teſtamentis locum habeat, quæ iure publico conficiuntur, & militis teſtamentum iure gentium fiat.* n. 4.

Im-

## Imperator Dioclecianus, & Maximinianus.

*In teſtamento militis legem Falcidiam, & in legatis, & fideicommiſſis ceſſare explorati iuris eſt, sanè ſiquid vltrà vires patrimonij poſtulatur, competenti defenſione tueri te potes.*

I*Mperator Dioclecianus, & Maximinianus.* Proprio beneficio, miles haud coarctatur falcidiæ norma, & in quartam bonorũ ſuorum tendere poteſt, ſiue legando, ſiue fidei cõmittendo, ſic vt conſummatis tribus hæreditatis partibus, aut duabus, aut dimidia hæreditate, in dodrante, triente, aut ſemiſſe vltrà progredi poſſit, & ad reliqua iniicere manum. Sic tamen, vt neque leget, nec fidei committat extra patrimonij ſui vires, quippè ea legata, eaque fideicommiſſa, vnquam conſiſtunt: etiam, ſi inuentarium non fecerit hæres, quamuis eo non confecto inſolidum creditoribus teneatur. Imperatores Diocl. & Maxim. l. in teſtamento 12. C. de teſtam. milit. quod non vltrà patrimonij vires teneatur hæres in fideicommiſſis, & legatis, docet Vlpianus, ex Nerua, & Traiano l. 1. §. poſteà, D. de teſtam. milit. nam cum beneficio falcidiæ miles careat, rectè ſecundum hæredi ſeruatur auxilium, ne vltrà patrimonij vires teſtetur defunctus,

n. 1. *Militis teſtamẽto, etſi vltrà falcidiam tendere poſſe conſtet militem teſtatorẽ nõ vltrà patrimonij vires tenetur hæres.*

n. 2. *Militis vtilitati cautũ, vt hæredes habeat, eos nõ vltrà patrimonij vires teneri legatarijs, & fideicõmiſſarijs, etſi falcidiæ normã obſeruare non tenetur miles.*

n. 3.

*Militis teſtamẽto legibus locus eſt, vt nec fundum dotalẽ legare poſſit, nec ſeruum in creditorum fraudem liberũ teſtamento relinquere.*

n. 4.

*Militis teſtamẽto non ideò minus legibus locus eſt, quia falcidiæ in eo non ſit cum falcidia in his teſtamẽtis locum habeat, quæ iure publico conficiuntur, & militis teſtamentum iure publico non fiat.*

ctus, ne de alieno largiatur, contra diſpoſita l. cum filius 28. D. de teſtam. milit. quoniam nec facilè eſſet reperire eum, qui vellet militis hæreditatem adire, ſi vltrà patrimonii ſui vires tenderet, dum etiam falcidia caret, nunc ſi non ea, inuentarij beneficio gaudet, l. fin. C. de iur. delib. in his tamẽ, & illud dubitationem mouet. l. ſi à milite 29. §. 1. l. in fraudem 15. l. dotalem 16. D. de teſtam. milit. quibus cautum reperimus, leges in militis teſtamento obſeruandas eſſe: vt neque dotalem fundum legare poſſit, neque ſeruum in creditorum fraudẽ manumittere: rurſus, cum æquè cautum ſit, vltrà dodrantem non poſſe quem legare, cõſtat militẽ poſſe, ita vt falcidiæ legi in eius teſtamento locus non ſit? dicta à nobiſque expoſita, l. in teſtamento 12. C. de teſt. milit. cui obijci ſatisfacies, ſi dixeris, hoc non eſſe contra falcidiæ legis diſpoſitionem, cum ea, quodammodo militum teſtamenta excipiantur: nam expreſsè aſſerit lex falcidia eius computationem obſeruandam eſſe illis teſtamentis, quæ iure publico fiũt, quo excipit ea teſtamenta, quæ iure gentiũ, quæ iure ſpeciali conſiſtunt, l. 1. D. ad lege Falcid. quod, & ipſius legis verbis indicatur, ibi: *Iure publico dare legare valet.* Non aliter Donellus lib. 6. c. 28. comment.

(?)

Peri-

Digitized by Google

# PERIPHRASIS VI.

## *Marcellus l. Titius 25. D. de teſtam. milit. Vlpianus l. in fraudem 15. §. teſtamentum, D. eiuſd. tituli.*

### SVMMARIVM.

*Teſtamentum minus ſolemne ante militiã factum nuda voluntatis expoſitione à milite confirmatur.* n. 1.

*Miles ante militiam factum teſtamentum, alicuius rei etiam detractione illud confirmat, & ſi minus ſolemne fuerit.* n. 2.

*Conſentit in reliquis, qui aliqua ex illis excipit.* n. 3.

*Militis voluntas contraria non ſit, hoc eſt noua, nam voluntate noua non contraria opus eſt ad confirmandum teſtamentum minus ſolemne ante militiam factum. Donellus, Duarenus, & Viglius, & Vſualdus.* n. 4.

### Marcellus.

*Titius priùs quã Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentũ fecit, & poſteà cinctus, manẽte eodẽ defunctus: quæro, an militis teſtamentum videatur eſſe?*

Mar-

*Marcellus reſpondit: teſtamentum, quod ante Tribunatum feciſſet, nihil, ſi poſteà ab eo factum, dictum eſſe probetur, quod valere vellet, ad commune ius pertinet: conſtitutionibus enim Principum non militum teſtamẽta, ſed ea, quæ à militibus facta ſunt, confirmantur: ſed planè feciſſe teſtamentum eum interpretandum eſt, qui ſe velle teſtamentum, quod ante fecerat, valere, aliquo modo declarauit.*

## Vlpianus.

*Teſtamentũ ante militiam factum à milite, ſi in militia deceſſerit, iure militari valere, ſi militis voluntas contraria non ſit, Diuus Pius reſcripſit.*

MArcellus. Condiderat Titius teſtamentum, poſteà in numeros redactus Tribunus legionis deceſsit, qui cum eodem teſtamento perſeueraſſet, quod tantùm iure gentium teſtamenti vim ab initio haberet, nunc quæritur, an eodem iure ſuſtineatur? Propter iuris militaris beneficium, ita; vt quod anteà nullam forſitan erat, iuris communis obſeruatione, effectũ militaris teſtamenti ſortiatur? Idem Marcellus reſpondit, ſi nihil addendo, vel detra-

trahendo à milite factum fuit in eo teſtamẽto, aut palàm profitendo, ſe velle eo teſtamẽto decedere, nullius momenti eſſe: quippè militantiũ teſtamenta Principes rata eſſe voluerunt, non vero ea, quæ ſunt militum, & in otio, & pace fecerunt, quæ iure communi fieri debent, re vera ſi pro vt Marcellus inſinuat, voce, notis, ſignis, manu, aliouè quocumque modo, ſuam voluntatem militem declaraſſe conſtet, duobus teſtibus, aut ipſius rei inſtrumento valet, quocumque anteà inſtrumento ſupremum teſtatoris iudicium complectente. *Vlpianus*. Militis teſtamentum, quod nullius iuris publici ſolemnitatibus nitebatur, nec iure militari valere, ideò quia non in militiæ numeris eſſet miles (quod olim neceſſarium ad priuilegia conſequenda, deinde reſtrictum, dum in expeditione maneret) niſi non contraria noua militis voluntas tali acceſſerit teſtamento, palàm prolata, expreſſè comperta, voluit, & ita reſcripſit Diuus Pius Imperator, Marcellus l. Titius 25. D. de teſtam. milit. Vlpianus l. in fraudem 15. §. teſtamentum, D. de teſtam. milit. Sanè hoc expreſsiùs minuſque in cruce figit difficultatis cauſa, dict. l. Titius 25. D. quam ſequitur, & explicat §. ſed ſiquis ante militiam, in tit. de milit. teſtam. vbi dicitur: *Sed ſiquis ante militiam non iure fecit teſtamentum, miles factus, & in expeditione degens reſignauit illud, & quadam adiecit, ſiue detraxit, vel aliàs manifeſta eſt militis voluntas, hoc valere volentis:*

n. 1.
*Teſtamentũ minus ſolemne.*
n. 2.
*Miles ante militiam factum teſtamentũ, alicuius etiã rei detractione illud confirmat, etſi minus ſolemne fuerit.*

n. 3.
*Conſentit in reliquis, qui aliqua ex illis excipit.*

*tis: dicendum eſt valere hoc teſtamentum quaſi ex noua militis voluntate.* Nam, vt ait Vlpianus: *Qui hæc excipit, non poteſt non videri de cæteris rebus, quæ in ea eſſent, non ſenſiſſe.* De domo inſtructa, & ſupellectili loquebatur, cuius, & ſunt dicta verba, l. quæſitum 12. §. idem reſpõdit, D. de inſtit. vel. inſt. legat. attamen quod negare non poſſumus, & interpretatione dignum, & non nihil difficultatis habet, eſt omne in dicta l. in fraudem 15. §. teſtamentum, D. de milit. teſtam. vbi Vlpianum aſſerere dices, ſi contraria non appareat teſtatoris militis voluntas, firmaſſe videri, militem ante militiam, non ritè factum, non iure publico teſtamentum ex eo, quod non contraria illius voluntas indicetur? Sic vt ſi nihil adiecerit nihil detraxerit, ſufficiat diuturnum eius ſilentiũ, quo vires teſtamentum accipiat, ita, vt non ſit neceſſaria noua voluntas de qua aliquo modò conſtet? ſed cum ea verba ambigua ſint, ita vt eo ſenſu accipi poſsint: *Si militis voluntas contraria non ſit, ſi militis voluntas noua contraria non ſit,* eam interpretationem in legis ambigua voce accipiamus, quæ vitio maximè caret, monente, l. in ambigua 19. D. de legibus, ſic Donellus lib. 6. cap. fin. comment. Franciſcus Duarenus titulo de teſtament. milit. cap. 3. in fine. Viglius §. ſed ſi quis ante, inſtit. de milit. teſt. Vſundus tit. Q. in not. ad Donellum, & huic ſolutioni adaptari poteſt, illud iuris præceptum, quod vni legum deeſt, ex alia

lia

lia ſummi debere, l. non eſt nouum 26. cum ſeqq. D. de legibus, l. præcipimus 32. §. fin. C. de appellationib.

# PERIPHRASIS VII.

## *Gaius l. neceſſarijs 57. D. de adquirend. vel omitt. hæreditate.*

### SVMMARIVM.

*SVi, & neceßarij hæredes, vt ſunt filij in poteſtate ſi impuberes ſe immiſceant paternæ hæreditati abſtinendi ſe ab ea poteſtatẽ à Prætore aſſequuntur.* n. 1.

*Suus hæres maior poſt immixtionem nullum regreßum habet, ante immixtionem ſe à paterna hæreditate abſtinet Proconſulis, aut Prætoris beneficio.* n. 2.

*Suus hæres minor ante immixtionem Prætoris ope ſe abſtinendi poteſtatem obtinet, poſt immixtionem ex eius edicto reſtitutionem in integrum habet.* n. 3.

*Neceſſarij tantum hæredes, vt ſerui, ſiue impuberes, ſiue puberes, nec ante immixtionem, nec poſt vllum abſtinendi, aut reſtitutionis auxilium obtinent.* n. 4.

*Neceßarijs hæredibus ideò nullum auxilium, quia melius eſt, nomine ſerui bona venire, quam domini, cuius famæ parcimus.* n. 5.

*Hæredis extranei eſt aditio, ſui immixtio extraneum ex aſſe inſtitutum, ante tabularum*

 aper-

aperturam poſſe hæreditatem adire, docet Cuiacius. n. 6.

Suus, & neceſſarius heres, vt filius in poteſtate, & neceſſarius tantum, vt ſeruus ante quam tabulæ aperiantur pro hæredibus haberi poſſunt. n. 7.

Neceſſarijs hæredibus, nempè ſeruis minoribus poſt immixtionem, & ſi non reſtitutionem, vt ſe ab hæreditate abſtineant, concedit Prætor bonorum ſuorum ſeparationem per reſtitutionem. n. 8.

Serui bona quaſi caſtrenſia videntur, quæ adquiſiuit fraudans ſe proprio victu, vel aliàs à domino conceſſa teſtamento, vel poſteà adquiſita. n. 9.

Seruus minor Prætoris beneficio bonorum ſuorum ſeparationem conſequitur, vt non vltra vires dominicæ hereditatis teneatur. n. 10.

Neceſſarius heres maior viginti quinque annis, qui ſe immiſcuit domini hæreditati omni beneficio caret. n. 11.

Sui hæredes non poſſunt cogi vt adeant, nec in illis aditio eſt, imò nec extranei, in quibus eſt aditio, cogi poſſunt, Goueanus contra Accurſium. n. 12.

Hæredem nullum cogi adire dixit Goueanus, etſi obijcitur eius aſſertioni, l. cum proponas 3. C. de hæred. inſtit. n. 13.

Neceſſario in ſeruo nulla aditio eſt, ſed immixtio, in extranei ſeruo, & ſi datur aditio voluntas domini tantum inſpicitur. n. 14.

Ga:

Digitized by Google

## Gaius.

*Neceſſarijs hæredibus, non ſolum impuberibus, ſed etiam puberibus, abſtinendiſe ab hæreditate Proconſul poteſtatem facit, vt quamuis creditoribus hæreditatis iure ciuili teneantur, tamen in eos actio non detur, ſi velint derelinquere hæreditatem: ſed impuberibus quidem, etiam ſi ſe immiſcuerint hæreditati, præſtat abſtinendi facultatem: puberibus autem ita ſi ſe non immiſcuerint, § ſed tamen, & puberibus minoribus viginti quinq; annis, ſi temerè damnoſam hæreditatē parētis appetierint ex generali edicto, quod de minoribus viginti quinq; annis, ſuccurrit: cum, etſi extranei damnoſam hæreditatem addierint, ex ea parte edicti in integrum eos reſtituit, §. ſeruis autem neceſſarijs hæredibus, ſiue puberes, ſiue impuberes ſint, hoc non permittitur.*

GAius. Proconſul in Prouintia, Prætor in ciuitate, dat ſuis, & neceſſarijs hæredibus, ſe ſe abſtinendi ab hæreditate poteſtatem, nam ſui etiam viuo teſtatore

domini exiſtimantur, ſic vt nulla videatur hæreditas fuiſſe: tamen hanc Prætoris obtinent poteſtatem puberes ſi ſe non immiſceant hæreditate, impuberes etiam ſi ſe immiſcuerint, §. rurſus ex puberibus illi, qui minores vigintiquinque annis fuerint, ſi dãnoſam hæreditatem conſequantur in mixtione habent generale iuris remedium, ex edicto nempè de in integrum reſtitutione, quippè non minorem iuris prærogatiuã ij, qui penè ad propria bona veniunt habere debent, quam reliqui minores, cum eo beneficio, & extranei gaudeãt hæredes, §. ſerui, qui, & neceſſarij hæredes eſſe ſolent (ſi tamen ſui dici non poſſunt) neque ſi ſe non immiſceant, maiores à Prætore ſe abſtinendi poteſtatem conſequuntur, neque minores in integrum reſtitutionem, neque impuberes, etiam ſi ſe immiſcuerint ſimilis beneficij prærogatiua iuuantur. Gaius l. neceſſarijs 57. de adquir. vel omitt. hæredit. Cognoſcit Prætor (cum de Proconſule fiat mentio exempli gratiã, vel ex facto) de pupilli immixtione, quam, & eſſe nullam declarat, ob ætatem, iudicijque infirmitatẽ, vnde, nec reſtitutione opus eſt, ſed tantũ ex mero eius nobili officio abſtinendi ſe poteſtatem illi tribuit. Sic Gothophredus lit. S. dict. l. neceſſarijs 57. D. diuerſis denique iuribus nituntur, maior, & ſuus hæres factus ante immixtionem Proconſulis beneficio, ſeu alterius ſimilis magiſtratus, poteſt, & conſequitur, vt ſe abſtineat, cui ſi ſe immiſcuerit nullius ei regreſſus patet obnoxio pater-

*n. 1. Sui & neceſſarij hæredes, vt ſunt filij in poteſtate, ſi impuberes ſe immiſceant paternæ hæreditati abſtinẽdi ſe ab ea poteſtatẽ à Prætore aſſequũtur.*

*n. 2. Suus hæres maior poſt immixtionem nullum regreſſum habet, ante immixtionem ſe à paterna hæreditate abſtinet Proconſulis, aut Prætoris beneficio.*

Digitized by Google

ternis creditoribus manenti, minor Prætoris edicto ſubuenitur: pupo ætatis prærogatiua etiam poſt immixtionem Proconſulis cognitione nullum iuris patitur incōmodū, ſeruis proprijs hæredibus inſtitutis omne auxilium denegatur, & textus verbis vtendo *ſiue puberes, ſiue impuberes ſint*. Haud illis conceditur, nota verbum *puberes*, comprehendere maiores, & minores, cum neque illis ante immixtionē, neque iſtis poſt immixtionem prædicta iuris remedia prodita ſint, neque impuberibus nulla eſt immixtio, cauſa, & decidēdi ratio, in illis omnibus, quia melius eſt, vt nomine ſerui bona veniant, vt hoc exiſtimationis beneficiū dominus habeat, pro libertatis munere ſeruo conceſſæ, quæ omnis ratio ceſſat in filio, vnde diuerſum ius ſtatuitur, notat Iacobus Cuiatius extraneum poſſe ante tabularum aperturam hæreditatē adire, ſi ex aſſe fuerit inſtitutus, at ſi nō ex aſſe inſtitutus appareat nullam eius eſſe aditionem in ſuo, & etiam in ſeruo hærede, hoc aliter procedere, & nihil operare, quod ſit, aut nō cognita teſtamenti diſpoſitio, cum ſemper iure

n. 3.
*Suus hæres & minor ante immixtionē Prætoris ope ſe abſtinēdi poteſtatē obtinet, poſt immixtionē ex eius edicto reſtitutionem in integrum habet.*

n. 4.
*Neceſſarij tantū hæredes, vt ſerui, ſiue impuberes, ſiue puberes, nec ante immixtionem, nec poſt illū abſtinendi, aut reſtitutionis auxiliū obtinent.*

n. 5.
*Neceſſarijs hæredibus ideò nullū auxiliū, quia melius eſt ſerui nomine bona venire, quā domini, cuius famæ parcimus.*



n. 6.
*Hæredis extranei eſt aditio, ſui immixtio extraneū ex aſſe inſtitutum, ante tabularū aperturā poſſe hæreditatem adire, docet Cuiatius.*

n. 7.
*Suus, & neceſſarius hæres, vt filius, & neceſſarius tantum vt ſeruus ante tabularū aperturam pro hæredibus haberi.*

n.8. *Neceſſarijs hæredibus, nempè ſeruis minoribus poſt immixtionẽ, & ſi non reſtitutionẽ, vt ſe ab hæreditate abſtineant, cõcedit Prætor bonorũ ſuorũ ſeparationem per reſtitutionem.*

ciuili pro hæredibus habeantur, l. ex parte 58. D de adquis. hæred. l. 1. D. de reb. dubi. Cuiacius lib. 18. in tractatu ad Africanum, habemus Vlpiani ad Edictum verba, quæ etſi non prioribus contraria diuerſa, tamen ſunt cũ prima fronte ſeruis neceſſarijs hæredibus inſtitutis reſtitutionis beneficium concedere videantur, ſunt in l. ait Prætor 7. §. non ſolum, D. de minorib. ibi: *Non ſolum autem filius, qui ſe miſcuit paternæ hæreditati ſed etſi aliquis ſit ex neceſſarijs minor annis, ſimili modo reſtitutionem impetrauit, veluti ſi ſeruus ſit, cum libertate inſtitutus, dicendũ enim erit, ſi ſe miſcuit poſſe ei ſubueniri ætatis beneficio, vt habeat bonorum ſuorum ſeparationem.*

n.9. *Serui bona quaſi caſtrenſia videntur, quæ adquiſiuit fraudãdo ſe proprio victu, vel aliàs à domino conceſſa teſtamento, vel poſteà adquiſita.*

Sed ne te longo ſermone morer, concedit Prætor reſtitutionem ſeruis minoribus, etiam ſi ſe domini hæreditati immiſcuerint, ad id vt ſeparationem bonorum habeant, non verò ad id, vt ſe ab hæreditate abſtineant, provt ſuis conceſſum apparet, bona ſerui videntur, quæ naturali iure adquiſiuit, ex proprio victu, ex parſimonia, & alijs, ſiue debitis ipſi, ſiue permiſsis. Martianus l. ſi quis dicat 5. cum ſeqq. D. de manumiſ. vindict.

n.10. *Seruus minor Prætoris beneficio bonorũ ſeparationẽ conſequitur, vt non vltra vires dominicæ hæreditatis teneatur.*

Seruo minori accommodat Prætor in bonis ſeparationem, vt teneatur creditoribus intra ſui domini hæreditatis vires, & non vltra, & hoc etiam ſi ſe immiſceat minor: at ſi ſe maior immiſcuerit ſimili beneficio caret, non verò æquè illo carebit, ſi antè immixtionem petierit ſeparationem, nam ibi ſi non opus illi eſſe poteſt reſtitutionis auxilium, poteſt tamen ipſius Præto-

ris

ris ſeparationis beneficium impetrare, vt verba indicant, l. 1. §. fin. D. de ſeparationib. ibi: *Sciendum eſt neceſſarium hæredē ſeruum, cum libertate inſtitutum impetrare poſſe ſeparationem: ſcilicet, vt ſi non attigerit bona patroni, in ea cauſa ſit, vt ei quidquid poſteà adquiſierit, ſeparetur: ſed & ſiquid ei à teſtatore debetur.* Hæc firmat, & probat Hugus Donel. lib. 7. comment. c. 1. notat Gouean. nullū hæredem cogi poſſe, vt adeat, irridetq; Accurſium, qui ſuos poſſe cogi aſſeuerat, cum in illis, nec aditio, nec hæreditas ſit, Antonius Goueanus lib. 2. var. cap. 3. nec defendes Accurſium, ſi dixeris ſeruum cogi poſſe, nam in ſuis, & neceſſarijs hoc non inſpicitur circa aditionem: at ſi ſeruum extranei inſtituiſti hæredis, de hoc, nec verbum Accurſius, de quo meminit l. cum proponas 3. C. de hæred. inſtit. Iaſon in l. ſi quis mihi 23. § iuſſum, D. de adquir. vel omitt. hæred. Iacobus Minſinger. §. item vobis, inſtit. per quas perſon. nob. adquir. n. 4. Tamen non malè ſequeris Goueanum, cum in ſeruo, nec velle, nec nolle credimus, totaque eius voluntas domini exiſtimetur, qui nec cogi poteſt, ſic, vt neque in neceſſario detur aditio, & in extranei ſeruo domini præcedentem voluntatem totum facere iudicamus.

(.:.)

n. 11. *Neceſſarius hæres maior viginti quinque annis, qui ſe immiſcuit domini hæreditati omni beneficio caret.*

n. 12. *Sui hæredes nō poſſunt cogi, vt adeant, nec in illis aditio eſt, imò nec extranei, in quibus eſt aditio cogi poſſūt, Gouean. contra Accurſ.*

n. 13. *Hæredē nullū cogi adire dixit Gouean. etſi obijcitur eius aſſertioni, l. cum proponas, C. de hæred. inſtit.*

n. 14. *Neceſſario in ſeruo nulla aditio eſt, ſed immixtio, in extranei ſeruo, & ſi datur aditio volūtas tātū domini inſpicitur.*

PE-

# PERIPHRASIS VIII.

## *Vlpianus l. 1. §. ſed & quoties, D. ad Senat. Trebell. Gaius l. ſed etſi 10. Iulianus l. ita tamen 27. §. à patre hæres, D. ad Senat. Trebell.*

### SVMMARIVM.

*Fiduciarius hæres cogi poteſt adire relictam hereditatem, ſub conditione incerta, vel incertum diem, Vſualdus.* n. 1.

*Hæres rogatus exheredati filij hæreditatem reſtituere, & ſi patris hæreditas ei relicta ſit, nõ poteſt ob fideicommiſſariam filij hæreditatem filio viuo patris hæreditatem adire cogi.* n. 2.

*Hæreditatem ſub incerto die vel conditione relictam, non poſſe fiduciarium cogi adire dixit Donellus, cuius ſententia non probatur, ab Vſualdo.* n. 3.

*Fiduciarium poſſe cogi adire, & reſtituere hæreditatem ſiue ſub certo vel incerto die, vel conditione relictam, Cuiatius.* n. 4.

### Vlpianus.

*Sed, & quoties, quis rogatus duobus reſtituere hæreditatem, alteri purè, vel in diem, alteri ſub conditione ſuſpectã*

dicit:

dicit: ei cui erat rogatus purè, vel in diem reſtituere, interim vniuerſam hæreditatem reſtitui, Senatus cẽſuit, cum autem ſtiterit conditio, ſi velit alius fideicommiſſarius partem ſuã ſuſcipere, tranſire ad eum ipſo iure actiones.

## Gaius.

Sed, & ſi ante diem, vel ante conditionem reſtituta ſit hæreditas, nõ transferuntur actiones: quia non ita reſtituitur hæreditas, vt teſtator rogauit: planè poſteà quam extiterit conditio, vel dies venerit: ſi ratam habeat reſtitutionem hæreditatis: benignius eſt intelligi, tunc translatas videri actiones.

## Iulianus.

A patre hæres ſcriptus, & exhæredato filio ſubſtitutus, ſi rogatus fuerit hæreditatem, quæ ad eum ex ſubſtitutione peruenerit, Titio reſtituere, cogendus non eſt viuo pupillo patris hæreditatẽ adire: primum, quia ſub conditione fideicommiſſum datum eſt: deinde quia

non

*non probe de hæreditate viuentis patri aget: mortuo autem pupillo, compelli debet hæreditatem patris adire.*

VLpianus. Si quis in diem, vel purè ſit per fideicommiſſum vocatus ad fideicommiſſariam hæreditatem, & habeat fideicommiſſarium ſub conditione cohæredem nominatum: qui ſic ad hæreditatē in diem, aut purè vocatur, cogere poterit fiduciarium hæredem, qui ſuſpectam forſitan habet hæreditatem, vt eam adeat, eiq; totam reſtituat hæreditatem propter non omnino fideicommiſſario cohæredi nominato: ſed ita præfertur, vt aduenienre cohæredis conditione, abſque noua hæreditatis reſtitutione pro parte cohæres, in ea reperiatur, & actiones exerceat. *Gaius*. Reſtitui poteſt hæreditas ante conditionis aduentum, ſed non ea reſtitutione tranſeunt actiones donec adueniat conditio: quia non ita reſtituitur hæreditas, vt teſtator voluit: planè ratihabitione, retrotrahitur actionū tranſmiſsio, & ab initio hæredem fuiſſe cēſetur, quod non eſt prioribus contrarium, nam ſi reſtitui poteſt ante diem, vel conditionem, hæreditas, & multo magis cogi fiduciarius poterit, vt adeat hæreditatē. *Iulianus*. Eum, quia teſtatore fuerat directè inſtitutus, & filio exhæredato pupillo ſubſtitutus, nō ideo, quia iubetur à patre pupillarem hæreditatem reſtituere cogi poteſt, patris hæreditatem viuo pupillo adire: quippè de aliena hæ-

hæreditate reſtituenda pater rogauit, de aliena pupilli, non verò de ſua, & qui alienã rogat reſtituere hæreditatem, nihil agit: vnde male pupilli fideicommiſſarius petit conditionalem hæreditatem ante diem ſibi reſtitui, vel eius reſtitutionis cauſa paternam adiri, cogique hæredem, & improbe quoque petit, cum petat nullo nitens iure viui exhæredati pupilli hæreditatem: mortuo autem pupillo compelli poteſt à fideicommiſſario, fiduciarius hæres, vt adeat patris hæreditatem, eique reſtituat pupillarem hæreditatem, quaſi ex patris teſtamento ab eo prouenientem, quoniã patris, & filij teſtamentum diuerſis rationibus pro vno, vel duobus habetur, quod valdè in iure receptum eſt. Vlpianus dict. l. 1. §. ſed & quoties, D. ad Senat. Trebell. Gaius dict. l. ſed etſi a. 2. D. Iulianus l. ita tamẽ 27. §. à patre hæres, D. ad Senat. Trebell. Quibus colligit Vſualdus, eum qui ſub incerto die, vel conditione, vocatus ſit ad hæreditatem, poſſe cogere fiduciarium, ad id vt adeat, & ei reſtituat hæreditatem, quamuis in incertum diem collata fuerit reſtitutio; dic, in tempus emancipationis, quo aliquid ſuum habere poterat hæres, & ita in tempus incertũ, ſeu diem, cum dubitari poſsit, an filius familias ad tale tempus peruenturus, vt ſui iuris ſit, vnde & filius inſtitutus per fideicommiſſum, etiam ſub poteſtate conſtitutus, patrem ſuum cogere poteſt, vt adeat hæreditatem, quæ eſt Vlpiani ſpecies, in l. cogi poterit 16. §. ſi pater,

n. 1. *Fiduciarius hæres cogi poteſt adire relictam hæreditatẽ ſub cõditione incerta, vel incerto die, Vſualdus.*

Tom. 2.

ter,

n. 2. ter, D. ad Sen. Trebell. obijcit ipſe Vſualdus l. ita tamen 27. § à patre hæres, D. ad Senatſ. Trebell. cui reſpondit, eo modo quo nos in huius capitis limine textū expoſuimus, videlicet patrem filium exhæredaſſe, & Mæuium inſtituiſſe, exhæredatoque ſubſtituiſſe, & Mæuio rogauiſſe, Titio exhæredati pupilli hæreditatem reſtituere; inde infert non poſſe Mæuium recuſantem, à Titio fideicommiſſario cogi patris hæreditatem adire, duabus rationibus: prima, quia hæreditas patris non eſt, de qua rogatus eſt reſtituere: ſecunda, quia ſub conditione rogatus eſt, reſtituere pupilli hæreditatem, nempè ſi intra pubertatem decedat; quibus notat Vſualdus Iulianum ideo dicere non cogi adire hæreditatem, quia de alia ſeu aliena rogatus erat, alias procedere, cogi poſſe, & ſi ſub incertum diem, vel conditionem ſit rogatus, ex Vlpiani l. ille à quo 13. D. ad Senatuſc. Trebell. ſic Donelli diſtinctioni non eſt locus, qui aſſerit incertum diem impedimentum eſſe, aditioni fiduciarij, ita, vt cogi non poſsit, & concludit Vſuadus, ſemper poſſe, & debere reſtituere, litt. B. & L. lib. 7. cap. 22. in notatis ad commentarios Donelli: Iacobus Cuiatius lib. 4. Dig. Saluij Iuliani dict. l. ita tamen 27. § à patre hæres, D. Vſualdi doctrinam amplectitur, docens conditionē, ſiue certam, ſiue incertam, inutilem eſſe cauſam, ad id vt quis non cogatur adire, quos ſequor, hocque ex ipſius Iuliani, & Vlpiani ſententia, l. apud Iulianum 21. §

*Hæres rogatus exhæredati filij hæreditatem reſtituere, & ſi patris hæreditas ei relicta ſit, non poteſt ob fideicommiſſariam hæreditatem filij, viuo filio patris hæreditatē adire cogi.*

n. 3. *Hæreditatem ſub certo die, vel conditione relictam non poſſe fiduciarium cogi adire, dixit Donellus cuius ſententia non probatur ab Vſualdo.*

n. 4. *Fiduciariū poſſe cogi, adire & reſtituere hæreditatem ſiue ſub certo vel incerto die, vel cōditione relictā Cuiatius.*



Digitized by Google

Antiſtiæ, D. ad Senat. Trebell. verba in fine legis: *Nec oporteat damno affici eum, qui rogatus adit hæreditatem remedium dedit, vt ſi quid horum contingerit perinde permittatur venundari bona Antiſtiæ, ac ſi hæres ei non extitiſſet.*

# PERIPHRASIS IX.

## *Vlpianus l. liber homo 13. §. ſi ſeruus, D. ad leg. Aquil. Paulus l. qui ita inſtitutus 66. §. ſi damnum, D. ad Senat. Trebell.*

### SVMMARIVM.

*Hæreditati iacenti, quæ eſt perſona ficta, dū aditur hæreditas, actio adquiritur, quæ transfunditur in hæredem directè quandocumque adierit.* n. 1.

*Expoſitio Donelli l. liber homo 13. §. ſi ſeruus hæreditarius, D. ad leg. Aquiliam improbatur.* n. 2.

*Hæreditate iacente omnis actio ei adquiritur, & per eam hæredi directè inſtituto, ſiue pœnalis, ſiue rei perſecutoria, l. liber homo 13. §. ſi ſeruus, D. ad leg. Aquil.* n. 3.

*Hæreditario ſeruo, damno dato actio quatenus pœnalis eſt, non tranſit ad fideicommiſſarium, ſed tantum quatenus rei perſecutoria habetur.* n. 4.

*Aquilia actio eſt pœnalis, cum transgreditur*

veri

*veri dati damni æſtimationem, retrouerſus enu-meratis triginta dierum anni vè ſpatijs, & in eo quod pœnalis eſt fiduciario hæredi, adquiritur; & tantum tranſit ad fideicommiſſarium illud bonorum detrimentum, non quod inficiationis pœna adquiritur, vel alio modo.* n. 5.

## Vlpianus.

*Si ſeruus hæreditarius occidatur, quæritur, quis Aquilia agat, cum dominus nullus ſit huius ſerui? & ait Celſus legem domino damna ſalua eſſe voluiſſe: dominus ergo hæreditatis habebitur: quare adita hæreditate, hæres poterit experiri.*

## Paulus.

*Si damnum in ſeruo hæreditario datum ſit licet per ſeruum hæreditarium hære di competere actio cæpit, non tamen tranſit legis Aquiliæ actio ad fideicommiſſarium: hæ enim actiones tranſeũt, quæ ex bonis defuncti pendent.*

V*Lpianus.* Si hæreditario ſeruo vita auferatur, quis agere poſsit Aquilia quæſimus, cum nullum habere videatur dominũ talis ſeruus? & Celſi fuit ſententia, haud vo-

voluiſſe legem detrimentũ ex eo domino generari quæ proueniſſent, vt hæreditas iacentis dominus reputetur, illique legis actionem adquiri, & conſequenter hæredi, quandocumque hæreditatem adierit. *Paulus* Si damno affecta ſit hæreditas, ex ſeruo hæreditario, & ſi per ſeruum hæredi competit actio in hæreditatis reſtitutione, non venit legis Aquiliæ pœna, tantumque veniet ad fideicommiſſarium, quæ ad defuncti bona pertinent & ita ſimplum dati damni veniet non vero, quod pluris ex Aquilia conſequitur, ex ea parte, qua pœnalis eſt actio. Vlpianus l. liber homo 13. §. ſi ſeruus hæreditarius, D. ad leg. Aquil. Paulus dict. l. qui ita inſtitutus 66. §. ſi damnum, D. ad Senat. Trebell. Proponit Vlpianus, quod ſi euenerit ſeruum occidi acquiratur hæreditati legis Aquiliæ actio & per hæreditatem hæredi, obijcitur Pauli ſententia, in l. qui ita inſtitutus 66. §. ſi damnum in ſeruo, D. ad Sen. Trebell. ibi dicitur damnum ſeruo hæreditario datum, adquiſitumque hæredi, in hæreditatis reſtitutione non venire, non tranſferri ad fideicommiſſarium, quod diſſentire videtur, ſi non contrarium eſt à ſententia, l. liber homo 13. § ſi ſeruus hæreditarius, D. Donellus ſic nodum diſſoluit diuerſam eſſe textus ſpeciem aſſerens, à dict. l. qui inſtitutus 66. §. ſi damnum, D. ad Sen. Treb. quia loqui vult Paulum de damno dato ſeruo hæredis facto, qui, & hæreditarius dici ſolet, adita hæreditate, qui iã fiduciarij hæredis eſt, l. ſi hæres 70. § ſi hæres, D. ad Sen.

n. 1.
*Hæreditati iacenti quæ eſt perſona ficta, dum adijtur hæreditas, actio adquiritur, quæ tranſfunditur in hæredem directè, quandocumque adierit.*

n. 2.
*Expoſitio Donelli l. liber homo 13. § ſi ſeruus, D. ad leg. Aquil. improbatur.*

n. 3. Trebell. & cum poſsideatur hæreditas tē-
*Hæreditate ia* pore, quo ſeruus damnum accepit; ita eius
*cēte omnis actio* damni adquiri, aſſerit Donellus fiduciario
*ei adquiritur &* actionem, vt reſtituta hæreditate non tran
*per eam hæredi* ſeat eo caſu talis actio, quæ non fuit ex bo-
*inſtituto ſiue pœ* nis defuncti hæreditatiſvè iacentis, non trā
*nalis, ſiue rei* ſeat reſtitutione ad fideicommiſſariū, quæ
*perſecutoria, l.* Donelli ſolutio, & ſi nō inſubtilis, nō pror
*liber homo 13.* ſus placet, & magis eam Vſualdi amplecti-
*§. ſi ſeruus, D.* mur, qui docet, ſecundū ſui naturā omnes
*ad leg. Aquil.* actiones venire in reſtitutionē, & cū actio

n. 4. legis Aquiliæ miſta ſit, continens pœnæ, &
*Hæreditario ſer* rei perſecutionem, §. ex maleficijs, inſt. de
*uo damno dato* actionib. procedit eo temperamēto, eaque
*actio quatenus* diſtinctione, vt damno dato ſeruo hæredi-
*pœnalis eſt, non* tario, cum poſtea fiduciarius hæres adierit,
*tranſit ad fidei-* ſibi pœnæ lucrum adquirat, quod nō venit
*commiſſarium,* in reſtitutionem, & tātum verum rei detri
*ſed tantum qua* mētum, cuius ſimplum ſolidumque preciū
*tenus rei perſecu* ad fideicommiſſarium expectet; & ſic rectè
*toria habetur.* Paulum dixiſſe non tranſire ad fideicōmiſ-

n. 5. ſarium actionem, dum intelligit Vſualdus
*Aquiliæ actio* quatenus hæc actio pœnalis eſt, dict. l. qui
*pœnalis eſt, cū* ita inſtitutus 66. §. ſi damnum, D. ad Sen.
*trāſgreditur ve* Treb. ita rectè dixiſſe Vlpianum tranſire a-
*ri dati dāni æſti* ctionem in fideicommiſſarium reſtitutio-
*mationē, retro* ne, nempè intra veri dati damni quantita-
*uerſus enumera* tem, dict. l. liber homo 13. §. ſi ſeruus, D. ad
*tis triginta die-* leg. Aquil. habita diſtinctione, l. itē veniūt
*rū, anniuè ſpa-* 20. §. cū prædiximus omnes, D. de hæred.
*tijs, & neo quod* pet. li. 7. c. 25. Vſuald. in notatis, litt. H. pro-
*pœnalis eſt fidu* pè finem iuris ciuilis commentarijs.
*ciario hæredi,* PE-
*adquiritur, & tantū tranſit ad fideicōmiſſarium illud bonorū de-*
*trimētum, non quod inficiationis pœna accreſcit, vel alio modo.*

Digitized by Google

# PERIPHRASIS X.

## Paulus l. reſpondit 14. §. hæres rogatus, D. de vſuris, & fructib. Vlpianus l. mulier 22. § ſi hæres. Papinianus l. deducta 58. §. hæreditatem, D. ad Senat. Treb.

### SVMMARIVM.

Reſtitutione hæreditatis omnino veniunt ancillarum partus, quia, & ſi verba adiecta ſint pro fiduciario, nempe ſine reditu, vel exceptis reditibus ancillarum partus ſunt reſtituendi; quia nec in fructu eſſe conſtat. Vſualdus. n. 1.

Fideicommiſſo ſunt reſtituendi fructus, qui ſummiſſi ſunt in gregis ſupplementũ etiam ſi hæreditas ſine reditibus ſit reſtituenda. n. 2.

Expoſitio Donelli, & Vſualdi magis facit Iuſtiniani doctrinæ, Iacobi Cuiatii iuris hiſtoriæ l. reſpondit 14. §. hæres rogatus, D. de vſur. & fructib. & l. mulier 22. §. ſi hæres D. l. deducta 58. §. hæreditatem, D. ad Senat. Trebell. n. 3.

Partus ancillarum non eſſe in fructu, tamen fructuum naturam ſequi in fideicommiſſorum reſtitutionibus dixiſſe Scæuolam, & Paulum, docet Cuiatius. n. 4.

Reſtitutione hæreditatis ſine reditu, aut ſine reditibus fructus non ſunt reſtituendi, & inſtar fructuum, & ſi in fructu non ſint ancillarum partus, l. reſpõdit 14. § heres rogatus, D. de vſur. & fructib. Cuiatius, n. 5.

Partus ancillarum non eſſe, nec ſequi naturam fructus perſenſiſſe Vlpianum & Papinianum, l. mulier 22. § præterea, l. deducta 58. § hæreditatem, D. ad Senatſc. Trebell. n. 6.

## Paulus.

Hæres rogatus erat, poſt mortem ſuam ſine reditu hæreditatem reſtituere: quæſitum eſt an partus ancillarum etiã viuo hærede nati reſtituendi eſſent propter verba teſtamẽti, quibus de reditu ſolo deducendo teſtator ſenſit? Paulus reſpondit, ante diem fideicommiſſi cedentem partus ancillarũ editos fideicommiſſo non contineri. Neratius libro primo ita refert: eum qui ſimiliter rogatus eſſet, vt mulierẽ reſtitueret, partum eius reſtituere cogendum non eſſe: niſi tunc editus eſſet, cum in fideicommiſſo reſtituendo moram feciſſet: neque intereſſe exiſtimo, an ancilla ſpecialiter, an hæreditas in fideicommiſſo ſit.

VI-

## Vlpianus.

*Si hæres poſt multum temporis reſtituat, cum præſenti die fideicommiſſum ſit, deducta quarta reſtituet: fructus enim, qui percepti ſunt negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti videtur.*

## Papinianus.

*Hæreditatem poſt mortem ſuam exceptis reditibus reſtituere rogatus ancillarũ partus non retinebit, nec fœtus pecorum, qui ſummiſſi gregem retinent.*

P*Aulus.* Hæreditatem in diem, vel ſub conditione relictam per fideicommiſſum deberi, certum eſt, retentis medij tẽporis fructibus, & ancillarum partubus, propter temporis ſpatium à teſtatore adiectum, quod adijci credimus hæredis cauſa; vt nihil verba operentur ſine reditu, nam illis tantùm fructus, & fœtus pecorum continentur, & apud hæredem manent non verò ancillarum partus, *Vlpianus.* Et ſi non dato temporis ſpatio, in diem, aut ſub conditione relicta ſit hæreditas, ſed ita ſimpliciter, vt præſenti die debeatur: tamen fructus medij temporis, & ancillarum partus hæredem ſequuntur, & intra quartam, & vltra eos ex corpore hæreditatis habebit magis enim fructuum, & partuum emolumentum recipit negligentia petẽtis, quam teſtatoris iudicio, magiſque ex temporis

interuallo, quam ex eo, quod deductis reditibus, ſiue exceptis reſtituere rogatus ſit, cum de illis, nec verbo opus eſſe dicamus. *Papinianus.* Hæreditatem rogatus reſtituere, ſi ante diem aditionis, aut poſt ceſsionem diei fideicommiſſo inſerti ancillæ pariant, & ſi exceptis hæredi reditibus hæreditatem reſtitui roget teſtatur: tamen hæreditaria cenſentur, & in reſtitutionem venient, vt reliqua hæreditaria, vt ſunt pecorum fœtus, qui ſummiſsi gregem retinent, non ſic ſi ante diem fideicommiſsi editi ſint, quia tunc iudicio teſtatoris retinentur à fiduciario quaſi iure gentium pro cura culturaque rerum, Paulus l. reſpondit 14. §. hæres rogatus, D. de vſur & fruct. lib. Vlpianus l. mulier 22. §. ſi hæres D. Papinianus l. deducta 58. §. hæreditatem, D. ad Senat. Trebell. ſic ex Donello lib. 7. cap. 26.

n. 1. commeat. Vſualdus verò docet, hæc non eſſe contraria, ſi accipias Papinianum dixiſſe, tempore adiecto heredis cauſa, vel ex negligentia fideicommiſſarij currente, & ſi exceptis reditibus hæreditas reſtituatur: tamen ancillarum partus non retinet, qui ſummiſsi ſeruorum numerum ſubſtinent, nec pecorum fœtus, qui gregem retinent: partus ancillarum duplici ratione, quia in fructu non habentur, & etiam quia ſummiſsi ſunt, fœtus tantum ea, quia ſummittuntur in demortuorum locum, alias hæredi excipiendi, cum reliquis reditibus, quam ſolutionem ab alijs præmeditatam, probat Vſualdus in notatis ad Donel.

*Reſtitutione hæreditatis omnino veniunt ancillarũ partus, quia, & ſi verba adiecta pro fiduciario, nempè ſine reditu, vel exceptis reditibus ancillarum partus sũt reſtituẽdi, quia nec in fructu eſſe conſtat, Vſualdus.*

nellum lib. 7. cap. 26. litt. A. D. diuinatoriam que appellat Donelli ſolutionē quam principio expoſuimus, cum eam Donelli, non deuiam à Iuſtiniani doctrina exiſtimarem, tamen, & ſi non ſequendam veritati proximiorem iudico illam Iacobi Cuiatij, ne nos ad eundem Iuſtinianum offendamur, qui prædicat nihil in iure, neque idē, neque contrarium reperiri, l. 1. §. nulla, C. de vet. iur. enucleand. Iacob. Cuiatius monet, Scæuolæ & Pauli ſententiam fuiſſe, ancillarum partus non eſſe in fructu, tamen naturam fructuum ſequi in fideicommiſſorum reſtitutionibus, ſic neque ancillarum partus ante diem fideicommiſſi cedentis, neque mulieris partum in reſtitutionem venire, cum deductis reditibus poſt diem fieri reſtitutio deberet, l. reſpondit 14. §. hæres rogatus, D. de vſur. & fruct. oſtendit Paulus, cui adſtipulatur Scæuola ſimili caſus ſpecie. Sorori ſuæ quidam legauit, aliqua mancipia, & fidei ſuæ commiſſit, vt poſt eius mortem ea teſtatoris filiis reſtitueret, dubitatur, vtrum fructus tantum reſtituere debeat legatarius, an etiam partus ancillarum? & reſpondit Scæuola neutrum reſtituendum eſſe: vbi inter fructuum, & partuum naturam, nullam in fidei-

n. 2. *Fideicommiſſa ſunt reſtituendi fructus, qui ſummiſſi ſunt in gregis ſupplementum etiam ſi hæreditas ſine reditibus ſit reſtituenda.*

n. 3. *Expoſitio Donelli, & Vſualdi magis facit Iuſtiniani doctrinæ Iacobi Cuiatij iuris hiſtoriæ, l. reſpondit 14. §. hæres rogatus D. de vſur. & fructib & l. mulier 22 § ſi hæres D. l. deducta 58. §. hæreditatem, D. ad Sen. Treb.*

n. 4. *Partus ancillarum non eſſe in fructu, tamen fructuum naturam ſequi in fideicō-miſſorum reſtitutionibus dixiſſe Scæuolam, & Paulum, docet Cuiatius.*

n. 5. *Reſtitutione hæreditatis ſine reditu fructus non ſiunt reſtituendi, & inſtar fructuū, & ſi in fructu non ſint ancillarū partus, l. reſpondit 14. §. hæres rogatus, D. de vſur. & fructib.*

*n.6. Partus ancillarum non eſſe nec ſequi naturam fructus præſenſiſſe Vlpianum, & Papinianũ, l. mulier 22. § præterea D. l. deducta 58. §. hæreditatem, D. ad Senat. Trebell. Cuiatius.*

fideicommiſsis inducit Iuriſconſultus differentiam, l. vxore 41 §. ſorori legauit, D. de legatis 3. ſic Paulus, ſic Scæuola, ſecus ſe habet Vlpianus, & Papinianus, qui putauerint fructuum nõ ſequi, neque in fideicõmiſsis naturam partus, & ſic cum editi ſint, quo tempore non dum ceſsit dies fideicommiſsi, tamen inter reditus haud connumerandos, ita, vt fructus ante diem fideicommiſsi cedentem percepti apud fiduciariũ remaneãt hæredem, excipianturque in reſtitutione: at editi partus fideicommiſſariũ cum reliquis bonis ſequantur. Vlpianus l. mulier 22. §. præterea, D ad Senat. Treb. Papinian. dict. l. deducta 58. §. hæreditatẽ, D. ad Senat. Trebell. vbi apertè docet, quãuis deductis reditibus hæreditas reſtituẽda ſit, tamen fructus tãtum apud fiduciarium remanere, partus verò ancillarum, quippè fructuum naturã non imitantur, vt ſua fert opinio fideicõmiſſario redendos eſſe, vnà cum pecudum fœtu, qui in locum demortuorum ſummittebantur, ſic ſe expedit Iacobus Cuiatius in Papiniani legis interpretatione, dict. l. deducta 58. §. hæreditatẽ, D. ad Senat. Trebell. lib. 9. Reſponſor. Papiniani, quem ſequẽdum dicas, ſi ſeriem, ſeu hiſtoriam iuris conſulas, cum inter Iuriſperitos variæ, & oppoſitæ fuerint opiniones, ſed cum omnia ſua fecerit Iuſtinianus Scholæ diſcenti, & doctrinæ Donelli, & Vſualdi ſententiam potiorem eſſe contẽdas, qui & ſi diuerſis tramitibus, eundem penè ſcopum Iuſtiniano parentes intuentur.

PE-

# PERIPHRASIS XI.

## *Vlpianus l. in fideicommiſſaria 18. D. ad Senatuſc. Trebell. Paulus l. videamus 38. §. ſi actionem, D. de vſur. & fruct.*

### SVMMARIVM.

*Reſtitutione fideicommiſſariæ hæreditatis fructus veniunt à tempore moræ, & debentur fideicommiſſario.* n. 1.

*Fructus percepti à fiduciario hærede medio tẽpore ante hæreditatis reſtitutionem illi cedunt: ſi non ſit in mora.* n. 2.

*Fructus in hæreditatis reſtitutione, quod eſt iudicium bonæ fidei à tempore moræ debentur, & præſtandi ſunt officio iudicis. ſecus indebito ex ſtipulatione, quod ſtricti iuris eſt, & tantum à die litis conteſtationis proueniunt.* n. 3.

### Vlpianus.

*In fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione conſtat non venire fructus, niſi ex mora facta eſt, aut cum quis ſpecialiter fuerit rogatus, & fructus reſtituere.*

Pau-

## Paulus.

*Si actionem habeam ad id conſequendũ, quod meum non fuit; veluti ex ſtipulatu fructus non conſequar, etiam ſi mora facta ſit: quod ſi acceptum eſt iudicium, tunc Sabinus, & Caſsius, ex æquitate fructus quoque poſt acceptum iudicium præſtandos putant: vt cauſa reſtituatur, quod puto rectè dici.*

V*lpianus.* In hæreditatis reſtitutione fructus non veniunt, ſed eos potius lucratur fiduciarius, niſi in mora fuerit, quippè tunc fructus etiã reſtituere ex moræ tempore cogitur, niſi teſtator aliter diſpoſuerit, quippè tunc etſi in mora non ſit, fructus ſunt reſtituendi, & teſtatoris voluntati obtemperandum erit. *Paulus.* Eum, qui actionem habet ad rem condicendam ſibi ex ſtipulatu debitam, & ſi in mora ſit debitor, haud fructus ſibi lucrari ex moræ tempore, & tãtum litis cõteſtatione deberi explorati iuris eſt, ſed ita deberi, vt non temporis ratione, & litis conteſtatione reddantur, quàm ideò, quia cum lis conteſtatur, cum omni cauſa præſtanda fuerit: ex quo procedit, illo ex tempore omnes fructus deberi, & creditoris fieri ex litis conteſtatione, non verò ex tempore quo debitor in mora fuit: ſed non ideò minus in hæreditate fideicõmiſ-

miſſaria ex moræ tempore hæres fructus de bebit, cum hoc ſit bonæ fidei iudicium, in quo ex moræ tempore fructus debentur, illud ſtricti iuris, quo non niſi ex litis conteſtatione creditor illos lucratur. Vlpianus dict. l. in fideicommiſſaria 18. D. ad Senat. Trebell. Paulus l. videamus 38. §. ſi actionem, D. de vſur. & fructib. Vlpianus poſt moram fructus, & commoda percepta præſtanda eſſe à fiduciario docet, contra ſi non ſit in mora, quia verus cenſetur hæres, & iure hæreditario, adita hæreditate exinde ſuos facit fructus: quare ſi in mora ſit eos ex tempore moræ reſtituere cogitur, non tamen vlla actione, ſed iudicis officio, nec obſtat eſſe propoſita Pauli ſpecie actionē, & contrarium decretum eſſe, quoniam, cū ſtipulor mihi prædium, aliam ve rem alienam, ſi conſtituto tempore promiſſor non ſoluerit, aut rem debitam præſtet, nō ideō magis fructus mihi cedunt, ſed potius debitori, nam niſi iudicio includantur, ex iudicij differentia fructus non veniunt, quippè hoc eſt ſtricti iuris iudicium, ſecus quam illud fideicōmiſsi, quod eſſe bonæ fidei conſtat, §. actionum, inſtit. de actionib. ſtipulari tantum alienum poſſumus, quia id ea actione agitur, vt meum, id faciat promiſſor, & quod meum eſt amplius meum effici non poteſt, D. de verbor. obligat. & etiam tunc cum lis conteſtatur, fructus officio iudicis ex æquitate debentur, quippè res cum omni cauſa reddenda ſit, dict. l. videamus 38. §. ſi actionem, D. de vſur. & fructib. Donellus

n. 1. *Reſtitutione fideicommiſſariæ hæreditatis fructus veniunt à tempore moræ, & debentur fideicōmiſſario.*

n. 2. *Fructus percepti à fiduciario hærede medio tēpore ante hæreditatis reſtitutionē illi cedūt, ſi nō ſit in mora iudicis officio.*

n. 3. *Fructus in hæreditatis reſtitutione, quod eſt iudiciū bonæ fidei à tēpore moræ debentur, & præſtandi ſunt iudicis officio, ſecus indebito, ex ſtipulatu, quod ſtricti iuris eſt, & tantū à die litis cōteſtationis veniunt.*

lus lib. 7. cap. 26. comment. l. mora 32. §. in bonæ fidei, l. in fideicommiſſi 3. D. de vſur. & fructib. §. in his quoque, Cuiatius dicta l. in fideicommiſſo 3. D. de vſur. & fructib. lib. 20. quæſt. Papiniani.

# PERIPHRASIS XII.

## *Papinianus l. in fideicommiſſi 3. §. nonnumquam, D. de vſur. idem l. deducta 58. §. quod ex hæreditate, D. ad Senat. Trebell.*

### SVMMARIVM.

*Fructus medij temporis in hæreditatis reſtitutionem venire, cum dixit teſtator, quidquid ex bonis ſupererit reſtituas, & ſi medium tēpus pro hærede adiectum videatur. Cuiatius. n. 1.*

*Exponit Cuiatius l. deducta 58. §. quod ex hæreditate, D. ad Senat. Trebell. cum emendatione. n. 2.*

*Hæredem fiduciarium medij temporis fructus reſtituere tribus ſpeciebus, docet Donellus. n. 3.*

*Fructus medij temporis fiduciarius reſtituet, ſi cum incremento reſtituere iubetur fideicommiſſum ex l. facta 63. §. ſi hæres, D. ad Senat. Trebell. n. 4.*

*Fructus ſunt reſtituendi, cum dixerit teſtator quidquid ex bonis ſupererit, l. in fideicōmiſſi*



Digitized by Google

miſsi 3. §. nonnunquã, D. de vſur & fruct n. 5.

Exponitur l. heres 57. D. ad Senat. Trebell. vbi docet Papinianus fructus non eſſe reſtituendos, cum dixit teſtator, quidquid ex hæreditate bonis quem eis. n. 6.

Fructus ſunt reſtituendi etiam medij temporis, cum teſtator dixit omnem pecuniam eſſe reſtituendam, l. Balliſta 32. D. ad Senat. Trebell. vbi tres ſpecies numerabis, ſi cum incremento ſi quidquid ex bonis, ſi pecuniam reſtituere iuſſus ſit fideicommiſſarius. n. 7.

Hæres fiduciarius ſi cum aditamento, vel ex bonis, vel pecuniam reſtituere iuſſus omnes fructus reſtituet medij temporis, non ita Papiniani ſpacie, cum iubetur reſtituere, quod ex hæreditate ſuper fuiſſet, Donellus. n. 8.

## Papinianus.

Nonnunquam euenit, vt quamquam fructus hæreditatis, aut pecuniæ vſura nominatim relicta non ſit nihilominus debeatur: nepuuta, ſiquis rogetur, poſt mortem ſuam, quidquid ex bonis ſupererit, Titio reſtituere: vt enim ea quæ fide bona diminuta ſunt in cauſa fideicommiſſi non deprehenduntur, ſi pro modo cæterorum quoque bonorum diminuatur, ita quod ex fructibus ſupererat, iure voluntatis reſtitui oportebit.

Idem

## Idem Papinianus.

*Quod ex hæreditate ſuperfuiſſet, cum moreretur, reſtituere rogatus, fructus ſuperfluos reſtituere non videtur rogatus, cum ea verba diminutionem quidem hæreditasis admittant, fructuum autem additamentum non recipiant.*

P*Apinianus.* Etſi fructus, vſuravè pecuniæ non ſit relictum, verumtamen aliquando fructus ſunt reſtituendi, caſu quo quis rogatur, quidquid ex bonis ſupererit, vt Titio poſt mortem ſuam reſtituat, nam ea facti ſpecie, quemadmodum diminuta bona, haud fiduciario imputantur, quæ bona fide, hoc eſt non dolo, aut lata culpa in committendo tempore deteriorantur, ita quoque, quos percipit ex bonis reſtituere tenetur teſtatoris voluntati obtemperans. *Idem Papinianus.* Quando fiduciarius iubetur reſtituere, quidquid ex hæreditate ad eum perueniſſet, cum ea verba magis hæreditatem iacentem, quàm aditam hæreditatem reſpiciant, magiſque illius, quàm iſtius diminutionem, magis hæreditatis, quàm fructuum irrogationem, & reſtitutionē denuntient, ſuperfluos fructus non videtur rogatus reſtituere: quippe non ideo fructuum additamentum obuenit fideicommiſſario, quia quod ex hæreditate

ſu-

ſuper eſt, ire ſtituere rogatur fiduciarius, cum adita hæreditas medio tempore poſt aditionē ad reſtitutionem nō ſit hęreditas, de qua rogatur. Papinianus l. in fideicommiſſi 3. §. nonnunquā, D. de vſur. & fruct. idem l. deducta 58. §. quod ex hæreditate, D. ad Senat. Trebell. his ſic acceptis, vt Donello placuere, & vt concinum Digeſtorum ordinem ſeruemus, videamus, quæ fuerit Iacobi Cuiatij ſententia, lib. 12. cap. 10. ob ſeruat. & in ſpecie textus, l. in fideicommiſſi 3. §. nonnunquā, D. de vſur. & fruct. non multum differt à Donelli ſententia: cum velit Cuiatius, Papinianum ſenſiſſe, & docere, fructus in reſtitutionem venire, quamuis in tempus, aut conditione relicta ſit hæreditas, ſed hoc eo caſu, quo dictum fuerit, aut relictum ſub illis verbis, nempè *quidquid ex bonis ſupererit.* Nā aliàs hæredis ſunt fructus medij temporis, tamen differt Cuiatius, dum componit, quæ contraria omnimodò videntur, quæ ſcripſit Papinianus, vt retulimus dicto textu, l. deducta 58. §. quod ex hæreditate, D. ad Senat. Trebell. quippè ibi docet ſuperfluos fructus non eſſe reſtituendos, quamuis quis rogatus ſit, quod *ex hæreditate ſuperfuiſſet reſtituere:* & ideò Cuiatius textus verba emendat, & negationem tollit (non) ibi & legit *fructus ſuperfluos videtur rogatus,* ſic Cuiatius. Sed iterum ad noſtrum flectamur ſtylum, cum meliora attuliſſe dixeris Donellum lib. 7. cap. 26. comment. qui tres eſſe ſpecies docet, quibus etiam medij temporis fructus

n. 1. *Fructus medij temporis in hæreditatis reſtitutionē venire, cum dixit teſtator quidquid ex bonis ſupererit reſtituas, & ſi medium tēpus pro hærede adiectum eſſe videatur Cuiatius.*

n. 2. *Exponit Cuiatius l. deductā 58. §. quod ex hæreditate, D. ad Senatuſc. Trebell. cum emendatione.*

n. 3. *Hæredē fiduciarium medij tēporis fructus reſtituere tribus ſpeciebus, docet Donellus.*

ſunt

n. 4.
*Fructus medij temporis reſtituet fiduciarius, ſi cum incremento reſtituere iubetur fideicommiſſũ, ex l. facta 63. §. ſi hæres, D. ad Senat. Treb.*

n. 5.
*Fructus ſunt reſtituendi, cũ dixerit teſtator, quidquid ex bonis ſupererit, l. in fideicommiſſ. ſi 3. §. nonnunquã, D. de vſur.*

n. 6.
*Exponitur l. hæredes 56. D. ad Senat. Trebellian. vbi Papinian. docet fructus non eſſe reſtituendos,*

ſunt reſtituendi. Primum eſſe Gaij l. facta 63. §. ſi hæres ante reſtitutionem, D. ad Senat. Trebell. qua dicitur, quod *ſi cum incremento*, reſtitui iubeatur fideicõmiſſum omnes fructus, & quidquid medio tẽpore obuenerit debet fiduciarius reſtituere. Secundam eſſe noſtram Papiniani legem, in dicta l. in fideicommiſſi 3. §. nonnunquam, D. de vſur. & fructib. qua docet illis nempè verbis relictum fideicommiſſum, *quidquid ex bonis ſupererit*, etiam fructus reſtituendos eſſe prædicat Donellus, ſi dicatur quidquid ad eum peruenerit l. hæredes 57. D. vbi aliud Papinianus ſtatui vult, & ideſt, quod fructus non ſint reſtituendi, ſed tamen hoc, non ex vocis differentia inter *ſupererit*, & *peruenerit*, quia nulla eſt, ſed ex eo, quia ibi teſtator, *ex hereditate boniſvè meis*, dixerit reſtitutionẽ fieri debere, nam verbo ex bonis meis indicat, non ex illis fructus reſtituendos eſſe, quę iam per aditionem hæredis facta ſunt, ſed ex bonis ipſius, ex ipſiuſmet teſtatoris reſtitutionem fieri, & ſic monet Papinianus nihil de fructibus pendẽte conditione perceptis ſenſiſſe teſtatorem, quod aliter eſſet, ſi tantum ſimpliciter diceret, quidquid ex bonis peruenerit reſtituito. Tertiũ eſſe Celſi ſpecium *dixit teſtator, quidquid ex hæreditate boniſque meis à Donell.*

n. 7.
*Fructus ſunt reſtituendi etiam medij temporis, cum teſtator dicit omnem pecuniam eſſe reſtituendam, l. Balliſta 32. D. ad Senat. Trebell. vbi tres ſpecies numerabis, ſi cum incremento, ſi quidquid ex bonis, ſi pecuniam reſtituere iuſſus ſit fiduciarius.*

Digitized by Google

ſpeciem, l. Ballista 32. D. ad Senatuſc. Tre-
belli. quā etſi verbum ex hæreditate, & bonis
meis, reperias dixiſſe teſtatorem, medij tē-
poris fructus ſint reſtituendi, ex nomine ad-
dicto, nempe *pecuniæ*, vbi Rubellianū hæ-
redem inſtituiſſe, & coloniæ Philippenſium
velle, ſi ſine liberis deceſſiſſet, quidquid pecu-
niæ ex hæreditate bonisvè ſuis ad eum per-
ueniret reſtitui vnde etiam medij temporis
ſunt reſtituendi, quod prioribus nō eſt con-
trarium, dict. l. hæredes 57. D. nam, l. Balli-
ſta 32. D. Celſus pecuniæ nomine longè fru-
ctus omnes eſſe reſtituendos docet, & ſatis
benè differentiā inducit, quia nomine pe-
cuniæ etiam quodammodo hæredis bona
comprehenduntur, denique illam textus
ſpeciem, quam interpretandā ſuſcipit Do-
nellus, ſpeciem legis initio à nobis expoſi-
tam, quaſi ducem totius quæſtionis, & du-
cem omni difficultati allaturam breuiter
perſtringam, & vna duorum textuum for-
mulas præſcribam, dict. l. deducta 58. §.
quod ex hæreditate, D. ad Senatuſc. Tre-
bellian. & dict. l. in fideicommiſſi 3. §.
nonnunquam, D. de vſur. & fructib. vbi
ipſe Donellus expedit aſſerens dict. l. in fi-
deicommiſſi 3. §. nonnunquam, D. ideò
fructus medij temporis reſtituere fiducia-
rium, quoniam ſimpliciter, quod ex bonis
ſuperfuerit reſtituere iubetur, at ſecus hoc
procedere dict. l. deducta 58. §. quod ex
hæreditate, D. quippe, quod ex hæreditate
ſuperfuiſſet reſtituere iuſſus erat, vnde medij
temporis fructus non debentur, cum nulla

n. 8.
*Hæres fiduciarius & ſicū aditamēto, vel ex bonis, vel pecuniam reſtituere iuſſus omnes fructus reſtituet, non ita Papiniani ſpecie, cum iubetur reſtituere, quod ex hæreditate ſuperfuiſſet, Donellus.*

ſi medii temporis hæreditas, ſemel adita, qua Donelli diſtinctione, & ſi plura argutè dicta reperies Cuiatij: emendationem effugies, quibus Vſuald libenter ſubſcribit.

# PERIPHRASIS XIII.

## *Iulianus l. qui fundum 87. §. qui filios, D. ad l. Falc. Vlpianus l. ſi fuerit 5. §. fin. D. de legatis 3.*

### SVMMARIVM.

*Legari à filij exhæredati herede nõ poſſumus, & ſi ab ipſo filio exhæredato, cui legatum relinquimus poſſumus.* n. 1.

*Exponitur l. qui fundum 87. §. qui filius, D. ad leg. Falcid.* n. 2.

*Legari poteſt ab exhæredati ſubſtituto, cũ ad eũ ex voto teſtatoris hæreditas venit.* n. 3.

*Legari non poteſt ab exhæredati ſubſtituto, cum ad eum teſtatoris non pervenit hæreditas.* n. 4.

*Leg. de ũ ab herede extranei legatarij benigna interpretatione, hoc eſt per fideicommiſſum ſuſtinetur, non æquè ab herede filij exhæredati, cui filio legatum tantum relinquitur.* n. 5.

*Legare quare poſſimus ab herede exhæredati filij ſubſtituti, cui hæreditas obuenit, & non ab herede exhæredati, cui legatum relictum, Donellus, & Vſualdus.*

## Iulianus.

*Qui filios impuberes duos habebat, alterum hæredem inſtituit, alterum exhæredauit, deinde exhæredatum inſtituto ſubſtituit, & poſtea exhæredato Mæuium, & ab eo legauit: & exhæredatus fratri impuberi extitit hæres: deinde impubes deceſſit: cum iudicio patris facultates paternæ per cauſam hæreditariam ex ſubſtitutione ad eum perueniant, poteſt dici legata ab eo relicta præſtanda eſſe, habita ratione legis Falcidiæ in his bonis, quæ pater mortis tempore reliquerit.*

## Vlpianus.

*Si quis non ab hærede, vel legatario, ſed ab hæredis, vel legatarij hærede fideicommiſſum reliquerit hoc valere benignum eſt.*

Iulianus. Cum eſſent cuidam duo impuberes filij, eorum vnus hæres relinquitur, alter vero à patre exhæredatur, tamē exhæredatus datur inſtituto fratri ſubſtitutus, & idē ſubſtitutus, qui prius fuerat exhæredatus Mæuiū habuit ſibi ſubſtitutū, à quo pater le-

legauit, ordine ſcripturæ, quaſi obſeruato prior moritur inſtitutus, eique frater exhæredatus ex ſubſtitutione fit hæres, deinde ipſe decedit, Mæuiuſque ex ſubſtitutione exhæredati ſolus remanet hæres, quæritur vtrum legata à Mæuio relicta præſtanda ſint? ratio dubitandi, quia ab exhæredati hærede legari non poteſt, cùm nec ab ipſo exhæredato rectè legetur. ſed dicendum poſſe, & deberi legata à Mæuio, poſſe eo caſu ratione deciſiua, quoniam Mæuius patris nutu propriaque patris bona, & hæreditatem aditione ſuſcipiat, cum ex prima inſtitutione alterius filij ad eum hæreditas deuoluatur, vnde rectè ab eo legatur, qui quaſi per ambitum ab ipſo teſtatore bona acceperit, ex eoque rectè dicto caſu legatur à Mæuio, & ſi aliàs, & ſi pater faciat impuberi exhæredato teſtamentum ab eo legare non poteſt hærede, quem filio exhæredato ſubſtituit. *Vlpianus.* Ab hærede hæredis extranei rè inquitur legatum, & benignè debetur, non ita ab hærede exhæredati filij, & ſi à patre legatum accipiat filius, quia pater, qui filium exhæredat, eique legatum relinquit, non æquè ex bonis ſuis, & hæreditate ſua legare videtur, cum ab illo legat, vt ille pater, qui ſaltem ſubſtituit filium exhæredatum, & cum deficiat, ratio, & cauſa, quarè Iulianus dixerit poſſe ab exhæredati filij hærede legari, & effectus, & ſequela deficit, ſic ab hærede hæredis mei, quamuis extraneo rectè lego, non verò à filij

ex-

exhæredati hærede, qui nihil à me accipere videtur, quippe etſi filius legatum accipiat, immeritò æquiparatur extraneo, & multò minus exhæredato filio, cui obuenit ex patris ſubſtitutione hæreditas, cum ille filij hæres ſit hæres legatarij filij, non verò hæres hæredis filij ex patris ſubſtitutione. Iulianus l. qui fundum 87. §. qui filios, D. ad leg. Falcid. Vlpianus l. ſi fuerit 5. §. fin. D. de legatis 3. his permiſsis. Probatur ab hærede filij exhæredati, cui tantum legatum relinquitur nō poſſe legari, etſi ab ipſo filio poſsit, l. cohæredi 41. §. quod ſi hæredi, D. de vulg. & pupil. dict. l. qui fundum 87. D. ad leg. Falc. Similis facti ſpecies proponitur, qui duos filios in poteſtate habebat, primum hæredem inſtituit, ſecundū verò exhæredauit, & exhæredatum primo ſubſtituit, & huic ſecundo Mæuium, à Mæuioque legauit, quæritur vtrum hæc legata valeant? Et dicitur, quod ſic, ideò, quia ſecundus ex patris ſententia hæreditatem habet, & ita non obſtat, vt ab exhæredati ſubſtituto legari non poſsit, quoniam aliàs ex ſententia patris, & ex bonis patris non prouenit hæreditas, hic ex voto patris hæreditas prouenit, & de ſuo legat. Ab exhæredati ſubſtituto legari non poſſe, conſtat l. ab eo 9. C. de fideicommiſsis, comprobat hoc etiam Papinianus dict. l. cohæredi 41. §. quod ſi, D. de vulgar. & pupil. obijcitur quoque Vlpiani dict. l. ſi fuerit 5. §. fin. D. de legatis 3. & verba notantur, ab hærede legatarij legatum benigna interpretatione

n.1. *Legari à filij exhæredati hærede non poſſumus, etſi ab ipſo filio exhæredato, cui legatū relinquimus poſſumus.*

n.2. *Exponitur l. qui fundū 87. §. qui filios, D. ad leg. Falc.*

n.3. *Legari poteſt ab exhæredati ſubſtituto, cum ad eum ex voto teſtatoris hæreditas veniat.*

n.4. *Legari non poteſt ab exhæredati ſubſtituto, cum ad eum teſtatoris nō proueniat hæreditas.*

n. 5.
*Legatū ad hæ-rede extranei legatarij beni-gna interpreta-tione, hoc eſt per fideicōmiſ-ſum ſuſtinetur, non æquè ab hæ-rede filij exhæ-redati, cui filio legatum tantū relinquitur.*

ne deberi. quæ nō aliter accipias, quam deberi per fideicommiſſum, quod admittitur eadem prædicta ratione, & vltra in extranei legatarij magis, quàm in filij exhæredati hærede, cui pater legatum relinquit, quia filius duplici defenditur ratione, tunc quia ab hærede hæredis directè legari non poteſt, tunc quia in filio exhæredato, cū legitima priuetur, nec benigna interpretatione hæc ſuſtinetur. Secus quam ſi quocumque modo ad filium patris hæreditas perueniret, quæ eſt ſpecies dict. l. ſi fundū 78. §. qui filios, D. ad leg. Falcid. ad aliter, quā ſi exhæredato filio tantum legatum relinqueret, nam qui filio legatum relinquit, nō eum honorat, vt patet in fine, §. qui filios, at qui ei quomodocumque hæreditatem relinquit, quam ei adimere poterat, diuerſo iure cenſendus, & in filio exhæredato præcipua ratio; quæ in extraneo non militat: odioſam exhæredationem haberi. Paulus l. cum quidam 19. D. de lib. & poſth. Viſualdus in notatis ad Donellum lib. 8. c. 7. comment. lit. E. à quo nec multum differt ipſe Donellus.

n. 6.
*Legari poſſe ab hærede exhære dati filij ſubſti-tuti, cui hæredi-tas obuenit, & non ab hærede exhæredati cui legatum reli-ctum, Donellus & melius V-ſualdus.*

PE-

# PERIPHRASIS XIV.

## *Florentinus l. legatum 116 §. hæredi, D. de legat. 1. Celſus l. 1. in princ. D. de regul. Catonia. Paulus l. ſi quis Attio. 7. D. de vſufr. accreſcendi.*

### SVMMARIVM.

*EXponitur l. legatum 116. §. hæredi, D. de legatis 1. à Cuiatio.* *n. 1.*

*Regula Catoniana, quod ab initio non valuit tractu temporis non conualeſcit, in prælegato heredis nō obſtat, quippè ab initio conſiſtit in legatarijs, & ſi hæres, ſi repudiat, & ſi adit in cohærede.* *n. 2.*

*Legari ab hærede illi non poſſumus, nec ab hæredibus ipſis hæredibus tamen, vt fruantur, cum legatarijs rectè percipi poteſt l. ſi quis Attio. 7. D. de vſufruct. accreſcend. Cuiatius.* *n. 3.*

*Legatum reiectum heredi, & heredibus, cum legatarijs per fideicommiſſum in legatarijs conſiſtere, ſic, vt quaſi à legatarijs pars legati relicta ſit hæredi, vel hæredibus.* *n. 4.*

**Florentinus.**

*Heredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt, à te cohærede poteſt, itaque ſi fun-*

 *dus*

dus legatus ſit ei, qui ex parte dimidia hæres inſtitutus eſt, & duobus extraneis ad hæredem, cui legatus eſt ſexta pars fundi pertinet: quia à ſe vindicare non poteſt, à cohærede verò ſemiſſario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte: extranei autem, & ab ipſo hærede, cui legatũ eſt, ſemiſſem, ab alio hærede trientem vindicabunt.

## Celſus.

Catoniana Regula ſic definit, quòd ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator inutile foret id legatum, quandocumque deceſſerit non valere, quæ diffinitio in quibuſdam falſa eſt.

## Paulus.

Si quis Attio, & hæredibus ſuis vſumfructum legauerit, dimidiam Attius, dimidiam hæredes habebunt, quod ſi ita ſcriptum ſit, Attio, & Seio cum hæredibus meis, tres partes fient: vt vnam habeant hæredes, tertiam Attius, tertiam Seius, nec enim intereſt,

*reſt, ita legetur. illi, & illi cum Mæuio: an ita illi, & illi, & Mæuio.*

F*Lorentinus*. Hæres à ſe legatum accipere nequit, & ſi à cohærede poteſt: ita, ſi vni duorum hæredum, ex æquis partibus, fundus legato relicto ſit, & alijs duobus legatarijs. Sextantem totius fundi, obtinebit hæres, legatari ſemiſſem, & trientem, nempè decem vncias: hoc ex propoſita ratione, nam cum hæres à ſe vindicare non poſsit: euenit ergo, vt dimidiā fundi partem, ab eo integrè vindicent legatari, & à cohærede alteram dimidiam, cum hærede cui legatum relictum eſt, ſic vt ex ea duas habeant portiones, cum duo ſint legatari, hoc eſt quatuor vncias, quæ trientem efficiunt, & reliquæ duæ ſint hæredis, quæ ſextante continentur. Sed ſi viuo teſtatore hæres moriatur, quia viuo teſtatore legatum non ceſit, eadem partitio fiet, inter legatarios, & hæredes hæredis, cui prælegatum relictum: at ſi mortuo teſtatore hæres repudiauerit hæreditatem, quaſi conditionale legatum, tunc cedit, quando nolit eſſe hæres, ſaltem pro ea parte, quæ à ſe legabatur, nam quæ a cohærede legata fuit, iam à morte teſtatoris ceſsit: *Celſus*. Nec prædictis obſtat Catoniana Regula, quippè, & ſi quod inutile foret, ſi deceſsiſſet teſtator, nullo tēporis interuallo, quo conualeſceret inſecto inutile foret, æquè inutile futurum ſit, & ſi poſteà deceſſerit, & ſi ex legati euentu alius ſtatus ſit: no-

ſtro caſui non rectè adaptatur, quoniam, hæredi legatum, nec ab initio inutile fuit, ſed non ceſsit: nam etſi hæredi inſtituto legabatur, & hæredi inutiliter legatur, hæres inſtitutus, donec adeat, non rectè pro hærede habetur, & ſi ſuſtentatur, pro ea parte, quæ ab eo legatur conditionale legatum, & ſic neque ab initio videtur inutile, cum repudiauerit hæreditatem, & nũquam verificari poſsit fuiſſe hæredem, & pro ea parte ex repudiationis hæreditatis tempore legati dies cedat, pro altera vero, quæ accepturus à cohærede fuit, à teſtatoris morte cedat, vnde ſi hæres fuerit fundi ſextantem habebit, ſin magis repudiauerit hæreditatem, totius fundi trientem conſequetur, quæ eſt tertia pars fundi, & duo legatarij beſſem, quo duarum partium fundi octo vnciæ cõtingẽtur. *Paulus*. Si teſtator hæredes ſuos legato vſusfructus cumulauerit, & ſimul Attium, eodẽ vſusfructus legato, in hæredes, & Attium vſusfructus partitur, & ſemiſſem hæredes ſemiſſem Attium habebit, nam etſi legatarii videntur hæredes, hic nõ ſunt, ſed fructuarii tantùm, & ex teſtatoris expreſſa voluntate vna cum Attio fruentur, idẽ diuiſionis ordo ſeruãdus erit, ſi aliũm, & aliũ teſtator legatariũ nominauerit, & adiecerit, vt cũ hæredibus ſuis fructibus vtantur, ſeu iure fructuũ, quippè tũc etſi hæredes, vnius perſonam gerant, & quatuor vſusfructus partes conſequentur, quatuor vnus, & quatuor alter ex nominatis, nam copulatiuo nomine in ſuis hæredibus teſtator vſus eſt, quam.

quamuis nihil interſit, cum de voluntate conſtet, ſi illi, & illi hæredi dixerit, cum Mæuio vſumfructum relinquo, an illi, & illi legatarijs, & Mæuio hæredi, quoniam quod celeriùs dicitur, nullum ius ex verbis, ſed ex teſtatoris voto mutuatur. Florentinus l. legatum 116. §. hæredi, D. de legat. 1. Celſus l. 1. in princ. D. de regul. Catonia. Paulus l. ſi quis Attio. 7. D. de vſufruct. accreſced Quæ ſingula qualia ſint videamus, cum ea connexa, & cōmunia videremus. Et Iacobus Cuiatius in commentarijs ad titulum de legatis 1. in l. qui filiabus 17. §. vlt. D. de legat. 1. ſimilē legis proponit ſpeciē in textu l. legatū 116. §. hæredi, D. de leg. 1. Quidā teſtamento ſuo duos inſtituit hæredes, Primū, & Secūdū. Primo, & duobus legatarijs fundum legauit, euenit ergo, quòd ſexta pars Primo totius fundi tātū obueniat, ratio illa, quia ſemis, qui ab eo hæreditario iure præoccupatur, totus colle-gatarijs debetur, quippè à ſemet legatū hæres accipere nequit: alter verò ſemis, qui cōtigit Secūdo hæredi, ſic diuiditur, vt eius ſemiſsis, quatuor vncias à cohærede Secundo habeāt legatarij, Primus autē in duas tantùm à cohærede Secundo conſequatur, quæ totius prædi ſexta pars eſt, quare eam ſextantis nomine cōtinemus, & totus fundus in duodecim vnciis terminamus, & diuidimus, cum hoc ita ſit, illi duo legatari Primi hæredis portionem iure accreſcendi habent, cum in eo legatum non conſiſtat, ideò, quia à ſe legari non poteſt dubitatur, quid

n. 1.

*Exponitur l. legatum 116. § hæredi, D. de legat. 1. à Cuiatio.*

quid iuris erit? Si iſte Primus hæres hæredi-tatem repudiauerit? An trientem fundi accipiet? Et dicitur, quòd ſic futurum eſt, ſic vt pro parte à ſe relicta nō impediatur, cō-

n. 2. ſonant his omnibus à nobis expoſitis, quæ dixerit Cuiatius. Obijcit Donellus, Celſi deciſionem, l. 1. D. de regul. Catoniana, quæ dicitur, id quod initio non valuit, & euentu, ſeu tractu temporis non conualeſcere, & hoc firmatur verbis l. qui filiabus. 17. D. de legatis 1. cui obijci reſpondit Donellus, hoc legatum ſemper valuiſſe, ſiue in perſona legatariorum conſiſtens, inter quos hæres ſi repudiauit, ſiue in cohæredis, & legatariorum perſona, ſi hæres ille adierit hæreditatem, neque, ſi deceſſiſſet teſtator breui, aut longo facti teſtamenti interuallo, officit legato, cum hæres, haud ſibi impediatur, donec adeat, nec hæreditas defertur, nec adi poteſt, donec vita decedat teſtator, ſic Donellus. Rurſus à Cuiatio obijcitur etiam dict. l. ſi quis Attio 7. D. de vſu fruct. accreſcend. vbi Paulus docet vſumfructū relictum hęredibus, & Attio excindi inter hæredem, & legatarium, ſiue legatarios Attium, & Seium, vt minimè hæredes impediantur, ideò quia ab ipſis legari non poſsit: quibus eo ſatisfacit Cuiatius, quod ſequi placuit, nempè non hic legatarios fieri cohæredes illos, ſed voluiſſe teſtatorem, vt ſimul, cum legatario, aut legatarijs fruerentur, ſic ille dict. l. qui filiabus 17. D. de leg.

n. 4. 1. At Franciſcus Duarenus hic à legatario vult, legatum eſſe per fideicommiſſum, & ſic

*Regula Catoniana quod ab initio nō valuit tractu tēporis non cōualeſcit, in prælegato hæredis nō obſtat, quia ab initio cō ſiſtit in legatarijs etſi hæres, ſi repudiat, & ſi adit in cohærede.*

n. 3. *Legari ab hærede illi non poſſumus, nec ab hæredibus ipſis hæredibus, tamen vt fruātur cum legatarijs rectè percipi poteſt, ſic l. ſiquis Attio 7. D. de vſufruct. accreſcend. Cuiatius.*

*Legatū relictū hæredi, & hæredi.*

Digitized by Google

ſic deberi, cum à ſemet hæres, ſiue hæredes non accipiant, vnde ex omni parte valeat legatum: Franciſcus Duarenus l. plane 34. §. ſi duobus, D. de legatis 1. Hugus Donell. lib. 8. cap. 7. commentarior.

*dibus cum legatarijs per fideicommiſſum in legatarijs conſiſtere, ſic vt quaſi à legatarijs pars legati relicta ſit hæredi, vel hæredibus, Duarenus.*

# PERIPHRASIS XV.

## *Vlpianus l. ſi poſt diem 5. §. ſed ſi ſub conditione, D. quando dies legat. vel fideicomm. ced. Paulus l. à filio hærede 25. D. de legatis 1.*

### SVMMARIVM.

*Legatum relictum ſub conditione ante conditionis aduentum non cedit, & ſi cætera legata purè relicta à morte teſtatoris cedant, & cũ effectu ab hæreditatis aditione. n. 1.*

*Legatum conditionale, ſeu caſualis, ſeu poteſtatiua ſit conditio, non cedit ante conditionis diem ideo ad legatarij hæredẽ non tranſmittitur. n. 2.*

*Hæres à ſe legatum non accipit, tamen ſi filio relinquatur legatum conſtituto in patris poteſtate, & ſi per filium patri hæreditas adquiratur patri legari poteſt, cũ poſſit filius emancipari. n. 3.*

*Legatum à filio conſtituto ſub patris poteſtate, vel à ſeruo ſub dominio exiſtenti, patri, aut domino relictum ſi dum manent in poteſtate, vel dominio adierint hæreditatem euaneſcit, cum per*

*eos*

eos pater, aut dominus heres ſit, cum ab herede ipſi heredi legari non poſsit. n.4.

Legatum ab herede patre, filio ſub patria poteſtate conſtituto relictum nullo tempore conſiſtit. n.5.

Patri à filiofamilias legatum relictum, ſi filius emancipetur, adiri per ſe poteſt, & patri legatum quæritur. n.6.

Legatū à filio familias relictum à patre herede inſtituto initio non conſiſtit, ſecus, quàm legatum patri relictum à filio inſtituto, ratio differentiæ, quia cum pater hæres inſtituitur, nihil conditionale ibi eſt, cum omne pendeat à ſola patris voluntate immediatè, aliter, quam filio inſtituto, à quo mediatè conſiſtit, & ita in illo non eſt locus regulæ Catonianæ quippè quaſi conditionale eſt legatum, Donellus. n.7.

Legatum imputari in falcidiam idem eſt, quod nullum cenſeri legatum. n.8.

Legatum non imputari in falcidiam, idem eſt, quod valere legatum, & ſi alias imputari in falcidiam etiam valere legatum ſignificat Cuiacius. n.9.

## Vlpianus.

Sed ſi ſub conditione ſit legatum relictū, non prius dies legati cedit, quam conditio fuerit impleta, ne quidem ſi ea ſit conditio, quæ in poteſtate ſit legatarij.

## Paulus.

*A filio hærede etiam purè patri legari poteſt: nec intereſt, an die cedente legati in patria poteſtate ſit, igitur, & ſi iuſſu patris adita ſit hæreditas imputabitur, & in Falcidiam.*

VLpianus. Cùm legatur ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue poteſtatiua, ſi decem dederit, non à morte teſtatoris cedit legatum, ſed à die aduenientis, ſeu adimpletæ conditionis. *Paulus.* Si filius conſtitutus in poteſtate hæres renuncietur, poſſe patri legari certum eſt, nam, & ſi ratio dubitandi eſt hæreditatem patri adquiri, & ſic à ſe legari. Decidendi ratio eſt, huiuſmodi legatum conſiſtere, ideò quia conditionale habetur, & nõ cedere à teſtatoris morte; vnde ſuſtinetur, cum initio filius non ſit hæres donec adeat, & poſsit euenire, vt tempore, quo fiat aditione hæres, ſub patris poteſtate nõ reperiatur, emãcipatione, aut alio modo, & tunc legati dies vtiliter patri cedat, ſed ſi pater filium retinuerit in poteſtate, & iuſſu eius adierit, neceſſe eſt, vt legatum euaneſcat, & in Falcidiam imputetur, hoc eſt in Falcidiæ computationem veniat, & non extra eam, vt reliqua legata habentur, ſic vt cum bonis hæreditarijs remaneat, vbi nullum cenſeri dicendum,

Vl-

*n. 1. Legatū relictū ſub conditione, ante conditiones aduentum, non cedit, & ſi cætera legata purè relicta à morte teſtatoris cedant, & cum effectu ab hæreditatis aditione.*

Vlpianus dict. l. ſi poſt diem 5. §. ſed ſi ſub conditione, D. quand. dies leg. vel fideicō miſ. ced. Paulus l. à filio hærede 25. D. de legat. 1. tenemus, ſi ſub conditione legatum ſit relictum, ante diem conditionis legati cedentis legatum non cedere, quamuis in hæredis poteſtate ſit, ſeu legatarij conditionem adimpleri. l. ſi poſt diem 5. §. ſi ſub conditione, D. quand. dies leg. cedat. quo fit, vt ſimile legatum ad hæredem legatarij non tranſmittantur, & cum certum quoque ſit à ſemetipſo hæredi legari non poſſe, tamen à filio inſtituto hærede, poteſt patri legari, l. à filio hærede 25. D. de leg. 1. & non ſolum ſed quocunq; alio ſub patris poteſtate conſtituto, ita tamen, quod ſi iuſſu patris ſeruus, aut filius, qui ſub eius poteſtate, aut dominio continetur hæreditatem adierit, euaneſcat legatum, non ea, quippè ſtatim domino, & patri adquiritur [illegible] & cùm hæres ſit, non poterat à ſe legatum accipere, in perſona ſerui hoc docet [illegible] nianus §. an perſona ſerui, inſti. de legat. ſed contra patre inſtituto hærede, nullo tempore valet legatum, vnde que ſitum diſſerentiæ rationem [illegible], & reddi poteſt [illegible] quod tunc in caſu, quo filius inſtitutus eſt, [illegible]

*n. 2. Legatū conditionale, ſeu caſualis, ſeu poteſtatiua ſit conditio non cedit ante cōditionis diē, ideò ad legatarij hæredē nō trāſmittitur*

*n. 3. Hæres à ſe legatū non accipit, tametſi filio relinquatur*

*legatum conſtitutum in patris poteſtate, & ſi per filium patri hæreditas adquiratur patri legari poteſt, cum poſſit filius emancipari*

[illegible]

*Legatū à filio conſtituto ſub patris poteſtate, vel à ſeruo ſub dominio exiſtente patri, aut domino relictū ſolum manent in poteſtate, aut dominio [illegible] euaneſcit, cum per eos pater, aut dominus hæres ſit, cum ab hærede hæredi legare non poßit.*

Digitized by Google

poteſt filius emãcipatione, vel alio modo, à patria poteſtate liberari, ſic iure, & volunte ſua adiri hæreditatem, eamque in eius perſona conſiſtere, ab illoque patrem legatum accipere, at ex diuerſo patre hærede inſtituto, legatum filio relictum initio inutile cenſetur, quoniam hæredem quem reſpexit teſtator certa animi deſtinatione, ex voto, & ſententia ſua adire poteſt, etſi filium etiam emancipatione poteſt ante aditionẽ de patris exire poteſtate, tamen hoc non æque reſpexiſſe teſtatorem credimus, cũ præcipue patris perſonã, in ea inſtitutione cõplectatur: ex quo procedit, vt ſecundùm regulam Catonianam conualeſcere nequeat, l. 1. D de regul. Caton. nam tempore inſtitutionis verũ fuit filium in patris ſui poteſtate fuiſſe conſtitutum, & cum prius hæres inſpiciatur, fierique debeat eo tempore momento nullum eſt legatum: ſed cum filius inſtituitur vltra id, quod patris voluntas incerto fuit, teſtatoris votum pro eo eſt, conditionemque filij etiam morte patris mutari poſſe ante vidit, & ita conſtitit initio legatum, Donellus lib. 8. comment. c. 7. Iacob.

*n. 5. Legatum ab hærede patre, filio ſub patria poteſtate conſtituto relictum nullo tẽpore cõſiſtit.*

*n. 6. Patri à filio familias legatum relictũ, ſi filius emãcipetur, adire poteſt, & patri legatũ quæritur.*

*n. 7. Legatum filio familias relictũ à patre hærede inſtituto, non conſiſtit initio, ſecus quam legatum patri relictum à filio inſtituto, ratio differentiæ, quia cum pater hæres inſtituitur, nihil conditionale ibi eſt, cum omne pendeat à ſola patris voluntate immediatè, aliter quam filio inſtituto, à quo mediatè conſiſtit, & ita in illo non eſt locus regulæ Catonianæ, quippè quaſi conditionale eſt legatũ, Donellus.*



n. 8.

*Legatum imputari in falcidiam idem eſt, quod nullum cenſeri legatum.*

cob. Cuiat. in l. à filio hærede 25. D. de leg. 1. notat, & vltima dict. l. à filio hærede 25. D. verba nempè ideò, quia *imputari in falcidiam*, ſignificat nullum eſſe legatum, vnde dicitur patri imputabitur in falcidiam, non imputari in falcidiam, idem eſt, quod præcipuum ſibi haberi, l. in quartam 91. D. ad leg. Falcid. cum aliàs verum ſit, imputari in falcidiam pro eo quoque accipi, quod eſt etiam præcipuum haberi, & extra falcidiã, eo caſu, quaſi falcidiæ normam accipiat legatum, l. 1 §. item ſi ita legatum ſit, D. ad leg. Falc. Cuiatius dict. l. à filio hærede 25. D. de legat. 1. in commentarijs ad ipſum titulum.

n. 9. *Legatum non imputari in falcidiam, idẽ eſt, quod hoc valere legatũ, & ſi aliàs imputari in falcidiam etiã valere legatum ſignificat, Cuiatius.*

# PERIPHRASIS XVI.

## *Paulus l. ſed etſi ſic 6. §. vlt. D. de legatis 3. Valer. & Galliè. l. nunquam 14. D. de fideicomm.*

### SVMMARIVM.

*Hæres qui nõ ex teſtatoris iudicio, ſiue quia nõ adimit, vel non dedit legato, aut fideicommiſſo onerari non poteſt.* n. 1.

*Subſtituti puellæ, quam teſtator inſtituerat, qui ex fideicommiſſo tali hæreditatem accipiunt legatis obligantur, qui à iudicio teſtatoris eis obuenit hæreditas, & ſi puella minus iure adoptata ſit,*

ſit, & impubes decedat. n. 2.

Legata relicta à ſubſtitutis puellæ iure adoptatæ, ſi non adierint, & ab inteſtato iure adoptionis puellæ legitimi hæreditatem obtineant, ea præſtare debent, nec non ipſius teſtatoris legitimi hæredes, ſi æquè puella non adeat, & minus iure adoptata ſit, Donellus. n. 3.

Exponit l. eam quam 14. C. de fideicomm. Cuiatius, ſpecialemque deciſionem eam habet ob ſingularem teſtatoris affectionem. n. 4.

## Paulus.

Sic autem fideicommiſſum dari non poterit, ſi Stichus Seiſ factus, iuſſu eius hereditatem adierit, rogo det: quoniam, qui fortuito, non iudicio teſtatoris, conſequitur hereditatem, vel legatum non debet onerari: nec recipiendum eſſe, vt cui nihil dederis, eum rogando obliges.

## Imperatores Valerianus, & Gallienus.

Eum, quã frater tuus inſtituerat, ſiue quæſita, ſiue non quæſita hæreditate deceſſerit: cum tamen ſimpliciter antequam duodecimum ætatis annum impleuiſſet, verbis precariis teſtamento facto

nonnullos ei voluerit ſubſtitutos; nihil prohibet fideicommiſſum petere, vel ab ipſius hæredibus, vel ab his, qui bona inteſtati tenent: tunc enim locum habet, quod regulariter traditur, ea quæ in teſtamento relinquuntur, ſi ex teſtamento non adeatur hæreditas non valere: cum verbis relicta directis adiri potuit hæreditas, non cum illa ipſa, ſic data eſt, vt eſſet ab inteſtato ſucceſſoribus poſtulanda, quod reſcripſimus ſequentes adſeuerationem tuam, quaſi ſcripta hæres non fuerit iure adoptata: alioquin, ſi in familia relicta hæres facta deceſſerit: & conſequenter ipſius hæredes petitioni reſpondere coguntur.

PAulus. Seium rogari, vt det non poterit, neque per fideicommiſſum vires legatum ſuſcipiet, ſi hoc modo inſtituatur: Stichum hæredem inſtituo, ſi fortè Sei factus ſit, iuſſuque eius adierit hæreditatem: cum fortè fortuna Seius incidat in hæreditatē, & ſpecialiter à Seio, cui nihil relinquit teſtator fideicommittere videatur. teſtator denique à quo iudicio eius nihil accipit, neque aliquid dare poteſt: legatum, aut hæreditatem, qui fortuito conſequitur, onerari non debet. *Imperatores, Valerianus, & Gallienus.* Fideicommiſſum deberi aſſerunt, ab

hæ-

hæredibus, qui ab inteſtato ad hæreditatem veniunt: dum ita teſtator ſcripſit, filiam meam adoptiuam inſtituo, eique Mæuium ſubſtituo, ſi intra duodecimum annum deceſſerit, à quo fideicommiſſum Sempronio, ſiue Titio relinquo, rogoque vt det: qua facti ſpecie, & ſi non ſit iure adoptata filia, cui legitima deberetur, cum iudicio teſtatoris, ſiue patris hæreditatem habeat, ſiue repudiet, ſiue adeat, Mæuius, aut legitimus eius hæres præſtabunt Sempronio, aut Titio fideicommiſſum, quoniam, & ſi ratio dubitandi ſit, à legitimo, cui obuenit fortuito hæreditas legare teſtatorem non potuiſſe, deciſiua ratione fatendum eſt, ab hac per fideicommiſſum recte legari. Alia quoque ratio dubitandi excitatur, quæ maximè vrget, nempè à legitimo, vel à Mæuio, cui ſubſtitutū dediſti, quem intra duodecimum annum ſubſtituiſti, cū ex euentu pendeat, eius aditio, videri quoque non fideicommitti poſſe? quibus reſpondimus, voluiſſe teſtatorem onerare Paulæ pupillæ hæredes quoſcumque haberet, non Mæuiū, tantùm, & ſi Mæuius quidā ſpecialiter nominatus fuerit, hoc denique, ob ſpecialem puellæ dilectionem, quam filiam habere voluit, & ſi non adoptionis iure eam habuit, quam hæredem inſtituit, vnde, & ſi verum ſit, quod protulit Paulus ab eo quem volo, vt det ſi nihil ei relinquo non me poſſe legare, nec fideicommittere, noſtra Imperatorum ſpecie teſtatoris voluntatem, ſic accipimus, quaſi dixerit à quibuſcumque

hæredibus, quos habeat filia: ipſa rogo vt dent: quod magis ſine dubio procederet, etiam eo caſu, quo Paula iure adoptata fuiſſet; nam tunc fore certiùs dixeris teſtatoris iudicio ſemper ſiue ſubſtitutos, ſiue legitimos Paulæ hæredis habere portionem, & hæreditatem, ſiue quia dedit teſtator, ſiue quia non adimit, & ab illis rectiſſimè, ſiue legare, ſiue committere poſſe, cum non ſpecialiter magis à Paula legauit, ſed à quibuſcumque hæredes patris deuolueretur hæreditas. Paulus l. ſed etſi 6. §. fin. D. de legatis 3. Valerianus, & Gallienus, l. eam quam 14. D. de fideicommiſſ. quibus tenes falcē generalibus verbis euentu à certis perſonis legari poſſe, cum illis teſtatoris iudicio obuenit hæreditas, ſic, vt præteritus, qui nihil à teſtatore accipit eius iudicio, ſed fortuito grauari non poſſit legato vel fideicommiſſo exemplo, l. ſed etſi 6. §. fin. D. de legatis 3. obiicitur l. eam quam 14. C. de fideicommiſſis, qua fortuito videtur hæreditatem hæredibus peruenire, ſed expoſitione legis ſatis obiici ſatisfacies, cum ibi proponatur, puellam, & ſi non iure adoptatam fuiſſe dicas, generaliterque verbis obliquis fideicommiſſariam hæreditatē, Titio, Mæuio, aut Sempronio relictam, ea conditione, ſi puella intra duodecimum ætatis annū deceſſerit, quo ſecuto, ſi hæreditatem adierit puella, poſteaq; deceſſerit, eius hæredes, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento nominati à teſtatore, ob ſubſtitutionē ſuccedant, Titio, & Sempronio fideicommiſſum debet,

n. 1. *Hæres, qui non ex iudicio teſtatoris, ſiue quia non dedit, vel non adimit legato, aut fideicommiſſo, onerari non poteſt.*

n. 2. *Subſtituti puellæ, quam teſtator inſtituerat, qui ex fideicommiſſo tali hæreditatem accipiunt, legatis obligantur, teſtatoris iudicio eis obuenit hæreditas, & ſi puella minus iure adoptata ſit, & impubes decedat.*

niſi puella hæreditatem repudiauerit, vel quocumque modo eam non adierit, quippe cùm ad proprios puellæ hæredes nō tranſmittitur, niſi iure adoptata fuerit: hac ſpecie videtur fideicommiſſum, aut hæreditas relinqui, ab eo, qui fortuito accipit hæreditatem, nam ſubſtituti, & ſi teſtatoris iudicio obtineant hæreditatem, non æquè legitimi, & à Paulo puellæ hæredibus ſpecialiter, quid legatum non eſt, ſed tantum ab ipſa puella, & tamen deciſum ab omnibus fideicommiſſum deberi. Donellus hoc procedere vult, quia ſic generaliter pupillæ hæredes grauati ſunt, & ſi nihil ex voto teſtatoris habeant; quaſi ita iuſſiſſet teſtator: quiſquis mihi hæres ſit, Titio centum daturus erit; tamen iure adoptata quarta Diui Pij compenſari non poterit, Donellus lib. 8. c. 8. comment. Cuiatius inſinuat ob ſingularem teſtatoris in puellam affectionem, quam adoptare voluit, & hæredem facere, ita conſtitutum, ne aliàs teſtatoris voluntas coarctaretur, Cuiatius in commentarijs ad titulum de fideicommiſſis, dict. l. eam, quam 14. C. de fideicommiſſis.

n.3. *Legata relicta à ſubſtitutis puellæ iure adoptatæ ſi nō adierit, & ab inteſtato iure adoptionis puellæ legitimi hæreditatē obtineant, ea præſtare debēt, nec nō ipſius teſtatoris legitimi hæredis, ſi æquè puella non adeat, & minus iure adoptata ſit Donellus.*

n.4. *Exponit l. eam quam 14. C. de fideicommiſſis, Cuiatius, ſpecialemque deciſionem eam habet ob ſingularem teſtatoris affectionem.*

# PERIPHRASIS XVII.

## Papinianus l. Imperator 70. §. ſi centum, D. de legat. 2.

### SVMMARIVM.

*Legatarius nō vltra vires legati præſtare tenetur fideicommiſſo regulariter, nec ſi rei legatæ extrinſecus, quid amplius valoris accedat.* n. 1.

*Legata quantitate, non ampliorem quantitatem etſi eam acceptauerit legatarius, dare tenetur fideicommiſſo.* n. 2.

*Legatarius quantitatis, ſi intrinſecus vſuræ quantitati accedant, rectè per fideicommiſſum ad quid amplius, quam accepit obligatur.* n. 3.

*Legato quantitatis accepto, ſi rogatus fuit legatarius ſpeciem propriam dare ideo tenetur, quia tanti videtur rem ſuam æſtimaſſe.* n. 4.

*Legatarius, etſi quantitatem accipiat rem alienam maioris pretÿ dare per fideicommiſſum non tenetur.* n. 5.

### Papinianus.

*Si centum legatis duplum reſtituere rogatus ſis, ad ſummam legati videbitur conſtitiſſe, ſi autem poſt tempus fideicommiſſum relictum ſit, vſurarū dumtaxat aditamentum admittetur, nec mu-*

*mutanda ſententia erit, quod forte legato percepto magnum emolumentum, ex aliquo negotio conſecutus eſt, aut pœnam ſtipulationis imminentem euaſit, §. hæc ita, ſi quantitas, cũ quantitate conferatur enimverò, ſi pecunia accepta, rogatus ſit rem propriã, quã quam maioris prætij eſt, reſtituere, nõ eſt audiendus legatarius, legato accepto ſi velit computare, non enim æquitas hoc probare patitur, ſi quod legatorum nomine perceperit legatarius offerat.*

P*Apinianus*. Et ſi ſummam legatam excedat teſtator, onerans legatarium, ad quantitatem rei legatæ redigitur legatum, ſeu fideicommiſſum, ſic, vt ſi dupli, aut tripli menſuram leget, ſimplũ debeatur, quod fuit legatum: poterit tamen vſuras medij temporis legare, & pro earum æſtimationẽ, etiam teſtatoris voluntas præſtabitur, at ſi res legata augeatur euentu extrinſeco, quia flumen prædio acceſſit, equo morſi, & habenarũ ob temperantia, poſt diem legati cedentis, non tamen vltra debebit legatarius, neque ſi rem legatam ſub ſtipulationis pœna deberet hæres, pœnæ computationem admittes, §. hæc ita, ſi quantitas, cum quantitate conferatur, non ſi ſpecies cum ſpecie, nam minore ſpecie accepta, maiorem

præ

preſtare tenetur legatarius, ſi non pretio ſior maior fuerit, & quod etiam certiſsimũ eſt ab eo deberi rem propriam, quam legauit teſtator, ſi, & legatũ accepit, eique eam præſtare à teſtatore rogatur, & ſi minore, ſuæ rei, ſiue pecuniæ prætium accepiſſe videatur; quippè æquitas non patitur, vt computatio eo caſu fiat; neque tãtũ præſtare tenetur, quãtũ accipit, ſed etiã plus, cum accipiendo ſe obligauerit, & tanti rem propriam æſtimare dixerit Papinianus l. Imperator 70. §. ſi centum, D. de legat. 2. & non minus hoc aſſeritur, nempè non poſſe plo‑ris, quem accipit legatarius, onerari, Paulus Lainitatibus l. 22. §. vlt. D. de legat. 1. & l. nõ ampliùs 26. in princ. D. de leg. 1. quam Papiniani quæſtionem paucis abſoluam, dict. l. Imperator 70. §. ſi centum, D. de legat. 2. Si cui centum legato dentur, non eſt cogendus ducenta præſtare per fideicommiſſum, ſed ſat erit centum reddere fideicommiſſario, ſi verò poſt tempus reſtituere iubetur, etiam vſurarum pretium reſtituere debebit, quod ita procedit, vt minimè ampliùs, quã accepit reſtituere debeat, excepto eo caſu, quem Papinianus refert, dict. l. Imperator 70. §. hæc ita, D. de legat. 2. nempè tunc ad ampliùs quid teneri, cum rem ſuam, vt reſtituat, legatarius rogatur, & legatum admittit, quippè tunc accepto legato, tenetur rem ſuam fideicommiſſario tradere, & ſi maioris pretij ſua fuerit, ratio [illegible]

*n. 1. Legatarius nõ vltra vires legati præſtare tenetur legato, vel fideicommiſſo, regulariter, nec ſi rei legatæ extrinſecus, quid valoris ampliùs accedat.*

*n. 2. Legata quantitate, non ampliorem quantitatem, & ſi eã acceptauerit legatario dare tenetur fideicommiſſario.*

*n. 3. Legatarius quãtitatis ſi intrinſecus vſuræ quãtitati accedant rectè per fideicommiſſum ad quid amplius quam accepit obligatur.*

*n. 4. Legato quantitatis accepto, ſi rogatus fuit legatarius ſpeciem propriã dare, ideo tenetur, quia tanti videtur rem ſuam æſtimaſſe.*

eſt à Paulo traditur, l. ſed ſi non 36. D. ad l. Falcid. quoniam tanti rem propriam æſtimaſſe creditor legatarios, qui non ignarus obligationis ex legati grauamine, id ipſum ſuſcipit cum legato: ſecus hoc erit, ſi res aliena legata ſit, l. ciuitatibus 122. §. vltim. D. de legat. 1. ſic explicat has leges Iacob. Cuiacius dict. l. Imperator 70. §. ſi centum, D. de legat. 2. lib. viceſimo, quæſtionũ Papiniani, Donell. lib. 8. cap. 9. comment.

n. 5. *Legatarius, & ſi quantitatem accipiat, rem alienam maioris pretij dare per fideicõmiſſum non tenetur.*

# PERIPH. XVIII.

## *Papinianus l. cum filiofamilias 11. D. de legatis 1.*

### SVMMARIVM.

*Legatum à patre, quoties filius familias hæres inſtitutus eſt per fideicommiſſum.* n. 1.

*Legatum relictum à patre per fideicommiſſum, ſi ipſi filio ex patris perſona vires accipit, ſi extero ex filij perſona.* n. 2.

*Exponitur l. ſi alienus 62. D. de legat. 2. à Donello.* n. 3.

*Legatum per fideicommiſſum relictum à domino, vel patre familias, inſtituto ſeruo, aut filio familias, ſi illi ſui iuris facti hæreditatem adierint, euaneſcit ſtricti iuris ratione.* n. 4.

*Legatum à domino, vel patre, inſtituto ſeruo, aut filio relictum, & ſi per fideicommiſſum, cum ille filius, aut ſeruus ſui iuris facti adierint hæreditatem, non deberi, tamen vtilius eſſe præſtari,* ſiue

ſiue à filio ſuo, ab illo, ad quem hæreditatis emolumentum perueniat, Duarenus. n. 5.

Hæreditas relicta à patre, filio instituto emancipato debetur per fideicommiſſum. n. 6.

Hæreditatem abſque falcidiæ retentione reſtituet pater filio, cum filius hæres inſtitutus eſt ſub patria poteſtate, & pater rogatur filio ſui iuris facto hæreditatem reſtituere. n. 7.

## Papinianus.

Cum filio familias, vel ſeruo alieno legatum, vel hæreditas datur, fidei committi patris, vel domini poteſt: ac tunc demum ex perſona ipſorum fideicommiſſum vires capit cum ipſis, per quos commodum hæreditatis, vel legati patri, dominoue quæritur, fideicommiſſum relinquitur, §. deniq; Iulianus, non in ſubtili ratione motus, patrem, cuius filius hæres inſtitutus eſt, extero quidem, habita ratione legis Falcidiæ reſtituere hæreditatem reſpondit: quoniam ex perſona filij tenetur: ipſe vero filio non admiſſa falcidia: quoniam ex perſona ſua filius obligari non poſſet: ac pater, non vt hæres, ſed vt pater rogari videtur, §. & ideò ſi filio rogatus ſit pater poſt mortem ſuam, quod ad

ſe

*ſi peruenit ex legato, vel hæreditate filio relictis, reſtituere, iſque viuo patre decedat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommiſſum ex perſona patris vires acceperit.*

PApinianus. Filio familias, vel ſeruo, relicto legato, poſſe à patre, vel domino intra vires legati, intra vires hæreditatis, retenta tamen falcidia ex hæreditate fideicommitti, extero que relinqui: ratio ea, quia cum inſtituti ſunt, ſeruus, aut filius, cum pater non ſit inſtitutus, vel dominus vires ſuſcipit ex perſona eorum fideicommiſſum, cum per illos, pater, vel dominus legatum hæreditatemvè obtineat, §. deinde differentiam Iuliani admittimus, inter hæreditatem à patre relictam (eo caſu, quo filius familias inſtitutus eſt) extero. & hæreditatem ipſi filio inſtituto relictam quoque à patre per fideicommiſſum, nempè in id tempus relectam, quo ſui iuris futurus eſt filius: nam, cum pater iubetur extero reſtituere falcidiam retinet tanquam hæres, & ſi factum ſit per filium, & ex perſona filij debeatur: at vero, cum filio reſtituere tenetur, abſque falcidiæ deductione, ratio? Quoniam eo caſu, quo pater filio reſtituet, magis vt pater, quàm vt hæres inſpicitur, & tanquam pater reſtituet; & filius qui hæres inſtitutus fuit, non vt fideicõmiſſarius, ſed vt hæres in hoc habetur ſic ad deductionem falcidiæ, ſibi obligari nõ debet, & cum vna

ca-

Digitized by Google

eademque perſona fuerit cum patre, in vna eademque perſona obligatio cadere nõ poteſt, hoc etiam ex coniectura voluntatis à teſtatore ducta, nam ſi falcidia introducta fuit, vt ad adeundam hæreditatem hæredes fiduciarij, & reliqui inuitarentur, non ea opus eſt vtilitatis ratione, ad id, vt pater adeat in ſpem reſtituendi filio hæreditatem, & ita fideicommiſſum ex perſona patris vires ſuſcipit, reſtituet magis tamen vt pater, quam vt hæres, perſona eſt iuris fictio, & varijs effectibus, patris, & filij reputabitur, cum etiam ſeruũ perſonam naturalem habere dicamus, §. ſi tamen contingerit viuo patre decedere filium, cum filio relictũ eſſet ex perſona patris vires ſuſcipit, legatum, & ſic apud patrem remanet, & eſt conditionale, quod fideicõmiſſum, ſi ex perſona filij vires acciperet hæredibus filij pater id reſtituere teneretur, quaſi purè relictum, cuius dies ceſsit viuo filio, nam conditionale ideò cenſetur, dum pater, quaſi pater debet, quia ita relictum videtur, ſi filius ſui iuris effectus fideicommiſſum à patre accipiat, & cum moreretur filius in patris poteſtate, conditio non extitit, vnde pater hæredibus filij nihil præſtare debet, quod præſtaret, ſi ex filij perſona vires legatum acciperet, quod non fieri aſſeueramus quoties filio à patre relinquitur. Papinianus l. cum filio familias 18. D. de legatis 2. habes, vt poſsit à patre relinqui legatum per fideicõmiſſum, quoties inſtituitur filius hæres, hocque procedere, ſi tantum filio legatum reli-

n. 1. *Legatum à patre relinqui poteſt, quoties filius familias hæres inſtitutus eſt per fideicõmiſſum.*

relictum ſit, & tunc ea limitatione, quam expoſuimus, ex perſona filij vires accipere fideicommiſſum, vt falcidia non oneretur, & pater, vt pater reſtituat, extero vero magis vt hæres, etſi ex filij perſona, cui opponitur Licinij regula in l. ſi alienus 62. D. de legatis 2. quippe, ibi ſeruus hæres inſtitutus, & fideicommiſſum à domino relictum extero reperiuntur: & tamen dicitur, cum is ſeruus manumiſſus adiret, nequaquam à ſeruo deberi, quod relictum eſt à domino: ergo non vires capit fideicommiſſum à perſona ſerui extero relictum, vt prædixit Papinianus dict. l. cum filio familias 11. D. de legat. 1. quibus reſpondit Hugus Donellus lib. 8. cap. 10. in l. ſi alienus 62 D. de legat. 2. nunquam eo caſu conſiſtere fideicō miſſum, quoniam is ſeruus ſub domini poteſtate non eſt factus hæres, de quo loquitur Papinianus noſtro textu, l. cum filio familias 11. D. de legat. 1. in qua lege Franciſcus Duarenus, aſſerit neutrum obligatū videri ad reſtitutionem, dominus, quia non videtur inſtitutum fuiſſe, ſeruus, quia non fuit ipſe rogatus reſtituere: tamen vtrumque debere fideicommiſſum vtilitatis ratione Licinio placuiſſe, ſeruus ſi arbitrio ſuo hæreditatem adiuit, dominus ſi per ſeruum adquiſierit hæreditatem, Duarenus in quæſtionis repetitione dict. l. cum filio fa-

n. 2. *Legatum relictū à patre per fideicommiſſū, ſi ipſi filio ex patris perſona vires accipit, ſi extero ex filij perſona.*

n. 3. *Exponitur l. ſi alienus 62. D. de leg. 2. à Donello.*

n. 4. *Legatū per fideicommiſſum relictum à domino, vel patre familias, inſtituto ſeruo, aut filio euaneſcere ſtricto iuris rigore ſi illi ſui iuris facti, hæreditatem adierint.*

n. 5. *Legatū à domino, vel patre inſtituto ſeruo, vel filio relictū, & ſi per fideicomiſſum, cū illi ſeruus, aut filius ſui iuris facti adierint hæreditatem, non deberi, tamen vtilius eſſe præſtari, ſiue à filio, ſiue ab eo, ad quem hæreditatis emolumentū prouenit, Duarenus.*

Digitized by Google

familias 11. D. de legat. 1. idque ſatis per ſe Licinius Rufinus exprimit, dict. l. ſi alienus 62. D de legat. 2. etiam obijcit Donellus l. placet 79. D. de adquir. vel omitt. hæred. vbi nec momento temporis in perſona filij, aut ſerui conſiſtit hæreditas, quin domino, aut patri adquiratur: & his non obſtantibus, docet Papinianus dict. l. cum filio familias 11. D. ipſi filio intelligi debere reſtituere patrem emancipato, aut alio modo liberato à patria poteſtate, & hoc non retenta quartà Trebellianica, nec tanquam hæres, quod maximè oppugnatur dict. l. placuit 79. D. de adquir. vel omitt. hæred. cum certiſsimum ſit per filium, aut ſeruum fieri patrem, vel dominum hæredem, his Donellus ex Papiniani doctrina reſpondit, quamuis in rei veritate, ſit hæres pater, tamen non, vt hæres extraneo reſtituere debere pater per fideicommiſſum, ſed, vt pater filio, & ſi emancipato, & ſi emancipatus aliàs iure ciuili extraneus habeatur, quia ſibi filius obligari, vt diximus, non poſsit, quod in alijs ſecus procedit.

*n. 6. Hereditas relicta à patre, filio instituto ei emancipato debetur per fideicommiſſum.*

*n. 7. Hæreditatem abſque falcidiæ retentione reſtituet pater filio, cum filius hæres inſtitutus eſt ſub patria poteſtate & pater rogatur filio ſui iuris facto hæreditatem reſtituere.*

PE-

# PERIPHRASIS XIX.

## Modeſtinus l. liber homo 103. D. de verb. oblig at. Iulianus l. ab omnibus 104. §. etiam rem, D. de leg. 1.

### SVMMARIVM.

STipulari non poſſumus liberum hominem, neque hoſtium rem, quæ extra comertium habetur. n. 1.

Legari poteſt res hoſtium, cuius eſt comertium. n. 2.

### Modeſtinus.

Liber homo in ſtipulationem deduci non poteſt: quia nec dari oportere intendi, nec æſtimatio eius præſtari poteſt: non magis quam ſi quis dari ſtipulatus fuerit mortuum hominem, aut fundum hoſtium.

### Iulianus.

Etiam rem hoſtium poſſe legari Sabinus ait, ſi aliquo caſu emi poſſit.

MOdeſtinus. Nulla eſt ea ſtipulatio, quæ liber homo promittitur, nam cum ſtricti iuris ſit contractus, neque æſtimatio debetur, neque rectè præſtari poteſt, tunc pretium inæſtimabilis rei, nunc eius liberũ caput: non aliter nullius momẽti erit promiſsio, quam ſi quis mortuum hominem promittat, aut prædia hoſtium, quorũ nullum habetur commercium. *Iulianus.* Rem hoſtium legari, & in ſtipulationem deduci poſſe ſciendum eſt, dum eius commertium ſit, quia ſæpe ſepius res hoſtium veniunt, & aſportantur, in quibus inter legatum, & ſtipulationem nulla differentia, nã res immobilis hoſtium non magis legari, quam in ſtipulationem deduci poteſt. Modeſtinus l. liber homo 103. D. de verb. oblig. Iulianus l. ab omnibus 104. §. etiam rem, D. de legatis 1. §. at ſi quis, §. idem iuris, inſt. de inutilib. ſtipulat. vel ſaltem in ſpe l. vbi autem 75. §. illud, D. de verb. obligat. de quibus ſic expeditæ Modeſtinus, l. liber homo 103. D. docet liberum hominem non poſſe deduci in ſtipulationem, magis quã fundum hoſtium, quippe eius commertiũ promiſſorem habere non poſſe conſtat, & ideo nec legari, neque ſtipulari poterit. *Iulianus.* Rem hoſtiũ legari poſſe docet, dict. l. ab omnibus 104. §. etiam rem, D. de legatis 1. in his inter legatum, & ſtipulationem differentia nulla, tamen ex ſupradictis in his eadem decidendi ratio, tunc ad præſtationem teneri, cum rei hoſtium commertium fuerit, quia aſportatur, & vendi ſolet.

n. 1.
*Stipulari non poſſumus liberũ hominem, neq; hoſtiũ rem, quæ extra cõmertiũ habetur.*

n. 2.
*Legari poteſt res hoſtium, cuius eſt cõmertium.*

ſolet, præcipuè mobilis, quo caſu etiã quæ antea teſtatoris, vel hæredis fuit legari poteſt, vt ſeruus qui poſtliminij iure iterum noſter effectus, l. id quod 9. l. ſeruus 98. D. de legatis 1. in quibus ego audiebam Pomponium, & Iulianum, de ſeruo, qui non ad ſuos, & ſi ad hoſtes aufugit, Donellus lib. 8. cap. 11. comment. & lib. 12. cap. 20. Franciſcus Duarenus l. id quod 9. D. de legat. 1.

# PERIPHRASIS XX.

## *Papinianus l. Meuius 66. §. fundo legato, D. de legatis 2.*

### SVMMARIVM.

*Legari mihi res mea non poteſt, etſi eam poſt conditum teſtamentum alienem, quippè cui ré legatum non conſtitit initio.* n. 1

*Legari mihi res mea, cum vſusfructus, vel ius pignoris alterius fuit, poteſt ob vtilitatem, quam ex conſolidatione, vel liberatione cõſequor.* n. 2

*Legari mihi poteſt res mea, vſusfructus, vel pignoris cauſa, non verò alterius ſeruitutis ratione.* n. 3

*Expoſitione, l. Meuius 66. §. ſin autem, D. de legatis 2. Donellus emendat textum, & in locum propter repònit præter, quam emendationem reijcit Vſualdus.* n. 4

*Expoſitione l. Meuius 66. §. ſin autem, D. de legatis 2. textum emendant, tam Donellus, quã Cuiatius.* n. 5

## Papinianus.

*Fundo legato, ſi vſusfructus alienus ſit, nihilominus petendus eſt ab hærede. vſusfructus enim, etſi in iure non in parte conſiſtit, emolumentum tamẽ rei continet, enimvero fundo relicto, ob reliquas præſtationes, quæ legatũ ſequuntur, agetur, verbigratia, ſi fundus pignori datus, vel alia poſſeßio ſit, §. non idem placet de cæteris ſeruitutibus, §. ſin autem res mea legetur mihi, legatum propter iſtas cauſas non valebit.*

Papinianus. Fundus meus, etſi aliàs non rectè mihi legatur, dum alienus ſit vſusfructus, vtiliter mihi cediſſe, nam etſi vſusfructus non ita in parte ſit, vt quid corporeum conſequi videatur, tamen certiſsimum eſt, ex illius iuris conſolidatione, adiectamentum rei habere: æquè ſi pignori grauatus eſſet, aut teneretur, ab aliquo ſimili iniquis cauſa, valet legatum, cum ex eius liberatione mihi lucrum ſequatur. §. tamen non idem obſeruari placuit, ſi obnoxius alijs ſeruitutibus fuerit, puta actui viæ, & reliquis, quibus ſæpe ſæpius fundi grauantur, ne ſi ita fuerit plenam quæ rei meæ legatum mihi deberetur, §. nam prædictis ſeruitutibus,

bus, non adeo incommodatur, vt propter eas valere debeat, nec ita pretium rei augent, vt in teſtatoris mentem ſimile quid veniſſe credamus, nec in domini vtilitatem ſic cedere, vt perpenſum legiſlatoris iudicium mereantur. Papinianus l. Mæuius 66. §. fundo legato, D. de legatis 2. Certum iuris principium eſt, rem meam haud mihi legari poſſe, quamuis ante teſtatoris mortem poſt conditum teſtamentū eam alienauerim, probat Pomponius l. cætera 41. tractari, D. de legatis 1. tamen vbi aliquo grauamine res mea tenetur rectè poterit, quiſque effectu eam mihi legare, & vtile mihi conſtitit legatum, erit exemplum, ſi pignoris vinculo, vel vſusfructus ſeruitute tenetur: ſic cum hæres eſſet vſufructuarius, ſiue teſtator, aut quislibet alius, legatarius verò rei proprietarius, ritè huius vſusfructus cauſa, rei propriæ legatum vtile ex conſolidatione permaneret, & illius dominus id cum effectu habere poſſet, Papinianus l. cum filius 76. §. dominus hæredē, D. de legatis 2. ſed tam prædicta l. cum filius 76. §. dominus, D. quam l. Mæuius 66. §. fundo legato, D. de legatis 2. aſſerit Papinianus aliarum ſeruitutum diuerſam eſſe rationem, vt non eo magis vtile ſit fundi legatum, validumvè, quoniam vt ob illas debeatur ſeruitutes, cum non ſint eius emolumenti, cuius eſt vſusfructus, quod ius, etſi non in parte fundi conſiſtit, tamen in iure, & quaſi in dominij parte conſiſtere, ſeu reputari poteſt, l. vſus fru-

n. 1. *Legari mihi res mea non poteſt, & ſi eā poſt cōditū teſtamentum aliené, quippè purè legatum nō conſiſtit initio.*

n. 2. *Legari mihi poteſt res mea, cū vſusfructus, vel ius pignoris alterius fuit ob vtilitatem, quam ex conſolidatione conſequor.*

n. 3. *Legari mihi poteſt res mea, vſusfructus, vel pignoris cauſa, non verò alterius ſeruitutis ratione.*

ctus 5. D. de vſufructu, l. in venditionem 8. D. de rebus auth. iudic. poſſid. quare, etſi potius in formali iure conſiſtat tamen propter eius vtilitatem valebit legatum, non vero in reliquis ſeruitutibus, dict. l. Mæuius 66. §. ſinautem, D. de legatis 2. verſiculum emendat Donellus lib. 8. cap. 11. commentar. illudque *propter*, expungit, & in eius locum reponit *præter*, vt ſit ſenſus præter iſtas cauſas rei meæ legatum non valet, nempè *præter*, vtilitates horum iurium interuenientes. Vſualdus tamen Florentinam lectionem retinet, & ſit Papiniani ſenſus propter iſtas cauſas, quibus rei meæ legatum valere dicimus, non rectè argumentum deducemus, vt generaliter, in quacumq; ſeruitute conſtituta rei meæ legatum valeat, aut rei meæ ſine tali vtilitate conſiſtat legatum, placet Vſualdi ſolutio in notatis liter. O. tamen ea aliquantulum extorqueri ſenſum, & verba ſtechi dicas, ſed vitanda legum correctio, etſi Donello, Cuiatius conſentiat lib. 5. ad Africanum, l. etſi contra 35. D. de vulgar. & pupillaris.

n.4. *Expoſitione l. Mæuius 66. §. ſinautem, D. de legat. 2. Donellus textũ emendat, & in locũ propter reponit præter, quam emendationem reijcit Vſuald.*

n.5. *Expoſitione l. Mæuius 66 §. ſinautem, D. de legat. 2. textum emendat tã Donellus, quàm Cuiatius.*

Pe-

# PERIPHRASIS XXI.

## *Vlpianus l. ſi creditori 28. §. vlt. D. de legatis 1. Paulus l. 1. §. ſi quis creditor. D. ad leg. Falcid.*

### SVMMARIVM.

*Legatum debiti ex ſtipulatione valet, quia plus commodi eſt in legato, quam in debito, cum legatarius ſit rei legatæ dominus à teſtatoris morte, & ex mora ei debentur vſuræ.* n. 1.

*Stipulatione à dic litis conteſtationis officio iudicis vſuræ debentur, eſtque ſtricti iuris, legatum bonæ fidei.* n. 2.

*Legatarius rei dominus fingitur à teſtatoris morte, & eſt verus dominus à die aditionis hereditatis.* n. 3.

*Stipulationis purè debitum, & ſi legari creditori poteſt, non minuitur Falcidia, quia abſque hæredis incommodo obuenit.* n. 4.

*Legatum debiti ex ſtipulatione ſub conditione creditori, non ſolum valet, ſed Falcidia minuitur propter hæredis incommodum, qui citius ante tẽpus conditionis ſoluit, Duarenus.* n. 5.

*Lsgatum debiti purè ex ſtipulatione creditori, non ſolum Falcidiam non patitur, ſed nec à tali legatario fideicommiſſum relinqui poteſt, cũ extrinſecus illa commodo legatario veniant, & hæres non grauetur in ſoluendo, quod teſtator debet.* n. 6.

*Legatum debitæ quantitatis ex ſtipulatione creditori nullius vtilitatis eſſe deſendit Duarenus. quippe circa translationem dominij non plus eſt in legato quam in debito ex ſtipulatione: tamen plus vtilitatis in legato excogitari poteſt.* n. 7.

*Legatum rei meæ, cuius mihi eſt dominiũ, tantùm ab alio detinetur, ex depoſito, aut commodato non conſiſtit, & regulariter, quoties nihil amplius in legato eſt inutile, nullumque eſt legatũ, Goueanus.* n. 8.

## Vlpianus.

*Marcellus libro vicesimo octauo putat, rem, quē ex ſtipulatu mihi debes, ſi legaueris vtile eſſe legatum: vt neque Falcidia hoc minuat.*

## Paulus.

*Si quis creditori ſuo, quod debet legauerit, aut inutile legatum erit, ſi nullum commodum in eo verſabitur, aut ſi propter repræſentationis (puta) commodum vtile erit, lex quoque Falcidia incommodo locum habebit.*

V*lpianus.* Refertur, & probatur Marcelli ſententia, ex libro viceſimo octauo, qui legatum valere demonſtrat, etiã debiti ex ſtipulatione, quoniam debitor libe-

iatur ſumptu, quem facturus erat, in debiti exactione, tunc, quoniam dominium legatarius à teſtatoris morte conſequitur tamē, cum hæc commoda, abſque hæredis damno conſequi videatur legatarius, nullam legis Falcidiæ patitur diminutionem. *Paulus.* Si quis creditori ſuo, quod debet ex depoſito, commodato, cuius rei dominium penes legatarium eſt (tantum hærede ipſius vel detentionem habente) legauerit, inutile legatum erit: at ſi aliquod commodum in legato verſabitur (puta) repræſentationis, quia ex ſtipulatione rei proprietas in diem debebatur, vel ſub conditione, quæ nondū venerat, & purè legatur non ſolum valet, & debetur, ſed etiam Falcidiæ incommodo illo locus erit, circa quantitatem, quæ excedit debiti menſuram, nam cum plus ex legato debito, quam ex ſtipulatione conſequatur, propter repræſentationis commodum, quod cum hæredis detrimēto fit, hoc legati genus minui Falcidia neceſſe eſt. Vlpianus l. ſi creditori 28. §. vlt. D. de legatis 2. Paulus l. 1. §. ſi quis creditori, D. ad legē Falcidiam, docemur dict. l. ſi creditori 28. §. vlt. D. valere legatum, eius rei, quā vinculo ſtipulationis legatario debetur: ratio ea, quippè plus eſt in legato, quam in ſtipulatione, quod varijs modis probatur, primo in legato à tempore moræ veniunt vſuræ, ſecus in ſtipulatione, qua iudicis officio veniunt à litis tantum conteſtatione: eſt, & ſtipulatio ſtricti iuris, legatū bonæ fidei habetur, l. vſuræ 34. l. videamus 38. §. ſi actionem,

n. 1.
*Legatum debiti ex ſtipulatione, valet, quia plus commodi eſt in legato, quàm in debito, nam legatarius fit rei legata dominus à teſtatoris morte, & ex mora ei debentur vſuræ.*

n. 2. *Stipulatione à die litis conteſtationis officio iudicis vſuræ debentur, eſtque ſtricti iuris legatũ bonæ fidei.*

n. 3. *Legatarius fingitur dominus à morte teſtatoris, & eſt verus dominus à die aditionis hæreditatis.*

n. 4. *Stipulationis purè debitum, etſi legari creditori poteſt, non minuitur falcidia, quia abſque hæredis incommodo obuenit.*

n. 5. *Legatum debiti*

nem, D. de vſuris, & fruct. in legato dominium transfertur in legatarium à tempore mortis teſtatoris, l. à Titio 64. D. de furtis, l. ſi mulier 3. §. ſi rem quis, D. de legatis 3. quibus vtilitatibus rectè rei, & quantitatis ſuſtinetur legatum, & ſi legatario quantitas ex ſtipulatione æquè debebatur, in quo tamen legato, nec Falcidiæ locus eſt, & ſi alijs modum imponat l. ſi creditori 28. §. vlt. D. de legat. 1. cui videtur contraria Pauli ſententia l. 1. §. ſi quis creditori, D. ad leg. Falc. ibi: *Falcidia in commodo locum habebit*, quo non probatur idem futurum in ſpecie l. creditori 28 §. vlt. D. de legatis 1. vt Franciſcus Duarenus docet, quia loquatur Paulus de legatis, in quibus ea eſt vtilitas, vt purè relinqueretur, quod ſub conditione, aut in diem ſtipulationis debitum fuiſſet, Duarenus dict. l. ſi creditori 28. §. vlt. D. de legatis 1. in commentarijs ad titulum de legatis, mihi huius rei differentiam quærenti occurrit, & illud, nempè, commodi eius rei, ſiue quantitatis legatæ, quæ purè ex ſtipulatione debebatur, nullam computationem in Falcidia fieri poſſe, cum ignoretur, quibus dilationibus hæres vſus fuiſſet, ad debitum

*ex ſtipulatione ſub conditione creditori, non ſolum valet, ſed Falcidia minuitur propter hæredis incommodum, qui citius ante tempus conditionis ſoluit.* n. 6.

*Legatum debiti purè ex ſtipulatione creditori, non ſolũ Falcidiam nõ patitur, ſed nec à tali legatario fideicommiſſum relinqui poteſt, cum extrinſecus illa commoda legatario veniant, & hæres non grauetur in ſoluendo, quod teſtator debebat.*

bitam rem ex ſtipulatione ſoluendam, ſecuſque hoc procedere in legato eius rei, quæ ſub conditione antea, vel in diem debebatur, cum ratio haberi poſſit fructuum, quos ſublato temporis interuallo lucratus ſit legatarius, ita ex legati purè commodo, in debito, quod ſub conditione debebatur, rectè Falcidiæ locus eſt, & fideicommiſſo intrà vires vtilitatis, quod in legato, debiti purè nō erit, nam, & ſi alicuius vtilitatis cauſa ſuſtinebitur, cū extrinſecus vtilitas veniat, nec hæredi noceat, neque fideicommiſſum relinqui poteſt à legatario, neque commodum Falcidia minuetur, l. ſi mulier 3. §. ſi rem quis, D. de legatis 3. dict. l. ſi creditori 28. §. vlt. D. de leg. 1. notat Franciſcus Duarenus dict. l. ſi creditori 28. §. vlt. D. inutile eſſe hoc ipſo caſu quantitatis legatū, quippè in eo dari non poteſt maior vtilitas ex legato, quam ex ſtipulatione, nam quantitatis dominium in vtroque debiti vinculo non transfertur, tamen alterum commodū forſitan excogitari poſſet, nempè vſurarū, quæ veniunt in legato à tempore moræ hæredis, at in ſtipulatione, non niſi à litis conteſtatione, tamen Duarenus ſuam opinionē tutatur, l. Aurelius 28. §. vlt. D. de liber. legat. qua, & ſi tantum, quod pupilli ex rationibus deberent legatum videri dixerit Scæuola, non tamē expreſsè negatur in reliquo conſiſtere legatum, quarè exiſtimabam, ad id, vt legatum prorſus inutile ſit, nō magis hanc legem, quam alia vtilitatem reſpici, vt ſit regula, ſi nullum commodum ſit in legatō,

n. 7.
*Legatum debita quantitatis ex ſtipulatione creditori nullius vtilitatis eſſe, defendit Duaren. quippè circa translationis dominij, nō plus eſt in legato, quam in debito ex ſtipulatione, tamen plus vtilitatis in legato excogitari poteſt.*

n. 8.
*Legatum rei meæ cuius mihi eſt dominiū, tantumque ab alio detinetur ex depoſito, aut commodato nō conſiſtit, & regulariter quoties nihil amplius in legato eſt inutile, nullumq; eſt legatum, Goueanus.*

ma-

magis quam indebito nullum habeatur, ac ſi aliquod commodum legatarium ſequatur ex legato, magis quam ex ſtipulatione valere, & ſi eo caſu Falcidiæ locus non ſit, quippè commodū legatarij eſt ſine hæredis diminutione, ſic Antonius Goueanus, l. 1. §. ſi quis creditori, D. ad leg. Falcid. nec diſſentit Donellus lib. 8. c. 14. comment.

# PERIPHRASIS XXII.

## *Papinianus l. verbis 5. D. ad legē Falcidiam, Paulus l. debitor 82. D. de legat. 2.*

### SVMMARIVM.

*Legato debito creditori, quod debiti menſurā excedit Falcidiam patitur.* n. 1.

*Legatum debiti ſub conditione vel in diem purè relictum creditori Falcidiam pati in totum inſinuat Cuiatius.* n. 2.

*Legatum debiti purè relictum, cum tēpore teſtamenti vtiliter creditori conſiſteret, non ideo minus valet, quia viuo teſtatore conditio venit.* n. 3.

*Expoſitione l. debitor 82. D. de legatis 2. Cuiatius, & Goueanus Paulū, & Tribonianum incuſant.* n. 4.

*Expoſitione l. debitor 82. D. de legatis 2. inter Paulum, & Papinianum, l. verbis 5. D. ad legem Falcidiam contrarias fuiſſe ſententias*

pra-

prænotat; Donellus. num. 5.

Legatum quantitatis debitæ ſub conditione, creditori purè relictum, ſi conditio adueniat viuo teſtatore nullius momenti eſſe Paulus, l. debitor 82 D. de legatis 2. ſecus in legato ſpeciei, nam ſi conditio adueniat viuo teſtatore, plus commodi eſt, in legato, quod facit dominum legatarium à morte teſtatoris Papinianus l. verbis 5. D. ad legem Falcid. Vſualdus. n. 6.

## Papinianus.

Verbis legati, vel fideicommiſsi non neceſſariè ciuitati relinquitur, quod ex cauſa pollicitasionis præſtari neceſſe eſt, itaque ſi debiti modum teſtamento dominus exceſsit, ſuperfluum duntaxat Falcidia minuetur, quarè nec fidei cōmitti legatari poterit, § quod ſi dies, aut conditio legatum fecerit, non vtilitatis æſtimatio, ſed totum petetur, quod datum eſt, nec ſi viuo teſtatore, dies venerit, aut conditio fuerit impleta, fiet irritum, quod ſemel competit.

## Paulus.

Debitor decem legauit creditori, quæ ei poſt annum ſub pignore debebat, non (vt quidam putant) medij temporis tantum

*eum commodum, ex teſtamento debe-tur, ſed tota decem, peti poſſunt: nec tollitur petitio, ſi interim annus ſuperuenerit, nam ſufficit, quod vtiliter dies ceſſit, quod ſi viuo teſtatore annus ſuperueniat: dicendum erit inutile effici legatum, quamquam conſtiterit ab initio, ſic, & in dote prælegata reſponſum eſt, totam eam ex teſtamento peti poſſe, alioquin ſecundum eam ſententiam, ſi interuſurium tantum eſt in legato, quid dicemus, ſi fundus legatus ſit ex die debitus? nam nec pecunia peti poteſt, quæ non eſt legata, nec pars fundi facile inuenietur: quæ poſſit pro commodo peti.*

PApinianus. Quod eſt pollicitationis cauſa debebat ciuitati teſtator, ita præſtare tenetur, vt æquiparetur hæc obligatio legati obligationi, vnde inutiliter legari videtur, & niſi aliquid amplius vtilitatis in legato repetitur, neque falcidiæ computationis recipit, neque vltra vires vtilitatis fideicommitti à ciuitate poterit, §. at ſi dies pollicitationi, aut conditio adiecit, etſi viuo eo dies venit, conditio ſtitit, tamen totum legatum petetur, nam cum per vtilitatis repræſentationem ſemel valuit, durat licet in eum caſum venerit, à quo initium ca-

petere non poterit: *Paulus.* Debitor, qui ſub pignore creditori oblato decem debebat, eo pacto, vt poſt annum ea ſolueret: creditori illa decem legauit: valet legatum, & totum à creditore legati actionibus petetur, ſic, vt non ſolum medij temporis commodum, quod quaſi interuſurium eſt, ſed etiam decem illa petet legati actionibus, & ſi alij aliter exiſtimauerint, nec idcò minus iure legati valet, quia mortuo teſtatore antequā peteretur, adireturvè hæreditas, dies, vel conditio ſtitiſſet: quippè cum vtiliter ceſsiſſet legatum à morte teſtatoris, haud irritatur, quod iam conſtitit, & ſi conditio, vel dies venerit, ſed ſi viuo teſtatore adimpleretur temporis interuallum puta anni, & legatum ſit quantitatis non rei (de quo Papinianus priori textu ſubaudiendus, vbi dominij tranſlati ex legato venit vtilitas) euenit vt nulla ſit maior vtilitas in legato, quàm in debito, etſi initio conſtitit, non tamen eius dies vtiliter ceſſit mortuo teſtatore, à cuius morte legatum debetur: ex quo procedit, non valere quantitatis legatum, quia neque dominium cedit à morte teſtatoris, magis in legato, quàm in debito, neque vſuræ ampliores in legato, quàm in pignoratitia dari poſſunt, cum vtraque actio bonæ fidei ſit, tamen in priori caſu vbi poſt mortem teſtatoris, iam cedente legati die venit cōſtituti anni tempus, iure legati totum peti poteſt, tam vtile, ſi id conſiderari poteſt ſuſpenſi temporis interuallū, quàm principalis debiti decem illa, nam cum &

dos

dos debetur, non ſolum, quod amplius eſt, in legati actione, quàm dotis actione, ſed etiam reliquum legati actione petitur, nam ſi aliter hoc fieret, nimia iuris excrupuloſitate nos implicaremur, & interuſurium ſæpè excogitari prolixum, alias fruſtraneum eſſet, ſit exemplum: qui poſt diem fundum debebat creditori legauit, cum non ſit legata quantitas, haud pecunia dari poteſt vtilitatem temporis repræſentans, neque fundi pars vtilitatis nomine legati actione, & male rem diuidimus particulam legati actione petentes reliquum actione pignoratitia: dicendum eſt ergo, totam rem legati actionibus petendam, vnde ſtatim vtilitatem percipit legatarius ſimul cum re, qua legati actionibus potitur. Papinianus l. verbis 5. D. ad leg. Falcid. Paulus l. debito § 82. D. de legat. 2. auctoribus ſuis conſtet hæc difficilium textuum intrepretatio, & primus ſe offert Iacobus Cuiatius lib. 8. Reſponſorum, Papiniani dict. l. verbis 5. D. ad legem Falcid. qui docet, ſi debiti ſummam legatum excedat illud tantum quod excedit, ad falcidiæ computationem prodeſſe, & propter illud totum iure legati petendū: at ſecus eſſe eo caſu, quo ſub conditione debitum purè legatur, aut quod in tempus, detracta temporis mentione, nam omne iure legati admittitur, à volente legatario, & eodem iure legati falcidiæ norma totū perſtringitur. Vltimo ſubnectit Papinianus hoc legatum, quod ſub conditione debebatur, & purè relinquitur, non ideò euaneſcere,

*n. 1. Legato debito creditori, quod debiti menſurā excedit Falcidiam patitur, & totum legatum valet.*

*n. 2. Legatum debiti ſub conditione, vel in diem relictum purè creditori Falcidiam pati in totum, inſinuat Cuiatius.*

Digitized by Google

cere, quia conditio viuo teſtatore veniat, tempuſvè adimpleatur, quoniā ſemel conſtitit, contra tamen Paulus diſſerere videtur, dict. l. debitor 82. D. de leg. 2. cui obijci non aliud Cuiatius reſpondit, cum tantum reprehendere Paulum inſinuet. Antonius Goucanus in dict. l. verbis 5. D. ad leg. Falcid. æquè Paulum inculpat, ideò quia, quæ initio conſtiterunt, non debent irritari etiam ſi in eum caſum perueniant à quo initiū capere non potuere, reprehendit, & Tribonianum, tanquam negligentem, cum ſecundū l. tanta 2. §. contrarium, C. de veter. iur. enucleand. nihil contrarium in Pandectis, & Codice reperiri debeat, tamē Donellus Tribonianū excuſat, quaſi hoc ideò factum ſit, vt antiqui diſſidij, & hiſtoriæ teſtimonium habeatur, & ſic prouiſum, & exceptum, §. ex diuerſo, inſtit. de legatis, et Vſualdus in notatis ad Donellū lib. 8. cap. 11. lit. R. haud diſſentire Paulum prædicat, ideò quia Paulum de pecuniæ debito loqui velit, quod ſub conditione debebatur, & purè legatum, cum adueniat dies, vel conditio, viuo teſtatore inutile fiat legatum, ſecus hoc procedere in dict. l. verbis 5. D.

n. 3.
*Legatum debiti ſub conditione purè relictum, cum tempore teſtamenti vtiliter conſtiterit creditori, non ideò minus valet quia viuo teſtatore conditio venit.*

n. 4.
*Expoſitione l. debitor 82. D. de legatis 2. Cuiatius, & Goueanus, Paulū, & Tribonianū incuſant.*

n. 5.
*Expoſitione l. debitor 82. D. de legatis 2. inter Paulum, & Papinianum, l. verbis 5. D. ad legem Falcidiam, contrarias fuiſſe ſententias, notat Donellus.*



n. 6.
*Legatum quantitatis debitæ ſub conditione purè, creditori relictū, ſi conditio adueniat viuo teſtatore, nullius momenti eſſe, Paulus l. debitor 82. D. de legatis 2. ſecus in legato ſpeciei, nam ſi conditio adueniat viuo teſtatore, plus commodi eſt in legato, quod facit dominum legatarium à morte teſtatoris, Papinianus l. verbis 5. D. ad legem Falcid. ſic Vſualdus.*

ad leg. Falcid. nam ibi Papinianus loquitur de ſpeciei debito, vbi ſaltem dominiũ trãſfertur, quamuis viuo teſtatore adueniat cõditio, vel dies, & ex eo aliquo afficiatur cõmodo legatarius, l. à Titio 64. D. de furtis, l. mulier 3. §. ſi rem quis, D. de legat. 3. quã Vſualdi ſolutionem ſequendam iudicabã, ideoque illam in limine huius Periphraſis amplexus ſum.

# PERIPH. XXIII.

## *Iuſtinianus §. ſi quis rem ſuam, Inſtit. de legatis.*

### SVMMARIVM.

*Legatum rei propriæ teſtatoris valet, & ſi teſtator alienam eſſe exiſtimauit.* n. 1.

*Plus eſt in veritate quam in opinione, quando non eſt impeditura actum opinio.* n. 2.

*Plus eſt in opinione, quam in veritate, cum in opinione conſiſtit actus.* n. 3.

### Iuſtinianus.

*Si quis rẽ ſuam, quaſi alienam legauerit: valet legatum: nam plus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione: ſed & ſi legatarij eſſe putauit, valere cõſtat: quia exitum voluntas defuncti habere poteſt.*

teſti-

IVſtinianus. Quis cum putauerit rem alienam legare prædium ſuum legauit: quæritur an valeat legatum? & dicitur valere: ratio quia, & ſi falſa, opinione ductus legare videtur, non impedit hæc opinio exitum voluntatis, & ſic pluris habetur credere veritatem, quam falſæ opinioni obtemperare: veritas eſt id cupere teſtatorem, quod minus grauet hæredem, minus autẽ rem propriam teſtatoris dare, quã alienam redimere grauat hæredem: ergo teſtatorem, qui etiam alienam dabat, magis propriam dare velle credendum eſt: & ſic propoſita ſpecie plus eſt in veritate, quam in opinione virium: vnde ſi legatarij rem eſſe credit, æquè debetur, quæ teſtatoris vel hæredis propria eſt, & ab eo legatur, cum nullum impedimentum in rei veritate fuerit, nam ſi re vera legatarij fuiſſet exitum teſtatoris voluntas habere non poſſet, Iuſtinianus §. ſi quis rẽ ſuam, inſt. de legatis, l. ſi vnum 67. §. ſi rem, D. de legatis 2. ſic rectè docet Iuſtinianus, quod, cum quis rem ſuam, quaſi alienam legat, non ideò infirmetur legatũ, quia alienam eſſe putauerit, cum exitum teſtatoris voluntas habere poſsit: ratio etiã huius rationis ſecunda erit, quia plus eſt, quod eſt in veritate, quam quod eſt in opinione, quando ad actus impedimentum nõ tendit opinio, cum non in ea conſiſtat actus, ſed in rei veritate: ſecus cum in opinione conſiſtit actus, vt in hæreditate, vbi qui ſe neceſſarium putat hæredem, cum ſit voluntarius, neque adire, neque repudiare poteſt,

n. 1. *Legatum rei propriæ valet, & ſi teſtator alienam eſſe putauit.*

n. 2. *Plus eſt in veritate, quam in opinione, quando non impeditura eſt actum opinio.*

teſt, l. is qui putat 15. D. de adquir. vel omit. hæred. nam ibi plus eſt, quod eſt in opinione, quam quod eſt in veritate, Donell. lib. 8. cap. 11. in fine commentar.

n. 3. *Plus eſt in opinione, quam in veritate, cum in opinione cõſiſtit actus.*

# PERIPH. XXIV.

## *Celſus l. 1. §. vlt. D. de reg. Catoniana, Vlpianus l. cætera 41. §. tractari, D. de legat. 1.*

### SVMMARIVM.

*Catoniana regula cautum fuit non valere legatum quod conſiſtere non poteſt facti teſtamenti tempore, & ſi poſteà perueniat ad caſum, quo conſiſtere poſſet, pertinetque ad legata purè relicta.* n. 1.

*Legatum rei meæ conditionale conualeſcit, & valet ſi rem meam viuo teſtatore alienauero.* n. 2.

*Legatum rei meæ purè relictum, non conualeſcit, ſi rem meam viuo teſtatore alienauero.* n. 3.

*Exponit l. 1. §. vlt. D. de regul. Caton. Celſum plura aduerſus alios Iuriſconſultos dixiſſe, incuſatque Tribonianum Cuiatius.* n. 4.

*Expoſitione l. 1. §. vlt. D. de regul Caton. legatum ideò valere, quia ſub ea conditione relictum, ſi fundum viuo teſtatore alienaueris, & ſi rei tuæ ſit legatum Donellus.* n. 5.

*Legatum fundi relictum, ſub ea conditione, ſi cum*

*eum alienaueris viuo teſtatore valet, ſi ante teſtatoris morte eum alienes, alias non. n. 6.*

## Celſus.

*Item ſi tibi legatus eſt fundus, qui ſcribendi teſtamenti tempore tuus eſt: ſi eum viuo teſtatore alienaueris, legatum tibi debetur, quod non deberetur, ſi teſtator ſtatim deceßiſſet.*

## Vlpianus.

*Tractari tamen poterit, ſi quando marmora, vel columnæ fuerint ſeparatæ ab ædibus, an legatum conualeſcat? & ſiquidem ab initio nõ conſiſtit legatum ex poſt facto non conualeſcet: quemadmodũ nec res mea legatã mihi, ſi poſt teſtamentum factum, fuerit alienata: quia vires ab initio legatum non habuit, ſed ſi ſub conditione legatur, poterit legatum valere: ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit, vel ædibus iuncta non ſit: ſecundum eos, qui, & emi rem meam ſub conditione, & promitti mihi ſtipulanti, & legari aiunt: Purum igitur legatum Catonia-*

 na

*na regula impedit: conditionale non, quia ad conditionalia Catoniana non pertinet.*

CElſus. Si ſub ea cõditione fundus tuus tibi legatus ſit, nempe ſub ea, *ſi cum viuo teſtatore alienaueris*, valet legatũ: quod non valeret, ſi pure relictum eſſet, & cum alienaſſes, aut ſi ante alienationem deceſsiſſet teſtator, cum te non adimpleuiſſe conditionem cõſtaret, quæ talis erat, ſi cum viuo teſtatore alienaſſes, non poſt teſtatoris mortem, & cum regula Catoniana, quod teſtamenti tempore inutiliter legatum nõ valeret, poſt factum non conualeſcat, & ſi ad conditionalia legata non pertineat, cõditioni parere neceſſe eſt. euenit ergo, vt ſuſtineatur ſub tali conditione legatum, ſi viuo teſtatore conditioni paruiſſi, quod non valeret ſi purè legaretur etiam ſi fundum viuo teſtatore alienares. *Vlpianus*. Tractari ſolet, an marmora, & columnæ debeantur (quæ dum ædibus iuncta ſunt legari non poſſunt, ne vrbs ruinis deformetur, quando nõ abſque ædium damno euelli queunt) an debeantur ex legato poſt ſeparationem, & ſecundum regulam Catonianam, cum purè initio non conſiſteret legatum, ex poſt facto non conualeſcit: ſed harum iunctarum rerum ædificijs ſub conditione legatum valet, non aliter quam rei meæ legatum, ſub tali pura conditione, *ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit, vel ædi-*

bus

*bus iuncta non ſit*, quæ prioribus Celſi conſonant; cum interpunctim, vt legas oportet illud ipſius Celſi *ſi eum fundum viuo teſtatore alienaueris* vt ſit ſenſus, & conditionis verba, *ſi eum fundum viuo teſtatore alienaueris*, hoc ita receptum eſt, pro eorum opinione, & voto, qui dixerunt, etiam rem meam poſſe me ſtipulari, & emere ſub cōditione, quia initio id omne conſiſtit conditionaliter, ſic vt Regula Catoniana, non obſtet cōditionalibus, cum nec multo magis ad ea pertineat, Celſus l. 1. §. vlt. D. de reg. Caton. Vlpianus l. cætera 41. §. tractari, D. de legatis 1. Celſus refert Catonis regulam, qua traditur, legatum, quod tempore facti teſtamenti inutile futurum eſſet, ſi eo tempore deceſsiſſet teſtator tractu tēporis non conualeſcere, ai §. vlt. dict. l. 1. D. de regul. Caton. cum alia in quibus non ſit locus regulæ poſuerit exempla iam à nobis relata: exemplum adducit, à quo haud facilè ſe expediunt interpretes, cum ſimpliciter, & non pro condıtione verba acceperint, & ideo iudicauerint obſtare Vlpianum lib. 12. ad Sabinum, vbi docet, non conualeſcere rei meæ legatum quamuis viuo teſtatore eam alienauerim, dict. l. cætera 41. §. tractari, D. de legatis 1. ſecundum iuriſprudentiæ præcepta, quibus docemur, id quod initio vicioſum

n. 1.

*Catoniana regula cautum fuit non valere legatum, quod conſiſtere non poteſt facti teſtamenti tempore, & ſi poſtea perueniat ad caſum, quo conſiſtere poteſt, pertinetque ad legata purè relicta.*

n. 2.

*Legatum rei meæ relictum conditionaliter conualeſcit, & valet ſi rem meam viuo teſtatore alienauero.*

n. 3.

*Legatum rei meæ, cum eſt purè relictum non conualeſcit, ſi rem meam viuo teſtatore alienauero.*

ſum eſt, non poſſe tractu temporis conua-
